



CORPVS  
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM  
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS  
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE  
VINDOBONENSIS

VOL. XXXXVI.

TYRANNII RVFINI OPERA

PARS I:

ORATIONVM GREGORII NAZIANZENI NOVEM  
INTERPRETATIO

EDIDIT

AVGVSTVS ENGELBRECHT

VINDOBONAE  
F. TEMPSKY



M D C C C C X .

LIPSIAE

G. FREYTAG (G. M. B. H.)

Verlag der  
Österreichischen Akademie  
der Wissenschaften



OAW

# TYRANNII RVFINI

ORATIONVM GREGORII NAZIANZENI NOVEM

## INTERPRETATIO

IOHANNIS WROBELII COPIIS VSVS EDIDIT  
ET PROLEGOMENA INDICESQVE ADIECIT

AVGVSTVS ENGELBRECHT

VINDOBONAE  
F. TEMPSKY



MDCCCCX.

LIPSIAE

G. FREYTAG (G. M. B. H.)

Verlag der  
Österreichischen Akademie  
der Wissenschaften



OAW



## LECTORI EDITOR SALUTEM.

Iohannes Wrobel, professor olim uniuersitatis Cernouiciensis, cum ante plus uiginti annos id munus ab academia litterarum Vindobonensi suscepisset, ut Rufini presbyteri Aquileiensis scripta propria una cum eiusdem interpretationibus operum Graecorum in Corpore Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum ederet, summa industria ingentem fere librorum manu scriptorum numerum excussit, sed quod omnibus Rufini scriptis omnia subsidia critica simul paranda esse sibi persuaserat, in codicibus conquirendis et conferendis totum consumpsit multorum annorum laborem posthabitum ceteris omnibus editoris officiis ita, ut senex demum ante paucos annos copiis comparatis ad editionem adornandam uti aggredieretur. iam uero ingrauescente in dies ualetudine, quando quidem unum saltim uolumen publici iuris facere uolebat, Gregorii Nazianzeni orationes nouem a Rufino in sermonem Latinum conuersas a Iosepho Zycha Vindobonensi, uiro humanissimo, qui meo rogatu nouas codicum collationes confecit easque in commentarii critici formam rededit, liberalissime adiutus recensere coepit. neque tamen ei contigit, ut editionem uideret impressam; mense enim Iunio anni MDCCCCIX duodecagesimum aetatis annum agens e uita cessit.

Igitur nondum quarta fere editionis parte typis mandata<sup>1)</sup> Rufini edendi curam ego suscepi. iam antea enim Wrobelio praeter alia auctor fueram, ut apparatus criticum mihi transmissum onere lectionum codicum haud paucorum, qui minoris uel etiam minimae auctoritatis essent, leuaret, atque duos libros manu scriptos, qui eius sagacitatem effugerant, quam-

<sup>1)</sup> In primis textus Rufiniani quaternionibus ea, quae Wrobel ipse nouauit, additamento *scripti* uel *addidi* in apparatu critico notantur.

quam minime spernendi erant, Oxoniensem et Augiensem dico, indicaueram. codicis autem Reginensis singulari perspecta condicione totum librum lucis ope depingendum curare satius duxeram quam collatione confidere eo tempore facta, quo libri singularitas nondum erat cognita. aegrotanti igitur editori nulla in re deesse cum religionis esse putassem, mortui in prouinciam succedere pietatis erat.

Quod autem editionem huius uoluminis inchoatam facili negotio et breui tempore ad finem perduci posse speraueram, haec spes me fefellit. mox enim eam esse uel optimorum codicum Rufinianorum auctoritatem intellegebam, ut nisi scriptoris scribendi ratione explorata penitusque perspecta certum de sat multorum locorum forma genuina iudicium ferri omnino non posset. itaque impressis iam textus plagulis accuratae de Rufini genere dicendi mihi erant redintegrandaes disquisitiones, indices uerborum et elocutionum uberiores elaborandi, quae stiones uariae in Prolegomenis nunc tractatae ab ouo insti tuendae, aliquot codices praetermissi in usum uocandi, Wrobelii recensio denuo examinanda, quod tum demum meis ceterorum que uotis posse satisfacere hanc editionem in animum induxeram. in textus autem recensione quoniam haud ita paucis locis a Wrobelii iudicio dissentio, paulo fusius in Prolegomenis de codicum uirtute agi illosque locos ipsos retractari par erat. itaque eos, qui hoc uolumine utentur, iterum iterum que rogo, ut ea, quae in Prolegomenis exposui, uel certe, quae in Corrigendorum et Addendorum conspectu congessi, diligenter prius attendant.

**Augustus Engelbrecht.**

# PROLEGOMENA.

## I.

(1. De interpretationis Rufinianae apud ueteres scriptores auctoritate. — 2. De numero orationum a Rufino translatarum et de tractatu *De fide* ex hac orationum collectione remouendo. — 3. Quando Rufinus orationes Gregorii interpretatus sit. — 4. De natura atque indole interpretationis).

1. Plurimi aestimatam esse ab aequalibus Rufini interpretationem orationum Gregorianarum etiam e uerbis cognoscimus, quae Hieronymus, acerbissimus Rufini aduersarius, in Apologiae aduersus libros Rufini libro I 30 (XXIII 442 M) scripsit cum scriptore quidem cauillans, sed scripta ipsa uolens seu inuitus eloquentiae laudibus exornans: *en tu, qui in me paruam criminari scientiam et uideris tibi litteratulus atque rabbi, responde, cur scribere aliqua ausus sis et uirum disertissimum Gregorium pari eloquii splendore transferre. unde tibi tanta uerborum copia, sententiarum lumen, translationum uarietas, homini, qui oratoriam uix primis labris in adulescentia degustasti? aut ego fallor aut tu Ciceronem occulte lectitas. et ideo tam disertus es mihi que lectionis eius crimen intendis, ut solus inter ecclesiasticos tractatores eloquentiae flumine glorieris.* etiam Gennadius in libro de scriptoribus ecclesiasticis c. 17 Rufinum *in transferendo de Graeco in Latinum elegans ingenium* habuisse suo iure dicit. Rufini autem aetate quotienscumque scriptores Latini Gregorii orationes laudant, interpretatione Rufiniana utuntur nec temporibus Rufino posterioribus rem aliter se habere pro certo affirmari potest.

Atque interpretis nomine omissso (cf. infra p. XIX) uerba Rufini afferuntur, ut pauca exempla ponam, ab Augustino, qui semel si non interpretem, attamen interpretationem collaudat

anno fere 421 Contra Iulian. Pelag. I 5, 15 (XLIV 649 M): *sed non tibi deerit magni nominis et fama celeberrima illustris episcopus etiam de partibus orientis, cuius eloquia ingentis merito gratiae etiam in linguam Latinam translata usque quaque claruerunt. sedeat ergo cum istis patribus etiam sanctus Gregorius* (sequuntur loci editionis nostrae p. 253, 23—254, 6; 89, 15—90, 3; 105, 16—19; 158, 16—21); ceteris locis, quos enumerauimus in indice locorum p. 288, Augustinus uerba Latina Gregorii nomine simpliciter addito proponit. item in celeberrima illa epistula Leonis Magni anno 458 data ad Leonem Augustum, cui subiuncta sunt testimonia de libris catholicorum patrum excerpta, *sanc*ti* Gregorii episcopi Nazianzeni in homilia de epiphania* (165 c. 9 [LIV 1185 M]) laudantur uerba huius editionis p. 100, 23—101, 3 et 103, 7—10 (cf. etiam Vigil. Thaps. Contra Eutycheten V 23 [LXII 151 M]). etiam in conciliorum actis Rufini uerba afferuntur, nomen reticetur, uelut in collectione codicis Nouariensis XXX 66 saec. X—XI, ubi fol. 88<sup>a</sup> et 89<sup>r</sup> singulis praescriptionibus praefixis *sanc*ti* gregorii nanzazeni epi ex libro apologetici, itē eiusdē ex eodē libro, eiusdem ex sermone natalis dñi, eiusdem ex eodem sermone, eiusdē sanc*ti* gregorii ex sermone cuius titulus et (est?) de luminibus id est de epiphania, et post paululum componuntur hi loci:* p. 23, 18 *finis* — 24, 1 *omnia*; 73, 13 *per omnes* — 74, 3 *resurrectio*; 101, 3 *o noua* — 11 *consu(m)matur*; 103, 24 *ecce* — 104, 8 *credebant*; 121, 9 *deum* — 17 *deitas*; 121, 23 *unus* — 122, 7 *diuersitas* (cf. *Spicilegium Casinense* I 174 sq.). denique in Benedicti abbatis Anianensis *Concordia regularum* cap. XXXV sect. 3 *ex libro Gregorii Nazianzeni* afferuntur haec (CIII 1021 M): *eum, qui de Corintho peccauit peccatum quale nec inter gentes, ad paenitentiam Paulus suscepit et non solum suscepit uerum etiam in eo caritatem confirmauit, quando quidem emendationem uidit. et causam facti exposuit dicens, ne forte ampliori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est, correptionis scilicet nimietate praegrauatus. quae uerba sumpta sunt ex orationis De luminibus interpretatione Rufiniana* (p. 133, 8—14) paululum

tantum immutata ex excerptoris necessitate, qui *nec illum . . suscipis*, *Paulus tamèn suscepit* in unam sententiam contraxit. itaque per errorem H. Plenkens in *commentatione Untersuchungen zur Ueberlieferungsgeschichte der ältesten lateinischen Moenchsregeln* p. 23<sup>1)</sup>) Benedicti textum cum Rufini interpretatione concordare negat.

2. Rufini interpretatio, si orationum numerum spectamus, tribus codicum classibus traditè est, quarum prima omnes nouem nostrae editionis orationes continet, altera octo tantum nono sermone omisso exhibet, tertia nouem illis sermonibus decimum quendam tractatum *De fide* siue loco quarto (post orationem *De luminibus*) siue loco quinto (post orationem *De pentecoste*) siue loco nono (post orationem *De grandinis uastatione*) inserit. atque praeter priores octo sermones omnibus codicibus traditos quin etiam nona *De Arrianis* oratio a Rufino translata esset, nemo umquam dubitauit. mira autem est libelli *De fide* condicio, quem tamen uerum fetum Latinum esse, non translatum e Graeco sermone in Latinum, hodie ad unum omnes, puto, consentiunt; explicantur enim in eo, ut alia omittam, uoces Graecae (*ratio quaedam est, quae apud Graecos λόγος nuncupatur uel hoc est quod Graeci διορθώσιον appellant* [Migne XX 42 C et 44 D]).

Vindicauerunt uiri docti hunc libellum partim Ambrosio (*De fide orthodoxa contra Arianos alias de filii diuinitate et consubstantialitate tractatus*, cf. appendix ad opera Ambrosii XVII 549 M), partim Phoebadio<sup>2)</sup> (XX 31 M), partim Vigilio Thapsensi (LXII 466, cf. 449 M), ut taceam de eis, qui olim male fidentes codicibus quibusdam, quos supra tetigi, Rufinianis Gregorium Nazianzenum auctorem, Rufinum interpretem libelli esse iudicauerunt. sed iam uersus finem saeculi septimi decimi extiterunt, qui Gregorium quidem quendam nomine, sed non

<sup>1)</sup> *Quellen und Untersuchungen zur lateinischen Philologie des Mittelalters*, herausgegeben von Lud. Traube, uol. I. fascic. 3, Monachii 1906.

<sup>2)</sup> Phoebadii patronus nuperime exstitit A. Durengues (*La question du De Fide*, Aginni 1909), qui canonicus cathedralis Aginnensis multo cum sudore frustra episcopo olim Aginnensi libellum vindicare nititur.

Graecum sed Latinum, episcopum scilicet Illiberitanum, tractatum nostrum scripsisse contendenter profecti a loco quodam Hieronymi (De vir. ill. c. 105): *Gregorius, Baeticus Eliberi episcopus, usque ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit et 'de fide' elegantem librum hodieque superesse dicitur.* horum partes secutus nuperime Andreas Wilmart non solum tractatum *De fide*, sed etiam quinque homilias de Canticō cantorum, quas Gotthold Heine anno 1848 publici iuris fecerat, et famosos illos *Tractatus Origenis* qui dicuntur Gregorii Illiberitani esse euincere studuit<sup>1)</sup>. cui oblocutus Henricus Brewer tria opuscula unius quidem scriptoris esse concessit, sed Rufinum auctorem esse uoluit<sup>2)</sup>.

Ac de codicibus quidem, quibus tractatus *De fide* traditur, accuratissime egit Andreas Wilmart in *commentatione La tradition des opuscules dogmatiques de Foebadius, Gregorius Illiberitanus, Faustinus*<sup>3)</sup>. exstat igitur tractatus carens praefatione et epilogo in codicibus haud paucis, in quibus cum Ambrosii duobus prioribus libris *De fide ad Gratianum* et actis concilii Aquileiensis (381) coniunctus legitur quique, quamquam saeculum nonum uel decimum non superant, tamen ad sexti saeculi exemplar quoddam, cuius uestigia in codice Parisino Latino 8907 litteris uncialibus saeculo sexto scripto insunt, redeunt. altera libelli forma prologo et epilogo aucta praecedente praeterea formula fidei Nicaenae et subsequente confessione quadam fidei (*Libellus fidei* XX 49 M) codicibus quibusdam Rufinianis interpretationis orationum Gregorianarum seruata est, codice Oxoniensi Laudiano Misc. 276 saec. IX—X, codice Augiensi CXVIII saec. IX—X, codicibus Monacensi Lat.

<sup>1)</sup> *Bulletin de Littérature Ecclésiastique* 1906 p. 238—299.

<sup>2)</sup> *Das sogenannte Athanasianische Glaubensbekenntnis ein Werk des heiligen Ambrosius* (Forschungen zur christlichen Literatur- und Dogmen geschichte, herausgegeben von Ehrhard und Kirsch IX 2) Paderborn 1909. Excursus I: Ueber Zeit und Verfasser der *Exhortatio S. Ambrosii ad neophytes de Symbolo, des Traktats de Fide orthodoxa contra Arianos und der sog. Traktatus Origenis* p. 151—178.

<sup>3)</sup> *Acta academie litterarum Vindobonensis, classis phil.-hist.*, uol. CLIX 1 p. 9—24.

3787 saec. X et Monac. Lat. 463 saec. XV, quibus accedunt codices aliquot maximam partem Itali saec. XV.

Atque qui libellum *De fide* Gregorio Nazianzeno adiudicauerunt, magis etiam quam codicum illorum auctoritate eo moti sunt, quod Augustinus in epistula CXLVIII originis Gregorianae testis esse uidetur. hic enim exponens inuisibilem deum inuisibiliter uideri, postquam laudauit locos Ambrosii et Hieronymi, etiam Graecorum scriptorum uolens uti auctoritate Athanasii episcopi Alexandrini orationes aduersus Arianos (I 63. III 14. IV 36 [XXVI M]) innuit et (2, 10, cf. CSEL XLIV 340, 16): *Gregorius etiam, inquit, sanctus episcopus orientalis, aperi-*  
*tissime dicit deum natura inuisibilem, quando patribus uisus*  
*est sicut Moysi, cum quo faciem ad faciem loquebatur, alicuius*  
*conspicabilis materiae dispositione adsumpta salua sua inuisi-*  
*bilitate uideri potuisse. collatis locis De fide (XX 46 et 47 M):*  
*sic filium dei . . . uisum a patribus approbamus, ut non totum*  
*in illo, quod deus est, uideretur, sed dispositiones rerum futu-*  
*rarum . . . in illo per imaginem cernerentur. nam quis filium dei*  
*uidere potuit, antequam conspicabilem materiam, sicut ei*  
*placuit, assumpsit? et: sic uisus (filius) accipitur, ut ali-*  
*cuius conspicabilis, ut dixi, materiae dispositione as-*  
*sumpta uideretur, salua scilicet inuisibilitate eius, quae*  
*uerba ad dei et Moysis colloquium spectant (cf. paulo ante:*  
*cui [Moysi] ipse dominus testimonium perhibuit dicens: nemo*  
*erit ex prophetis ut seruus meus Moyses, cui facie ad faciem,*  
*ore ad os locutus sum), dubium esse non potest, quin Augu-*  
*stinus nostri tractatus uerba ante oculos habuerit eiusque*  
*auctorem Gregorium Nazianzenum existimauerit. nam praeter-*  
*quam quod Gregorium appellat episcopum orientalem et statim*  
*post Gregorii sententiam per antithesin sequitur: hoc est quod*  
*etiam noster dicit Ambrosius, etiam postea (4, 15) Augustinus*  
*expressis uerbis se testimonia de litteris et Latinorum et Graeco-*  
*rum . . . Ambrosii, Hieronymi, Athanasii, Gregorii dedisse dicit.*

Iam uero quomodo fieri potuit, ut Augustinus scriptoris Latini opusculum Gregorii Graeci nomine laudaret? promptum esset explicare Augustinum Gregorii cuiusdam Latini nomen libello

praefixum per errorem ita intellexisse, quasi magni illius Nazianzeni esset; similem enim errorem etiam alibi sanctus doctor commisit, ubi locum laudans ex commentariis in epistulas Pauli, qui vulgo factio Ambrosiastri nomine noti sunt, *sanctum Hilarium* auctorem ita dicit (Contra duas epist. Pelag. IV 4, 7 = XLIV 614 M), ut eum Hilarium Pietauensem intellexisse plane constet, quamquam, si omnino commentator ille Hilarius audiebat, alias Hilarius quam episcopus Pictauiensis erat<sup>1</sup>). sed Augustinum, ubiubi Gregorii Nazianzeni scripta laudat, nulla alia scripta quam quae a Rufino translata erant intelligere eorumque uerba ex Rufini interpretatione afferre (cf. supra p. VII sq.) reputantes eum, cum ante annum 413 epistulam illam scripsit, libellum *De fide* in collectione orationum Gregorianarum Rufiniana iam inuenisse merito suspicemur, praesertim cum sine ulla causa grauiore scriptoris Latini quamuis homonymi lucubrationem uendidatam esse pro interpretatione exemplaris Graeci parum uerisimile sit et reuera in quibusdam codicibus tractatus *De fide* inter orationes Gregorii a Rufino translatas tradatur.

Quae cum ita sint, iam anno 413 Rufini editionem nouem orationum Gregorianarum tractatu *De fide* auctam uel interpolatam fuisse mihi persuasum est. sed cum de nouem orationum editione uerba facio, talem editionem omnino exstisset demonstrare debeo. qui enim de hac re et recentissime et doctissime disseruerunt, A. Wilmart et H. Brewer, ad hanc inclinant sententiam, ut ille quamuis dubitanter<sup>2</sup>) Rufinum ipsum opusculum Gregorii Illiberitani collectioni orationum Gregorii Nazianzeni addidisse uel potius inseruisse, hic<sup>3</sup>) Rufinum suum ipsius opusculum orationibus e Graeco sermone trans-

<sup>1)</sup> Cf. A. Souter, *A study of Ambrosiaster* (*Texts and Studies* VII 4) 1905 p. 3. 161—185.

<sup>2)</sup> *La tradition des opuscules etc.* p. 23 sq.: *Faut-il aller jusq' à admettre que Rufin lui-même (f 410) a pratiqué l'interpolation? ce serait assez osé assurément, mais encore la manière dont il se réfère à sa traduction n'y contredit pas etq.*

<sup>3)</sup> L. l. p. 166. 176.

latis per fraudem immiscuisse, uterque collectionem ab initio decem tractatus continuisse arbitretur.

Atque primo obtutu denarius orationum numerus praeter codices quosdam etiam a Rufino ipso confirmari uidetur. Rufinus enim in Historia eccles. II (XI) 9 (XXI 520 M = II 1017, 8 Mommisen) de Gregorio et Basilio Cappadociae episcopis uerba faciens: *exstant quoque, inquit, utriusque ingenii monumenta magnifica tractatum, quos ex tempore in ecclesiis declamabant. ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in Latinum.* illud denas ferme ita intellegunt uiri docti, ut octo Basilii tractatus, decem Gregorii Rufinum transtulisse dicant. legitur enim in Rufini praefatione ad Basilii tractatus (Migne, Patr. Graec. XXXI 1723): *aliqua tibi in Latinum uerti olim poposceras, Aproniane fili carissime: quod et ex parte aliqua feci in praesenti dum in urbe essem, sed et nunc aliquantum addidi. octo ergo beati Basilii breues istos homileticos transtuli libellos,* et sequuntur in editionibus octo libelli. sed ex his septem quidem generis homiletici sunt<sup>1)</sup> (I—VI. VIII), unus autem (VII) *Epistulam ad uirginem lapsam* repraesentat, quae est inter epistulas Basilii XLVI (XXXII 369—382 M) et a ceteris collectionis partibus quodam modo abhorrere uidetur. adde quod in codice Reginensi 141 saec. IX, qui et Basilii et Gregorii sermones a Rufino translatos continet et, quod ad Gregorii sermonum recensionem attinet, optimae memoriae testis est, illa epistula non legitur, sed praeter septem reliquos sermones in editionibus impressos, qui in codice hoc ordine sese excipiunt I. II. III. IV. VI. V. VIII, octauo et nono loco duae homiliae *De ieiunio* (fol. 57<sup>r</sup>) *Incipit de ieiunio. Canite tuba in initio mensis in die insignis* et fol. 59<sup>a</sup> *Incipit de eadem re dictio secunda. Habeant fortasse aliquid [d ex t] difficultatis, cf. Reifferscheid, Bibliotheca Patr. Lat. Ital. I 325) exstant;* pertinent autem hae ad Basilii Graecas homilias (Inc.: σαλπίσατε, φησίν, ἐν νεομηνίᾳ, σάλπιγγι

<sup>1)</sup> Graecus homiliarum textus exstat apud Migne, Patrol. Graec. (I) XXX 209, (II) XXXI 197, (III) XXXI 261, (IV) XXXI 371, (V) XXXI 385, (VI) XXXI 463, (VIII) XXIX 459.

ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ et: παρακαλεῖτε, φησίν, ἵερεῖς τὸν λαόν, Migne, Patr. Gr. XXXI 163 et 185), sed multo breuiores sunt, ut Bandini, *Biblioth. Leopoldina-Laurentiana* II 733 docet in descriptione codicis Medic. Fesulan. XLIV saec. XV, qui codex eosdem Basilii sermones quos Reginensis 141 eodemque ordine digestos exhibit. itaque certi quicquam de Basilii orationum numero statuere nondum audeo, quoniam ad cuius codicis auctoritatem editionum impressarum recensio facta sit uel certe num hic codex fide dignus sit adhuc nescimus<sup>1)</sup> et collato codicum Reginensis et Fesulanii textu in praefatione Rufini numerum *VIII* pro *VIII* olim exstitisse et a scribis ad numerum orationum in singulis codicibus exhibitarum accommodatum siue mutatum esse suspicari licet. sed haec ad nostram rem leuiora.

De denario autem numero orationum Gregorianarum etiam uiros doctissimos A. Wilmart et H. Brewer puto aliter iudicaturos fuisse, si omnes codices eorumque uirtutem nouissent. tantum enim abest, ut codices Laudianus cum eius asseclis Italica, Augiensis, Monacenses, qui decem orationes exhibent, optimae uel certe bonae indolis sint, ut tum ipsum deterimi putandi sint, cum soli contra ceteros stant, id quod paulo post exemplis abunde probabimus. quae cum ita sint, etiam orationem illam his libris solis suppeditatam ab initio in collectione non fuisse, sed postea demum, quamquam iam ante annum 413, inculcatam esse credo. neque imponere debebat Wilmartio subscriptio illa Laudiani, qua codicis cuiusdam s. Melaniae memoria resuscitatur quamque Laudianus communem habet cum codice Atrebateni 621 et codice Berolinensi theol. 329 saec. XII (cf. infra p. XXXII); nam etiam horum codicum

<sup>1)</sup> Qui primus octo illas Basilii orationes a Rufino translatas imprimentandas curauit, Iulianus Garnier, in Basilii editione Parisina uol. II (1722) 713—744 in praef. pag. LXXXVI se uno codice Parisino Regio et altero Colbertino usum esse dicit, ex quibus hic octo, ille quinque orationes continuerit. etiam codex Urbinas Lat. 46 (olim 67) saec. XV inde a fol. 201 homilias Basilii octo (I—III. VI—VIII. IV. V secundum ordinem editionis Parisinae) praecedente Rufini praefatione exhibit, itemque codex Lincoloniensis A. 3. 4. saec. XII ex.

refragantibus ceteris consensus imminutae auctoritatis indicium est, qua de re uidenda sunt, quae postea exposituri sumus. ex aestimatione igitur codicum libello *De fide* locum in nostra orationum collectione denegandum esse putamus.

Quid autem, inquies, de ipsius Rufini uerbis *denas ferme se oratiunculas* conuertisse dicentis iudicas? nihil aliud dico quam numero, ut dicere solemus, rotundo scriptorem usum esse, qui eiusmodi numeros rotundos adamauisse uidetur, uelut peregrinans a patria et in orientis regionibus non plus uiginti quinque aut summum uiginti septem annos degens se *ad Latinum sermonem tricennali iam paene incuria torpuisse* dicit (Apolog. I 11 [XXI 549 M]). idem Rufinus cum in Apologia ad Anastasium papam (XXI 623 M) de eadem re uerba faciens declamat: *quoniam ipse post triginta fere annos parentibus redditus sum, aduersarius eius Hieronymus in Apologia contra Rufinum II 2 (XXIII 445 M)* neglecto illo *paene uel fere* scribit: *nisi post triginta annos parentibus redditus nollet eos deserere* (cf. ibidem paulo infra: *post triginta annos ad parentes se reuersum esse iactat*). ergo qui *denas ferme singulorum oratiunculas* dicit, non denas, sed plus aut minus denas intellegi uult; nec uero mirandum est, si librarius quidam aut uino etiam aut mortuo modo Rufino aequa ut Hieronymus illud *ferme* non respexit et, quod nouem tantum orationes in suo exemplari uidebat, denarium numerum inculcata noua oratione, quae fortasse Gregorii cuiusdam, si Wilmartii amplectimur sententiam, nomine circumferebatur, expleuit. uerum utut de orationis auctore iudicandum est, siue Gregorius Illiberitanus fuit siue etiam Rufinus, ut Brewero placet, id mihi certissimum uidetur libellum *De fide a collectione orationum Gregorianarum a Rufino ad Apronianum missa ab initio afuisse neque postea a Rufino per fraudem insertam esse*. restat ut addam etiam hoc libellum *De fide a genuino collectionis Rufiniana statu excludere*, quod sedes libelli in collectionis codicibus, quibus continetur, diuersa est; partim enim quarto uel quinto loco (cf. codices Augiensem et Monacenses) partim

nono loco (cf. codices Laudianum et Italos) collocatus firma sede utpote a librario quodam postea demum (sed ante annum 413) insertus caret, cum ceterae genuinae partes collectionis eodem semper in omnibus uel alicuius auctoritatis codicibus ordine sese excipient.

3. Quo tempore Rufinus nouem Gregorii orationes interpretatus sit, primis praefationis uerbis edocemur (p. 3, 2): *proficiscenti mihi ex urbe magnopere iniungebas, Aproniane fili carissime, ut tibi absens quoque aliquid operis in penderem, ne nos a consuetis studiis necessitas meae profectionis inhiberet. ptebas ergo Gregorium tibi in Latinum uerti.* itaque post Rufini profectionem ex urbe Roma atque non multo post interpretationem ortam esse comperimus; sed quaeritur, quando Rufinus Roma profectus sit.

Atque quamquam non semper ad certorum annorum rationem Rufini uita potest enarrari, tamen ea, quae ad nostram rem faciunt, satis accurate definire licet. scimus enim Rufinum in agro Aquileiensi (Concordiae?) natum, postquam monachus factus *per triginta fere annos*, ut ipse haud satis exacte compluribus locis<sup>1)</sup> dicit, in terris orientalibus, maximam partem Alexandriae et Hierosolymis, uersatus est, quarto saeculo in finem uergente Romam rediisse et ibi demum animum ad opuscula Graeca in sermonem Latinum transferenda conuertisse. ac primum quidem Macario quodam uiro nobili rogante Pamphili Apologiae pro Origene librum primum interpretatus est, quamquam se tantum temporis spatium a linguae Latinae terris absentem *nullum usum huiuscemodi operis habuisse et ad Latinum sermonem tricennali iam paene incuria torpuisse*<sup>2)</sup> dixerat. hic enim Macarius aduersus fatum scripturus et in quibusdam de diuinae prouidentiae quaestionibus haesitans *per soporem sibi a domino tale aliquid dicebat ostensum, quod nauis ei quaedam demonstraretur eminus aduentare per pelagus, quae, cum portum fuisset ingressa, nodos suae haesitationis*

<sup>1)</sup> Apol. I 11. 21. Apol. ad Anast. 1, cf. Hieron. c. Ruf. II 2. III 6. 26.

<sup>2)</sup> Cf. Hieron. contra Ruf. III 26: *rursum admones, ut sciamus te per triginta annos Graecis uoluminibus deuoratis Latina nescire.*

*absolueret*, qua naue Rufinum, qui modo ex oriente aduenisset, significari aiebat (cf. Ruf. Apol. I 11 et Hieron. Contra Ruf. III 24: *numquid nosse potuimus, quod ingrediente te Romanum uir nobilis somniaret nauim plenam mercium inflatis intrare uelis?*). quod autem in Pamphili Apologia Origenis περὶ ἀρχῶν libros uidebat laudatos, Macarius a Rufino impetravit, ut hos quoque libros transferret, qua re summa interpreti inuidia est conflata orta notissima illa inter Hieronymum et Rufinum contentione, cuius documenta hodie supersunt imprimis epistulae ab Hieronymo et ad Hieronymum datae LXXX. LXXXI. LXXXIII. LXXXIV, Rufini Apologiae libri duo et Apologia ad Anastasium urbis Romae episcopum, denique Hieronymi Contra Rufinum libri tres.

Rufinum in uniuersum Romae annum aut eo amplius moratum esse constat; prefectus autem est Roma paulo ante Siricii papae mortem, qui die XXVI nouembris anni uel 398 uel 399 (cf. Duchesne, *Liber pontificalis* I p. CCL sq.) obiit et cui Anastasius (398/99—402) successit. impetraverat enim Rufinus in alienam dioecesin abiturus a Siricio pontifice Romano litteras commendaticias, cf. Hier. Contra Ruf. III 21: *Siricii iam in domino dormientis profers epistulam et uiuentis Anastasiū dicta contemnis*; ib. III 24: *tale quid et contra papam Anastasium disputas, ut, quia Siricii episcopi habes epistulam, iste contra te scribere non potuerit*, et de Origenistis uel potius de Rufino disputans Hier. epist. CXXVII 10: *petunt, inquit, et impetrant ecclesiasticas epistulas, ut communicantes ecclesiae discessisse uiderentur. non multum tempus in medio, succedit in pontificatum uir insignis Anastasius*. cum hac temporis computatione congruit, quod Hieronymus Contra Ruf. II 2 alludens ad Rufini Apologiam ad Anastasium papam 1 anno 402 scribit: *sicque praetendit longi itineris lassitudinem, quasi triginta annis semper cucurrerit aut biennio Aquileiae sedens praeteriti itineris labore consecutus sit*. antequam Roma prefectus est Aquileiam, Rufinus litteras ad Hieronymum dedit, quibus se ex oriente reuersum diu Romae moratum et spiritalium parentum desiderio demum ad patriam, quam primo

matris amissae luctu uitasset, esse reuocatum scripsit, ut ex Hieronymi responso<sup>1)</sup> (epist. LXXXI 1), quoniam Rufini epistula ipsa intercidit, scimus. illud autem *diu*, quod de uno tantum anno dicitur, non miramur, si patriae desiderium eo manifestare uoluisse Rufinum reputamus.

Ad prima uerba igitur praefationis, quam Rufinus interpretationi orationum Gregorianarum praemisit, redeentes paulo ante mensem nouembrem anni 398 uel 399 Rufinum Roma Aquileiam profectum esse et, si Apronianus precibus mox indulxit, proximis mensibus, hoc est initio anni uel 399 uel 400 interpretationem confecisse statuimus. certe anno 402, quo Hieronymus libros Contra Rufinum scripsit, Rufinus Gregorium iam diu transtulerat (cf. ib. I 30), ne dicam de Rufini Hist. eccles. II (XI) 9, ubi eiusdem interpretationis mentio fit.

4. De natura atque indeole interpretationis Rufinianaue uerba facturi transcribimus, quae Rufinus ipse in epilogo ad interpretationem commentarii, quem scripsit Origenes de Pauli epistula ad Romanos, dicit quaeque etiam ad Gregorii orationes translatas optime quadrant (vol. VII p. 459 Lommatzsch): *sicut in homiliis siue in oratiunculis in Genesin et in Exodum fecimus et praecipue in his, quae in librum Leuitici ab illo quidem perorandi stilo dicta, a nobis uero explanandi specie translata sunt. quem laborem adimplendi quae deerant idcirco suscepimus, ne pulsatae quaestiones et relictæ, quod in homiliatico dicendi genere ab illo saepe fieri solet, Latino lectori fastidium generarent. nam illa, quae in Iesum Naue et in Iudicum librum et in trigesimum sextum et in trigesimum septimum et trigesimum octauum psalmum scripsimus, simpliciter ut inuenimus et non multo cum labore trans-*

<sup>1)</sup> De hac epistula uerba faciens Hieronymus Contra Ruf. I 24 anno 402: *pro quo* (scil. Origene), inquit, *compulsus sum ante biennium breui libello tuis contra me praeconiis respondere* et in ultima responsoni Hieronymi aduersus scripta Rufini (Contra Ruf. III 38) paulo post edita de eadem epistula haec afferuntur: *multi Romae eius exemplaria habent ante hoc circiter triennium, qui tibi eam milttere noluerunt.*

tulimus. quamvis ergo et in ceteris, quae supra diximus, laboratum nobis sit in supplendis his, quae omiserat, in hoc tamen opere epistulae ad Romanos . . . immensus nobis et inextricabilis incubuit labor. sed delectauit indulisse laboribus, si modo non, ut in aliis experti sumus, maleuolae mentes . . . labores remunerentur insidiis; nouum quippe apud eos culpae genus subimus. aiunt enim mihi: in his, quae scribis, quoniam plurima in iis tui operis habentur, da titulum nominis tui et scribe: Rufini, uerbi gratia, in epistulam ad Romanos explanationum libri, sicut et apud auctores, inquiunt, saeculares non illius, qui ex Graeco translatus est, sed illius, qui transtulit, nomen titulus tenet. hoc autem totum mihi donant non amore mei, sed odio auctoris. uerum ego, qui plus conscientiae meae quam nomini defero, etiam si addere aliqua uideor et explere quae desunt aut breuiare quae longa sunt, furari tamen titulum eius, qui fundamenta operis iecit et construendi aedificii materiam praebuit, rectum non puto. unde Rufinum suo nomine non addito translationes edidisse comperimus nec amplius miramur, quod scriptores Latini Rufini nomen in laudandis locis ab eo translati non afferunt et in codicum quoque inscriptionibus scriptor, qui translatus est, non Rufinus, qui transtulit, nominatur. id unum Rufinus sibi indulxit, ut translationibus suis prologos praemitteret, cf. Gennad. de uir. ill. 17: *horum omnium quaecumque praemissis prologis a Latinis leguntur, a Rufino interpretata sunt; quae autem sine prologo, ab alio translata sunt, qui prologum facere noluit.*

Satis celeri calamo exarasse Rufinum interpretationem nostram intellegimus, si eum intra breue unius fere anni spatium praeter Pamphili Apologiae pro Origene librum primum aliaque etiam quattuor Origenis περὶ ἀρχῶν libros ad interpretandum difficillinos uertisse reputamus: qui tantum opus tam celeriter interpretatus est, ei paucas orationes Latinae consuetudini tradere ludus erat. insunt tamen in hac interpretatione errores, qui uix excusari possunt, uelut p. 122, 17 *non enim generatur (filius) sed procedit, si tamen etiam in rebus tam*

*arduis et tam difficilibus explanationis gratia uti nouis appellationibus fas est, ubi frustra nouae appellations quaeruntur et ridiculum fere in modum Graeca οὐδὲ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς, εἰ δεῖ τι καὶ καινοτομῆσαι περὶ τὰ δύναματα σαφηνείας εἰνεκεν, inusitatis illis aduerbiis omissis, sed aduerbiorum excusatione repetita uertuntur. inepte etiam Gregorii uerba Hieremiae locum quendam laudantis φησὶ που τῶν ἔαυτος λόγων Ἱερεμίας Rufinus p. 193, 4 ait in quibusdam locis sermonum suorum Hieremias reddidit. pingui Minerua Graeca τὰ μὲν ἔχοντες, τὰ δὲ προσλαμβάνοντες, τὰ δὲ μέλλοντες κατὰ τὴν Σολομόντειον βδέλλαν ἐμπλησθῆναι μὴ δυναμένην δμοίως ἄδη καὶ γῆ καὶ πυρὶ καὶ βδάτῃ καὶ ζητοῦντες οἰκουμένην ἔτεραν εἰς κτήσιν ita uertit Rufinus p. 258, 21: quaedam quidem possidetis, alia autem inuaditis, reliqua uero speratis secundum sanguisugam illam Salomonis, quae repleri nullo modo potest, uelut (uel codd. praeter Rp.c.m2) inferos et aquam et ignem, qui requiritis alium orbem terrae ad possessionem, ubi inferos et aquam et ignem cum speratis coniungens se neque uerba Graeca intellexisse neque Prouerbiorum locum nouisse ostendit.*

Hic illic Rufinus Gregorii uerba paulum immutata legisse uidetur, uelut p. 148, 2 *sic enim nos de spiritu et intellegere et dicere inspiramur ab spiritu in codice Graeco repperit οὕτως ἡμεῖς καὶ νοεῖν καὶ λέγειν ἐμπνεόμεθα παρὰ (non περὶ) τοῦ πνεύματος. raro autem contingit, ut Rufini uerbis textus Graeci recuperetur emendatio. atque arborem sciendi bonum et malum ξύλον τῆς γνώσεως appellans Gregorius, si scripturae traditae fides habetur, fere sine sensu dixit: Θεωρία γὰρ γῆ τὸ φυτόν, ὡς ή ἐμὴ θεωρία, quae uerba facile intelleges, si comparata Rufini interpretatione p. 98, 23 *scientiae namque et intellectus erat haec arbor secundum meam scientiam Gregorio θεωρίας restitueris.**

Quae difficiliora erant ad intellegendum simpliciora reddidit Rufinus p. 127, 6: *ucrum Iohannes baptizat et accedit Iesus sanctificans quidem et ipsum qui baptizat, praecipue tamen ut et ueterem Adam insepelet aquis et ante omnia ut per*

*haec sanctificantur aquae Iordanis collatis Graecis πρὸ δὲ τούτων καὶ διὰ τούτους τὸν Ἰορδάνην, ubi utrumque pronomen ad Iesum et Iohannem referendum esse fortasse ne intellexit quidem interpres. mentione dignum est Rufinum, ubi a Gregorii sententia dissentit, diuerso plane modo de eadem re agere. uelut p. 134, 4 id quod obiciebant haeretici: sed post baptismum peccanti non est uenia longiore explanatione refutare studuit, quod parum definite nimisque ambigue Gregorius rem tetigerat, non absolverat uerbis: τίς ή ἀπόδειξις; η δεῖξον η μή κατάκρινε. εἰ δὲ ἀμφιβολον, νικάτῳ τὸ φιλάνθρωπον. haud raro additis locis biblicis interpres Gregorii uerba, quae nimis breuiter dicta aliquid offensionis habere poterant, explicauit, uelut 130, 9: *deus est, inquit, qui baptizat, ut possit et qui baptizatur fieri deus. quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex uoluntate uiri neque ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt* (Ioh. 1, 12—13), Gregorius autem obscurius: πῶς οὐ θεός (scil. βαπτίζει), ἵνα τι παραθαρήσω μικρόν, εἴς οὐ καὶ σὺ γίνη θεός; locos e scriptura sacra de suo affert Rufinus etiam p. 147, l. 12. 155, 25 al.*

Restat, ut de quibusdam locis pauca separatim disseram, ne scripturae sacrae studiosi in errorem inducantur. primus enim locus in editionibus Gregorii Graecis et in nostra editione ita impressus legitur, quasi de genuino textu trium locorum scripturae sacrae agatur. quod res aliter se habet, primo uerba Graeca et Latina sub uno conspectu ponam.

Gregorius (or. II 113):

Φόβος γάρ μὴ τοῦτό γε ἀκούν-  
σωμεν, περὶ ὧν ἐπιστεύθημεν,  
ὅτι τὰς ψυχὰς αὐτῷν ἐκ τῷν  
χειρῶν ὑμῶν ἐκζητήσω καὶ  
καθὼς ἀπώσασθέ με τοῦ  
εἶναι εἰς ήγουμένους τοῦ  
λαοῦ μου καὶ ἀρχοντας, οὕ-  
τω καγὼ ἀπώσομαι ὑμᾶς τοῦ

Rufinus (p. 80, 19):

Quin immo uereor, ne et pro  
his, qui nobis crediti sunt, illud  
audire necesse sit: animam  
ipsorum exquiram de ma-  
nibus uestris, et: sicut spre-  
uistis me, ne essetis duces  
ac principes populi mei,  
ita et ego spernam uos, ne

εἰναις διμῆν εἰς βασιλέα καὶ καθὼς οὐκ εἰσηκούσατε τῆς φωνῆς μου, ἀλλ’ ἐδώκατε νῶτον σκληρὸν καὶ ἡπειρόσατε, οὕτως ἔσται, δταν ἐπικαλέσησθέ με· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπιβλέψω ἐπὶ τὴν προσευχὴν διμῶν οὐδὲ εἰσακούσομαι.

*efficiatur aliquis ex uobis in regem, et: sicut non exaudistis uocem meam, sed dedistis dorsum durum et inobedientes extitistis, ita erit, quando uos inuocaueritis me; ego autem non respiciam super orationem uestram neque exaudiām uos.*

Ter hic uerba diuina afferuntur atque ad uerbum quidem Graeca uertit Rufinus, quod haud ita saepe accidere solet. ignorans enim, quibus scripturae sacrae locis uerba laudata exstant, uerbum de uerbo transferre satis habuit. ipse autem Gregorius saepissime sententias scripturarum mutans earumque sensum haud raro ex parte tantum retinens ita affert, quasi ad uerbum expressae sint. quae igitur primo loco laudat uerba, in LXX sic se habent (Ezech. 3, 18): τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. quae autem altero et tertio loco afferuntur, frustra quaerimus in LXX; nam Os. 4, 6 δτι σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαι σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι praeter spernendi uerbum uix quicquam commune habent neque magis quadrant Nehem. 9, 29 καὶ ἐδωκαν γῶτον ἀπειθοῦντα καὶ τράχηλον αὐτῶν ἐσκλήρυναν καὶ οὐκ ἤκουσαν et IV Reg. 17, 14 καὶ οὐκ ἤκουσαν καὶ ἐσκλήρυναν τὸν γῶτον αὐτῶν ad locum tertium. quare uellem ne litteris diductis imprimi iussisset etiam Wrobel Rufini uerba neque intellego, cur p. 80, 24 ad Esai. 1, 15 relegauerit legentes.

Simili modo Gregorius tractauit locum Am. 4, 9, qui in LXX sic exhibetur: ἐπάταξα διμᾶς ἐν πυρώσει καὶ ἐν λιτέρῳ ἐπληθύνατε κήπους διμῶν, ἀμπελῶνας διμῶν καὶ συκεῶνας διμῶν καὶ ἐλαιῶνας διμῶν κατέφαγεν δὲ κάμπη, καὶ οὐδὲ ὡς ἐπεστρέψατε πρὸς μέ, λέγει κύριος. ἐξαπέστειλα εἰς διμᾶς θάνατον ἐν δδῷ Αἰγύπτου καὶ ἀπέκτεινα ἐν φοινικαῖς τοὺς νεανίσκους διμῶν μετὰ αἱμαλωσίας ἵππων σου καὶ ἀνήγγαρον ἐν πυρὶ τὰς παρεμβολὰς ἐν τῇ δργῇ διμῶν, καὶ οὐδὲ ὡς ἐπεστρέψατε.

πρὸς μέ, λέγει κύριος. apud Gregorium autem et Rufinum ei haec uerba respondent:

Gregorius (or. XVI 12):

ἐπάταξα διμᾶς ἐν ἵκτερῳ καὶ  
ἐν πυρώσει καὶ σφακελισμῷ,  
καὶ οὐδὲν πλέον ἔξωθεν ἡτέκνω-  
σεν διμᾶς μάχαιρα, καὶ οὐδὲν ὅς  
ἐπεστρέψατε πρὸς μέ, λέγει κύ-  
ριος.

Rufinus (p. 249, 3):

*percussi uos in auragine et  
in rubigine et in facellatione,  
et nihil profeci. extrinsecus  
sine filiis uos fecit gladius, et  
ne sic quidem conuersi estis  
ad me, dicit dominus.*

In LXX uerba πύρωσις et ἵκτερος de morbis hominum adhiberi appetat neque audienda est Vulgata, quae haec habet: *percussi uos in uento urente et in auragine;* quod autem imprimis πύρωσις etiam de frumenti uredine accipi poterat (cf. Vulgatae textum), ne perperam intellegeretur locus, Gregorius ἐν ἵκτερῳ transposuit et καὶ σφακελισμῷ ad πυρώσει addidit respiciens fortasse locum Leuit. 26, 16: ἐπισυστήσω ἐφ' διμᾶς τὴν ἀπορίαν τὴν τε φύραν καὶ τὸν ἵκτερον καὶ σφακελίζοντας<sup>1)</sup> τοὺς διφθαλμοὺς διμῶν καὶ τὴν φυχὴν διμῶν ἐκτήκουσαν. atque eo magis errorem cauere uoluit Gregorius, quod plane similis sententia de frugum et fructuum perditione exstebat in Aggaeo 2, 17 (18): ἐπάταξα διμᾶς ἐν ἀφορίᾳ καὶ ἐν ἀνεμοφθορίᾳ καὶ ἐν χαλάζῃ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν διμῶν, καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρὸς μέ, λέγει κύριος. Rufinus uerba Graeca ad uerbum uertit, quemadmodum facere solebat, ubicumque scripturae locum aut ignorabat aut inuestigare supersederat. itaque Rufinum. ἐν ἵκτερῳ uerbis *in auragine* et ἐν πυρώσει uerbis *in rubigine* interpretatum et uocem *rubigo* de morbo quodam hominum intellegendam esse pro certo habendum est. quod autem σφακελισμῷ uertit *in facellatione* Rufinus, nouum uerbum e Graeco petitum litteris reddit Latinis. de incipiente littera *f* cum Graecis σφ comparata conferenda sunt *fallere* et σφάλλειν, *funda* et σφενδόνη, *fides*

<sup>1)</sup> Sic codex Alexandrinus; ἐπιστήσω..ἵκτερα σφακελίζοντα cod. Vaticanus.

et σφίδη, *fungus* et σφύγγος sim. neque est, quod geminata littera *l* offendamur; per falsam enim analogiam uocum *fabelatio*, *flagellatio* uel propter superiorum temporum consuetudinem litteram *l* non solum post uocalem longam geminandi (*camel-lus* [κάμηλος], *cucullus*, *phasellus* sim.), sed etiam post uocalem breuem (cf. *focillo*, *focillatio*, *pugillatio* sim. et φάκελλος pro φάκελος) scribendi ratio *facellatio* a Rufino ipso profecta esse mihi uidetur. ceterum uerba et in *facellatione*, et nihil profeci utpote a sacra scriptura aliena litteris diductis non erant scribenda.

Hic illic textum LXX a Gregorio mutatum denuo mutauit Rufinus:

LXX (Agg. 2, 11—13):

τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ ἐπερώτησον δὴ τοὺς Ἱερεῖς νόμου λέγων ἐὰν λάβῃ ἀνθρώπος κρέας ἄγιον ἐν τῷ ἀκρῳ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ καὶ ἀψήται τὸ ἀκρον τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἀρτοῦ ἢ ἐψέματος ἢ οἴνου ἢ ἔλαιου ἢ παντὸς βρώματος, εἰ ἀγιασθήσεται; καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ Ἱερεῖς καὶ εἶπαν οὐ. καὶ εἶπεν Ἀγγαῖος ἐὰν ἀψήται μεμιασμένος ἀκάθαρτος ἐπὶ ψυχῇ ἐπὶ παντὸς τούτων, εἰ μιανθήσεται; καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ Ἱερεῖς καὶ εἶπαν· μιανθήσεται..

Gregorius (or. II 11):

καὶ τοῦτο ἐστιν δοκεῖ καὶ δι μακαριώτατος Ἀγγαῖος κατανοήσας ἐπὶ τὴν θαυμασίαν ἔκεινην ἐλθεῖν καὶ ἀληθεστάτην εἰκόνα· ἐρωτήσατε Ἱερεῖς νόμου, λέγων· εἰ κρέας ἄγιον ἐν ἱματίῳ βρωτοῦ τινος ἢ ποτοῦ ἢ σκεύους ἀψάμενον εὐθὺς ἀγιάσει τὸ πλησιάσαν τῶν δὲ ἀποφησάντων ἐρωτήσατε πάλιν εἰ καὶ ἀκαθαρτία τούτων τι προσομιλήσαν, μὴ παραχρῆμα μετέλαβε τοῦ

Rufinus p. 15, 12:

et hoc est quod mihi uidetur etiam beatus Aggaeus intelle-gens admirandam illam intro-duxisse percontationis imagi-nem, cum ad eum dicitur: interroga sacerdotes legem et dic eis: si caro sancta uel uas sanctum contigerit alicuius uestimentum, si sanctificat eum ex eo quod contigit? et cum dixissent sacerdotes quia non sanctificat, dicit ad

μιάσματος, ὡς ἐρούντων γε με-  
ταλαμβάνειν καὶ μὴ καθαρὸν eos rursum: si inmunditia  
μένειν τῇ κοινωνίᾳ. contigerit uestimentum mundū,  
utrum polluat eum? et dixerunt, quia polluit.

Interpretem dedisse operam, ut et scripturae sacrae et Gregorio, qui sensum magis quam uerba scripturae sacrae spectabat, satisfaceret, apparet. quae litteris diductis imprimenda curauimus, ad textus biblici formam redegit Rufinus, cum reliqua ad Gregorii uerba accommodaret.

Or. I 61 Gregorius Mal. 1. 6. 7 ἐν τίνι ἐφαυλίσαιεν τὸ ὄνομά σου; προσάγοντες πρὸς τὸ θυσιαστήριόν μου ἀρτους ἥλισγημένους ita in orationis contextum inseruit, ut diceret: Μαλαχίᾳν δὲ πῶς παριδεῖν ἀξιον νῦν μὲν ἐγκαλοῦντα πικρῶς τοῖς ἱερεῦσι καὶ δνειδίζοντα ὡς τὸ ὄνομα κυρίου φαντίζουσι καὶ προστιθέντα ἐν τίσιν, ἐν τῷ προσάγειν πρὸς τὸ θυσιαστήριον ἀρτους ἥλισγημένους, βρώματα οὐκ ἀπάργματα. Rufinus de more suo Gregorii uestigia premens nec uero scripturae sacrae im-memor habet (p. 49, 23): *Malachiam uero quomodo feremus nunc increpantem sacerdotes amarissime, nunc etiam obiurgantem quod nomen domini spernant? qui etiam addit interrogantibus se: in quo nomen domini spreuiimus? et dicit: in eo quod admouistis ad altare panes pollutos et escas ex rapina; quod autem escas ex rapina praebet, Rufinus apud Gregorium βρώματα ἔξ ἀρπάγματος legisse uidetur.*

Memorable est, quod ad Vulgatae textum paululum accedit Rufinus p. 50, 18: *non ultra respiciam ad hostias uestras nec suscipiam eas de manibus uestris* (Vulg.: *non respiciam ultra ad sacrificium nec accipiam placabile quid de manu uestra*), cum Gregorius (or. II 61) cum LXX habeat: (*εἰ*) ἔτι ἀξιον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν (ὑμῶν) ἢ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;

Orat. V 13 Gregorius Iob 39, 9. 10 de suo mutauit scribens: *εἰ δήσεις αὐτὸν ἐπὶ φάτνης; εἰ ὑπὸ ζυγὸν ἀχθήσεται;* et uerbum uerbo reddidit Rufinus, quare eius uerba (p. 182, 15) litteris diductis non erant scribenda.

## II.

(1. De codicibus in apparatu critico editionis adhibitis. — 2. De reliquis interpretationis Rufinianaे codicibus. — 3. De codicū classib⁹ et archetyp⁹ natura. — 4. De singulorū codicū virtute).

1. Transimus ad codices recensendos, ex quibus primum afferantur ii, ad quorum auctoritatem textum constituimus, deinde sequantur ceteri.

1. Codex bibliothecae Vaticanae **Reginensis** 141, quem siglo *R* notamus, membranaceus formae octonariae foliorum 170 saeculo<sup>r</sup> nono medio uel exeunte, non ut Reifferscheid (*Bibliotheca Patr. Lat. Ital. I* 325 sqq.) uoluit saeculi IX—X, a duobus librariis scriptus<sup>1)</sup>) fol. 1—63<sup>r</sup> nouem s. Basilii sermones a Rufino in linguam Latinam translatos (cf. supra p. XIII sq.) continet, quos excipit inde a fol. 63<sup>a</sup> usque ad fol. 150<sup>a</sup> Rufini interpretatio nouem orationum Gregorii Nazianzeni cum interpretis praefatione. in uerbis orationis nonae *ut quid* (ex *quit*) *audit profanus* (pag. 271, 14) in folii 150<sup>a</sup> fine haec codicis pars desinit et inde a fol. 151<sup>r</sup> tabulae et notae ad annorum, mensium sim. computum pertinentes sequuntur (cf. Reifferscheid l. l. p. 327), quas altera manus, ut uidetur, paulo recentior exarauit. nouem Gregorii orationes eodem ordine quo in hac editione traduntur. singulae codicis paginae uersibus uicenis septenis implentur.

Exemplar, ex quo *R* descriptus est, non ubique satis facile ad legendum fuisse uidetur; in ultima enim linea folii 93<sup>r</sup> (p. 90, 20) inter *alto* et *appetibus* spatio 6—7 litterarum uacuo relicto librarium in codice proposito litteras (*alto*)*s toros t*(*appetibus*) legere non potuisse patet et lacunam altera manus indicauit uerbis supra scriptis *hic deest*. etiam in linea ultima

1) Quoniam in tabulis inductionum sim., quae fol. 163<sup>a</sup>—165 extant, anni 804—873 respiciuntur, post annum 873 codicis partem posteriorem exaratam esse patet. nec uero multo post hunc annum librum scriptum esse ex litterarum ductu, qui saeculi noni, non decimi est, concludimus. certe folia 1—150, quae manu paulo antiquiore quam reliqua codicis pars scripta sunt, saeculi noni scripturam ostendere omni pignore contenderim.

folii 73<sup>a</sup> (p. 30, 12) primo in R exstabat *et disponere ser* et post spatium 12—14 litterarum *iudicio ac ueritate* sequente spatio uacuo in fine uersus et in initio primae lineae folii 74<sup>r</sup>; prius spatium manus altera expleuit (*mones suos in*), posterius intactum reliquit adnotans in margine *aliquid deest* (scil. *dogmatum nostrorum*).

Codex multis locis manum correctricem passus est, quae pauca uere correxit, longe plurima corrupti (cf. infra p. LV). corrector ille importunus num codicem alterum in auxilium uocauerit, paucis locis exceptis dubitauerim. in marginibus singularum paginarum passim notae uel glossae ab ipsa manu prima appictae sunt, quarum indolem ac naturam ex speciminibus in notis ad pag. 3, 1. 61, 1. 71, 15. 101, 19. 121, 10. 124, 11. 131, 21. 133, 8. 14. 186, 10 datis facile perspicias. textus in Carolingiae aetatis modum diligentissime interpunctionibus ‘suspensiua, constanti, finitiua’ (! . ;) distinctus est et haud raro accentibus adhibitis librarius rectae uerborum pronuntiationi consuluit, uelut *castigat, corrigit, condolens, éadem, exhálet, infligunt, inuitent, uégetis, sédét* (= sed et) sim. post fol. 102<sup>a</sup> unum folium, quod erat quaternionis ultimum, intercidit (cf. p. 117, 22—120, 13) et in medio folio 87<sup>a</sup> lacuna non indicata desiderantur, quae in nostra editione p. 69, 5 *cum filiis* — p. 70, 22 *insumere et in* (in add. Rm2) leguntur. persaepe loci occurrunt, ubi complures uoces uel etiam totae sententiae absint. quorum plurimi quidem ita sunt comparati, ut librarius a terminatione ad terminationem pariter uel similiter cadentem oculis aberrauerit, uelut p. 17, 14. 24, 4. 26, 22. 47, 13. 15. 58, 18. 95, 12. 132, 12. 170, 16. 197, 7. 217, 11. 237, 15. 244, 18. 247, 6. sed aliae omissiones (p. 100, 5. 104, 19. 154, 3. 230, 17. 244, 9) hanc explicationem respuunt.

Aliquot locis antiquae capitulationis uestigia supersunt ita, ut ante capituli initium littera K exstet, uelut fol. 64<sup>r</sup> (p. 5, 12 ante *hunc*), fol. 65<sup>a</sup> (p. 9, 15 ante *si ergo*, 9, 20 ante *et*, 10, 1 ante *Uerum*), fol. 66<sup>r</sup> (p. 10, 17 ante *Quae*, 10, 25 ante *tum*, 11, 9 ante *Nihil*), fol. 69<sup>a</sup> (p. 20, 6 ante *Locorum*), fol. 90<sup>a</sup> (p. 80, 1

ante *considerate*), fol. 91<sup>r</sup> (p. 80, 10 ante *Ita*, 81, 8 ante *Sed*). ex his locis quamvis paucis singula capitula antiquitus breuiora fuisse quam nostra, quae ad editionis Graecae capitulationem accommodauimus, colligitur.

In rebus orthographicis codicem R bonae memoriae testem esse postea fusius declarabimus (cf. p. LI—LIV); sed nihilo minus male scribitur:

*e* pro *ae*: *celestibus*, *egre*, *egritudo*, *estimet*, *heret*, *idiote*, *leuaque*, *meror*, *penitentia*, *penituit*, *precipites*, *preparabit*, *pretereūtes*, *preuentione*, *questio*, *seculo*, *tedio*, *uniuerse nature*, *zone*; de littera *e* suo iure pro *ae* posita cf. infra p. LII sq.

*ae* pro *e*: *cēcidit*, *cedrus*, *cēlebro*, *communē*, *maximē*, *optime*, *publicē*, *adpraehendi*, *aegimus*, *aequi* (195, 22. 270, 4 pro *equi*), *mundumquae*, *paenitus*, *praecibus*, *praetiosus*, *praesbiteros*, *praessi*, *uentrae*.

*ae* pro *oe*: *caepisse*, *praelium*.

*i* pro *e*: *dilitiae*, *diriuat*, *discenderet*, *dispicere*, *dispoliant*, *distruitur*, *diuitiis* (= *de uitiis*), *elimentorum*, *elimosine*, *similis* (= *Semeles*).

*e* pro *i*: *antequa*, *decadebus*, *deluculo*, *dessidentes*, *feeri*, *sterelitas*; de scriptura *absenthium* cf. p. LIII.

*o* pro *u*: *nobibus*, *sulphore*, *torcolaribus*; sed *luxoriosis* 44, 18 (RO,Cm1) et *luxoriantes* 124, 21 (ROC) fortasse recte.

*u* pro *o*: *abuno* (= *a bono* 30, 2), *munilium*.

*u* pro *b*: *operiuus*, *siue* (= *sibi*), *cantauimus*.

*c* pro *t*: *flagicium*, *maliciae*, *spacia*.

*t* pro *c*: *audatius*, *dilitiarum*, *fidutiam*, *initiatur*, *pernitiem*, *sotiatam*.

*g* pro *c*: *agrigula*, *diligata* (258, 18), *dogumenta*, *exeguit*.

*ch* pro *c*: *archan(a)* 21, 16 (ROC). 29, 10 (RO) [*archanis* 113, 5 OCV. 210, 10 CV, Op.c.]. *archanum*—*archanorum* 167, 14 (ROCV); *sepulchra* 55, 13 (ROAC) [238, 19 OC, *sepulcrha* A].

*c* pro *ch*: cf. p. LIII.

*t* pro *d* fere ubique scripsit Rm1 in uocibus *aliquit*, *aliut*, *aput*, *haut*, *quit*, sed correxit.

*d* pro *t*: *inquit*.

*f* pro *ph*: *colafos*, *faraonem*, *filosophiae*, *finees*, *memfitici*, *orfei*, *soffisticam*, *sofiste*.

*h* modo omittitur modo superflue ponitur: *arcitectum*, *armonia*, *habiit*, *habundo*, *hiezechihelum*, *hii*; cf. etiam p. LIII.

*ll* pro *l*: *tollerant*, *uellis*; de *medella*, *querella*, *cautella* cf. p. LII. aliae consonae duplicantur: *cōmessationibus*, *dupliciter*, *occassionibus*, *pussilus*.

Saepe syllabae in R omittuntur: 15, 13 *intruxisse* (*introduxisse*), 211, 5 *ornatus* (*ordinatus*), *supplis*, 212, 23 *dare* (*damnare*), 225, 13 *int̄minos* (*intra terminos*), 228, 3 *pronis* (*profanis*), *commotionibus*, *probilibus* sim.

Praepositionum exeentes consonae in uerbis compositis non solent assimilari; nec uero desunt assimilationis exempla, uelut *affictorum*, *alloqui*, *appellatio*, *arrogantem*, *collegerit*, *imminet*, *impious*, *oppressa* sim.

Uno loco excepto (68, 9) in R legitur *quicquid* (18, 5. 7. 41, 19. 91, 4. 93, 22. 96, 19. 106, 25. 128, 6. 136, 2. 156, 5. 268, 21) itemque ceterorum consensu codicum *quicquam* 224, 19, sed 230, 21 unus R *quidquam* exhibet.

Denique praeterire nolo saepe librarium codicis R litteras *a* et *u* confudisse, uelut 9, 3 *gerunt* pro *gerant*; 9, 19 *labefac-turi*, 13, 13 *stadium* pro *studium* (cf. 268, 7), 22, 18 *oblac-tatur*, 23, 19 *etiā cauta* pro *euacuata*, 38, 18 *ultimum* pro *ultimam*, 41, 4 *impiāt* pro *impiam*, 43, 21 *periculū* pro *peri-cula*, 51, 13 *tandē inde* pro *tum deinde*, 241, 20 *coram* pro *quorum*, 270, 12 et sim., unde in archetypo litteras *a* et *u* satis sibi similes fuisse merito conicias. formam autem litterae *a* in modum uetustae scripturae minusculae Carolingiae in superiore parte non fuisse clausam ideoque non solum cum *u* sed etiam cum *is* (*if*) confundi potuisse apparet ex 43, 21. 22. 44, 1, ubi R sexies *periculis* pro *pericula* in suo exemplari legit. denique rei palaeographicae studiosis fortasse expediet comperire librarium codicis R tres uel potius quattuor litterae *a*

formas ita usurpare, ut ab eodem scriba inde a fol. 63<sup>u</sup>—88<sup>r</sup> ferme ubique forma  $\alpha$ , a fol. 88<sup>r</sup>—143<sup>u</sup> multis locis etiam forma  $\omega$ , a fol. 144<sup>r</sup>—150<sup>u</sup> praeter  $\alpha$  rarius  $\omega$ , saepius  $\alpha$  adhibetur; hic illic etiam forma  $\infty$  occurrit fol. 65<sup>r</sup>, 90<sup>u</sup>, 135<sup>r</sup> (bis), 149<sup>r</sup>. codicis partem, quae Gregorii orationes continet, lucis ope depictam contulit Ios. Zycha.

2. Codex bibliothecae Bodleianae **Oxoniensis Laudianus** *Miscellaneus* 276, quem littera *O* significauimus, membranaceus formae maximaæ foliorum 85 saeculo IX exeunte scriptus est. in fol. 1<sup>r</sup> exstat litteris capitalibus exaratum: *in hoc codice libelli sc̄i gregorii nazanzeni numero X*, sequitur index orationum et praefatio Rufini. decem orationes hoc ordine sese excipiunt: fol. 2<sup>r</sup>—23<sup>u</sup> *apollogeticus in latinum translatus e greco*, fol. 23<sup>u</sup>—30<sup>r</sup> *de epiphanis siue de natali domini*, fol. 30<sup>r</sup>—37<sup>u</sup> *de luminibus quod est de secundis epiphanis*, fol. 38<sup>r</sup>—44<sup>u</sup> *de pentecosten de spiritu sancto dicta in ecclesia constantinopolim*, fol. 44<sup>u</sup>—51<sup>r</sup> *in semet ipso de agro regressus*, fol. 51<sup>r</sup>—55<sup>r</sup> *de hieremia dicta præsente imperatore apud quem et intercedit pro quodam periclitante*, fol. 55<sup>r</sup>—63<sup>r</sup> *de reconciliatione et unitate monachorum*, fol. 63<sup>r</sup>—70<sup>u</sup> *de grandinis uastatione cum pater episcopus relicerit*, fol. 71<sup>r</sup>—81<sup>r</sup> *de fide et de nicena fide*, fol. 81<sup>r</sup>—85<sup>r</sup> *de arrianis quod non liceat semper et publice de deo contendere*. in calce codicis (fol. 85<sup>r</sup>) hymnus ad Michaelem archangelum exstat. numeri quaternionum (in quaternionibus primo et quinto singula folia desunt) litteris *A—I (K, L)* signati in margine inferiore ultimi cuiusque auersi appositi sunt: fol. 7<sup>u</sup>. 15<sup>u</sup>. 23<sup>u</sup>. 31<sup>u</sup>. 37<sup>u</sup>. 45<sup>u</sup>. 53<sup>u</sup>. 61<sup>u</sup>. 69<sup>u</sup>; sequitur quinio, cuius ultimum folium nunc non numeratum una cum indice *K* deest (fol. 70—78), et ultimus quaternio septem foliis (79—85) constat.

Plane similis codex saeculo decimo monasterii s. Nazarii Laurishamensis fuerat, qui secundum catalogum antiquum, quem G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, p. 113 sq. publici iuris fecit, LV nr. 512 easdem Gregorii orationes decem eodem ordine digestas continebat. nec tamen hunc librum eundem fuisse atque Laudianum nostrum pro certo

affirmare ausim. ex catalogi enim illius descriptione Laurishamensem post orationes Gregorianas etiam tractatum *de ordine noui et ueteris testamenti* exhibuisse scimus, qui nunc deest in Laudiano neque umquam adfuisse putandus est, quoniam post quattuor uersus fol. 85<sup>r</sup> Gregorii textus finitur et sequens breuis hymnus ad Michaelem archangelum ad ultimum folium rectum ex parte quidem scriptura complendum additus esse uidetur, cum fol. 85<sup>a</sup> omnino scriptura careat. itaque paulum dissentio ab Andrea Wilmart (*La tradition des opuscules dogmatiques de Foebadius* etc. p. 20 not. 2), qui recte quidem in codicum collectionem archiepiscopi Laud complures codices Germanicos, inter quos non solum Moguntinos et Vircebburgenses, sed etiam Laurishamenses, intrasse monet, sed nimis confidenter Laudianum Misc. 276 ut Laurishamensem 512 agnoscit.

Certe quod ad aetatem codicis attinet, huius agnitionis difficultas nulla est. Laudianum enim illo catalogo antiquiore esse ne ego quidem nego, quamquam Wilmart codici maiorem antiquitatem assignare uidetur quam ego, qui editorem catalogi bibliothecae Bodleianae<sup>1)</sup> Laudianum saeculo XI ineunti attribuentem errasse quidem putem nec uero per typothetae errorem numerum *XI* pro *IX* legi Wilmartio concedam. sunt enim certa quaedam uestigia, quibus codicem ante finem saeculi IX exaratum esse putare uetamur; quin etiam qui librum initio saeculi X scriptum esse centenderit, uix me habebit aduersarium. ceterum de hac re iudicandi facultas penes omnes est, quoniam specimen codicis lucis ope depictum (fol. 1<sup>r</sup>) Wilmart commentationi suaee addendum curauit. etiam alterum codicem perquam similem Lauriaci exstitisse eodem monasterii catalogo docemur, cf. Becker p. 108 (XLV nr. 373): *liber Victorini in Leuiticum, libri X Gregorii Nazianzeni in uno codice.*

Codex Laudianus ab uno librario litteris nitidis diligenter scriptus est. quae diligentia etiam inde cognoscitur, quod uo-

<sup>1)</sup> H. O. Coxe, *Catal. codicum man. bibl. Bodleianae* II 226.

ces litterasue suis locis parum perspicuas supra reposuit, sat multis locis singulas litteras (*i* in *e*, *e* in *i*, *u* in *o* mutans) emendauit, sententias omissas in margine aut supra lineam adscripsit, ut bis tantum (p. 25, 8. 31, 15) textus hiet; nam ea, quae p. 130, 11 et 150, 12 exciderunt, etiam in ceteris codicibus praeter R desiderata librarius in exemplari suo iam non uidit. in fine orationis septimae fol. 63<sup>r</sup> subscriptio legitur litteris maiusculis: *usque huc contuli de codice scæ melaniae roma et, si s. Melania seniorem*<sup>1)</sup> *ipsius Rufini aequalem et amicam fuisse reminiscimur, quae obiit 410—411* (cf. Butler, *The Lausiac History of Palladius* II [1904] 228), ad genuinae memoriae initia hanc subscriptionem redire patet. at de codice ad codicem ex scribarum consuetudine talia additamenta posteritati religiose tradendi propagata Laudiano fucatam tantum auctoritatem confert. exstat enim alter quoque codex, ut de Berolinensi theol. 329 taceam, eandem subscriptionem exhibens, de quo mox disputabimus, Atrebatensem dico, et mira fortuna factum est, ut hi ipsi duo codices in uniuersum bonae notae non sint et, ubi singulares, quae eorum propriae sunt, lectiones exhibent, minorem etiam fidem mereantur, cf. infra p. LX sq.

Atque praecipue in Laudiano permulta sunt, quae castigatione egeant. unum genus mendorum inde natum est, ut uox substantiuo cuidam antecedens uel succedens nomini illi aut praecedenti aut sequenti falso grammatice accommodaretur (cf. p. 8, 22. 10, 26. 37, 12. 63, 6. 75, 18 al.) aut librarius uoculis similiter desinentibus uel incipientibus deceptus similes syllabas uocesue uel omitteret uel bis poneret (cf. 27, 24. 35, 22. 60, 16. 153, 3. 162, 3. 203, 26. 240, 15 al.). genus autem mendorum longe frequentissimum originem traxit ex confusione uocalium et consonantium, uelut innumeris locis confunduntur *ae*, *oe* et *e*, *e* et *i*, *o* et *u*, *c* et *t*, *d* et *t*, *b*

<sup>1)</sup> Etiam Melania iuniorem Rufinum senem uidisse probabile est (cf. Rampolla del Tindaro, *Santa Melania Giuniore Senatrice Romana* [1905] p. 200—202 not.) nec uero dubitandum, quin codicis subscriptione Melania senior significetur (cf. Wilmart l. l. p. 24 not. 2).

et *p*, omittitur *h* aut abundat et sim. mirum quantum patet confusio litterarum *i* et *y*; quamquam enim non ita miramur scripturas *illiricum*, *misteria*, *frigum*, *mistica*, *sicamina*, *babilonia*, *olimpiaco*, *idria*, *sillabis*, *sillogismis*, *presbyteros*, tamen pro codicis uetustate notabiliores sunt formae *cybus* (passim), *hystoria*, *cylhara*, *hyrsutis*, *'ybiae*, *phylosophia*, *ysidis*, *symonis*, *myrum* (= *mirum*). ad librarii morem pronuntiandi cognoscendum magis etiam quam *magestat(e, -em, -is)* p. 119, 13. 160, 1. 185, 9 conferat *nimigitate* 268, 23 (etiam C). codicem lucis ope depictum Ios. Zycha contulit.

3. Codex **Atrebaten** 621 miscellaneus foliorum 165 formae maioris octonariae saec. X ineunte scriptus, quem littera *A* significamus, fol. 1—71<sup>r</sup> praefatione Rufini praemissa Gregorii orationes octo priores praebet. textus in omnibus orationibus foliorum iacturam passus maioribus lacunis hiscit (p. 10, 12—12, 19. 18, 8—21, 7. 27, 5—29, 19. 35, 7—37, 16. 43, 2—45, 15. 48, 11—50, 26. 62, 1—67, 8. 75, 3—77, 14. 80, 3—82, 10. 95, 10—97, 10. 108, 3—113, 9. 142, 10—145, 9. 171, 7—173, 20. 199, 2—201, 9. 224, 10—226, 23. 254, 4—256, 18). etiam hic liber eodem loco, quo O, hoc est in fine orationis septimae, subscriptionem seruauit: *usque huc contuli de codice sc̄ae melanie romē neque tamen multum ad emendationem ualet. in fronte folii primi legitur: Bibliothecae Monasterii S. Vedasti Atrebaten* 1628. codicem post Wrobelium contulit Ios. Stalzer.

4. Codex Caroliruhensis **Augiensis** CXVIII, quem littera *C* notamus, accuratissime ab Alfredo Holder (*Die Reichenauer Handschriften I. Die Pergamenthandschriften* [1906] p. 301 sqq.) descriptus saeculi noni uel decimi est et decem Gregorii orationes complectitur, quae hunc seruant ordinem: fol. 2<sup>r</sup>—3<sup>u</sup> Praefatio sine inscriptione, fol. 3<sup>u</sup>—47<sup>r</sup> *apollogeticus in latinum translatus e greco*, fol. 47<sup>u</sup>—60<sup>r</sup> *de theophaniis siue natali domini*, fol. 60<sup>r</sup>—75<sup>r</sup> *de luminibus quod ē sc̄ds epyphaniis*, fol. 75<sup>r</sup>—94<sup>r</sup> *de fide... de fide nicaena*, fol. 94<sup>r</sup>—107<sup>r</sup> *de pentecoste et de spiritu sancto in ecclesia constantinopoli*, fol.

107<sup>r</sup>—121<sup>r</sup> *de in semet ipso de agro reuerso*, fol. 121<sup>r</sup>—130<sup>a</sup> *de hieremia dicta presente imperatore intercedens pro quodam periclitante\**, fol. 130<sup>a</sup>—146<sup>a</sup> *de reconciliatione et unitate monachorum*, fol. 146<sup>a</sup>—161<sup>r</sup> *de grandinis uastatione cum pater episcopus reticeret*, fol. 161<sup>r</sup>—168<sup>a</sup> *contra arrianos* (man. saec. XV). liber ab uno librario scriptus est, correctus autem non solum a manu prima raro, quae singula uocabula correxit et omissa addidit, sed etiam multo saepius ab altero correctore, qui pauca quidem, quae a librario male exarata erant, correxit, multis autem locis scripturam genuinam corruptit uel leuiter corruptam grauius etiam pessum dedit usus codice quodam, qui libri Monacensis 3787 (cf. infra p. XXXVII) persimilis erat. in rebus orthographicis C plerumque cum codice Laudiano conspirat, quocum etiam tractatu *De fide* quamquam non eodem loco inserto consentit. codicem Vindobonam transmissum Ios. Zycha contulit.

5. Codex **Vindobonensis** 759, quem siglo *V* notamus, membranaceus formae maioris foliis 96 constans, quae nouem orationes genuinas (inscriptio orationis II desideratur, cf. p. 84 editionis nostrae et infra p. XL) omissa prologo continent, saeculo XI uel potius XII<sup>1)</sup> duabus manibus scriptus est, quarum altera partem priorem usque ad fol. 16<sup>a</sup>, altera partem reliquam exarauit. praeter librarios, qui et ipsi nonnulla menda sustulerunt, liber manum correctricem expertus est, qua multi errores emendati, alia uerba integra depravata sunt. codex etsi persaepe uerborum collocatione a ceteris discrepat, tamen cum R artius coniunctus cum illius lectionibus magnum auctoritatis pondus affert tum solus complures locos integros seruauit. in tegumento codicis haec inscripta leguntur: *Liber hic mihi Petro Lambecio Hamburgensi, S. Caes. Majestatis Consiliario, Historiographo et Bibliothecario Aulico donatus fuit a Turcis in Arce Budensi A. 1666 die 10 Martii.* codicem post Wrobelium Ios. Bick contulit.

<sup>1)</sup> *Tabulae codicum I 128* hunc codicem saeculo XI assignant, cautius Denis in catalogo I 612: ‘sec. ut uidetur XI’ iudicauerat.

2. Hos quinque libros manu scriptos ad crisin factitandam sufficere cum intellexisse, Wrobelio auctor fui, ut ceterorum codicum quamvis antiquorum lectiones uarias, quas summa diligentia enotauerat, ab apparatu critico aut omnino arceret aut speciminis instar pauca quaedam in notis ad Rufini Praefationem suppeditaret. itaque hoc loco de singulorum horum uirtute summatim rationem reddere satis habemus. sunt autem hi:

1. Codex Lugdunensis 599 (olim 515, quo numero Wrobel usus est) foliorum 60 formae quadratae saeculo IX ineunte uel saeculo VIII exeunte scriptus est. legitur enim fol. 1<sup>r</sup>: *leidrat licet indignus tamen episcopus istum librum tradidi ad altare sc̄i stephani* (cf. *Catal. gén. des Manuscrits de la Bibl. publ. XXX [1899]* 154). Leidratus autem intra annos 798—814 episcopus Lugdunensis fuit<sup>1</sup>). hic liber fol. 10<sup>u</sup>—60<sup>u</sup> priores quattuor orationes continet; quartae orationi desunt in fine sex uersus, quod codex fol. 60<sup>u</sup> desinit uoce corporaliter (p. 163, 6). uerba Rufini pessime sunt mutata et interpolata ita, ut hic codex uetustissimus idemque fere omnium deterrimus sit. hoc acerbum iudicium comprobatur lectionibus, quae siglo *L* notatae ad huius editionis pag. 3—5 in notis adscriptae sunt (cf. imprimis p. 3, 10. 18. 4, 3. 6. 9. 21. 22. 23. 5, 1. 2). itaque casu p. 159, 6 genuina lectio *testis est* (*et testis est* cet.) in *L* legitur; quae enim proxime antecedunt et sequuntur in *L*, quam corruptus liber sit, satis demonstrant: *si inueniat puerum prudentem et seniorum iudicem facit et lasciuia aetas condemnat impudicam senectutem. testis est daniel, qui uitiae merito leones uicit in lacu.*

2. Codex Valentinianus (*s. Amandi*) 150 (olim 143) saeculo IX mundissime exaratus priores octo orationes integras continet et proxime accedit ad codicem Atrebatensem *A* et Bononiensem Gallicum, de quo mox uerba faciemus, ita ut eum mediocris bonitatis textum recensionis Gallicae praebere

<sup>1</sup>) Cf. Delisle in *Notices et Extraits des Manuscrits* etc. Paris. 1896 XXXV p. 838.

dicas. immerito igitur huic codici Wrobel deceptus Graeco καθὼς γέγραπται fidem habuit exhibenti p. 160, 15 *cum dicitur*, cum ceteri recte praebent *cum dicit* (cf. infra p. XLVIII).

3. Codex nunc Petropolitanus Lat. Q. I 46 olim Corbeiensis 112 saec. IX compluribus manibus exaratus foliorum numeratorum 101 uel potius 102, quod fol. 41 bis numeratur, formae octonariae maioris in margine superiore fol. 1<sup>r</sup> notam *lib de antiqua corbeja*, in inferiore *Ex Musaeo Petri Dubrowsky* exhibit. continentur octo orationes priores praecedente Rufini prologo his inscriptionibus insignitae: fol. 1<sup>r</sup> *incipit prologus*, fol. 2<sup>r</sup> *gregorii ep̄i nanzianzeni explicit* (in mg. *prefatio rufini pr̄bi ad upronianum*). *incipit apologeticus in latinum translatus ex greco feliciter*, fol. 40<sup>r</sup> *apologeticum s̄cī gregorii ep̄i liber explicit*. *incipit eiusdem liber II* *de epifaniis siue de natale dñi*, fol. 47<sup>a</sup> *expli* (sic) *lib II gregorii episcopi de epifaniis siue de natale dñi*. *incipit lib III de luminibus quod est epiphaniis*, fol. 58<sup>a</sup> *explicit lib III gregorii episcopi secundis epifaniis*. *incipit lib IIII de pentēcēt et de sp̄u sc̄o dicta* (us s. a m2) in (eras.) ecclē constantinopolim, fol. 68<sup>r</sup> *gregorii ep̄i lib IIII explicit*. *incipit lib V in semet ipso de agro regressus*, fol. 77<sup>a</sup> *gregorii ep̄i lib V expl*: *incipit eiusdē lib VI*: *de hieremia dicta pr̄esente imperatore*: *apud quē et intercedit*. *pro quodam periclitante*, fol. 83<sup>a</sup> *gregorii ep̄i lib VI expl*: *incipit lib VII*: *de reconciliatione monachorum*, fol. 91<sup>r</sup> *gregorii ep̄i liber VII explicit*. *incipit liber VIII de grandinis uastatione cum pater ep̄s reticeret*, fol. 101<sup>r</sup> des. (cf. p. 260, 22): *cui est gloria et potestas in secula seculorum. amen* (reliqua paginae parte uacua relictā). huius codicis inspiciendi facultate hoc demum anno mihi data mox eum cum libris O et A ita conspirare intellexi, ut peculiare eius pretium in crisi factitanda fere nullum sit. speciminis causa affero has eius lectiones: 10, 20 *diu*, 22 *aliqui*, 23 *ex improuiso*, 26 *mei* (i ras.), 12, 2 *uiles* (i s. e), 10 *paenitus*, 18, 20 *enim* (s: etiam m2), 22 *repperiet*, 19, 16 *aduersus*, 20, 7 *requirunt*, 15 *aguntur*, 27, 24 *feruentes*, 45, 6 *est omnium*, 254, 20 *audit* etc. praeterea conferenda sunt, quae infra p. LXI e Petropolitano enotauiimus.

4. Codex Bononiensis Gallicus 30 saec. X foliorum 88 formae quadratae septem orationes priores integras cum praefatione et octauae partem fere dimidiam praebet. deficit enim fol. 78 uerbis *et iniquus in iniquitate perdurat nec aliquid* (p. 248, 5). in praetexto folio auero adscripta sunt haec: *regnolus licet exiguus sed in xp̄i nomine sacerdos et monachus sacro huic loco, sc̄i scilicet bertini monasterio, deuolus istum tradidi librum. quem si quis abstulerit uel alienarit, anathema sit.* cum A saepissime conspirans (cf. notas ad p. 3, 13. 4, 7. 8) et cum Valentiniano affinitate coniunctus (cf. 66, 14 *helias pro Samuhel*) a Wrobelio pluris aestimatus est quam debebat. is enim falso codicis Bononiensis manui alteri fidem habuit p. 120, 3 *oportet contra necessitatem inculcanti* (cf. infra p. XLVII). quod autem Bononiensis unus ex omnibus recte praebet p. 173, 9 *nobis (uobis cet.)*, id fortasse librarii ingenio aut etiam socordiae debetur.

5 et 6. Duo codices Bambergenses 78 (B IV 13) saec. X et 64 (B IV 6) saec. XI (cf. Leitschuh, *Katalog der Handschriften der Koen. Bibl. zu Bamberg I* 1, 3 p. 450 et 433) octo orationes priores cum praefatione (*praefutio gregorii nanzanzeni episcopi uel rufini presbyteri*) continent. ambo eiusdem familiae sunt nec uero ad textus recensionem quicquam ualent; habent enim p. 3, 18 *toruo*, 4, 9 *se deo*, 4, 21 *tantum*, 4, 22 *disceptationes accersiens pacifico eos affatur alloquio dicens*, 4, 14 *apud* omittunt, 5, 2 uerba interpolata, quae in Lugdunensi leguntur, etiam in Bambergensibus comparent neque dubium est ceteras utriusque codicis lectiones uel obiter respicienti, quin in deterrimorum codicum numero sint habendi.

7. Codex Monacensis Latinus 3787 saeculi X exeuntis uel XI ineuntis totidem quot codex Augiensis CXVIII orationes eodem ordine se excipientes exhibit, quae folia 1—92 occupant. hic liber cum Augiensi artissime cohaeret, sed propterea dignus est, qui attentius respiciatur, quod ad eius potius quam ad Augiensis fidem editio princeps anno 1508 adornata esse uidetur, de qua mox dicemus.

8. Codex Monacensis Latinus 463 chartaceus foliorum 190

in fol. 190<sup>r</sup> haec habet litteris rubris scripta: *Opuscula Sancti Gregorii Nazanzeni episcopi e greco in latinum traducta foeliciter finiunt. Scripsi ego Hartmannus Schedel. arcuū et utriusque medicine doctor: En opera Gregorii magni: que in Germania repperi: Anno dōi MCCCCC: In Nurberga. Laus Deo.* incipit Rufini textus fol. 7<sup>r</sup>: *Incipit Praefatio in Apologetico Gregori Nazanzeni de Urbana Vita, 9<sup>r</sup>—59<sup>a</sup> Apologeticus, fol. 60<sup>r</sup>—74<sup>r</sup> de Theophaniis siue natali Domini, fol. 74<sup>r</sup>—90<sup>r</sup> de Luminibus: quod est de secundis Epiphaniis, fol. 90<sup>r</sup>—104<sup>r</sup> de Pentecoste et de Spiritu Sancto in Constantinopolitana Ecclesia, fol. 104<sup>a</sup>—124<sup>a</sup> de fide eiusdem sancti Gregorii et episcopi Nazanzeni, fol. 125<sup>r</sup>—138<sup>a</sup> de sc̄metipso. De agro reuerso uel cum de agro reuertitur, fol. 138<sup>a</sup>—147<sup>r</sup> de dictis Hieremie presente imperatore intercedent' pro quodam periclitante, 147<sup>r</sup>—163<sup>r</sup> de reconciliatione et unitate Monachorum, 163<sup>r</sup>—180<sup>r</sup> de Grandinis uastacione cum pater episcopus reticeret, fol. 180<sup>r</sup>—188<sup>a</sup> de hiis qui impuro corde et ore de sanctis locuntur (est oratio IX nostrae editionis *De Arrianis*), fol. 188<sup>a</sup>—189<sup>a</sup> de fide nicena (est *Libellus fidei* XX 49—50 M). differt igitur hic codex a Monacensi 3787, quod tractatum *De fide* quinto, non quarto loco et breue illud supplementum *De fide nicena* non statim post tractatum *De fide*, sed in fine totius orationum collectionis exhibet. textus forma ad eam, quam C cum Monacensi 3787 praebet, proxime accedit, nisi quod etiam corruptior est eo, quod librarius male doctus multa, quae non statim intellegebat, ex suo arbitrio mutauit. codicem, quem Ioh. Wrobel contulerat, meo rogatu denuo inspexit P. Alfredus Feder S. I.*

9. Codex Vaticanus Latinus 306 tribus manibus exaratus inde a fol. 2<sup>r</sup> octo priores Gregorii orationes ordine usitato usque ad fol. 88<sup>r</sup> continet; atque folia 2<sup>r</sup>—37<sup>r</sup> saec. X, 38<sup>r</sup>—40<sup>r</sup> saec. XV, 40<sup>a</sup>—88<sup>r</sup> saec. XI scripta sunt. textus ad eam recensionem, quae codicibus Atrebateni, Bononiensi, Valentiniano, aliis repraesentatur, redit.

10. Codex Parisinus Latinus 1705 saec. XI octo priores Gregorii orationes cum praefatione, sed or. V et VI inuerso

ordine, continet. ipse deterioris notae ceterorum codicum Gallicorum similis est.

11. Codex Virdunensis 47 saec. XI octo priores orationes usitato ordine exhibens cum Atrebateni artius cognatus est.

12 et 13. Codices Vindocinensis 123 saec. XI et Carolopolitanus 173 saec. XII et numero orationum et textus forma originem Gallicam p[re]se ferunt.

14. Codex Montepessulanus 411 saec. XII orationes octo hoc ordine dispositas: I—IV. VI—VIII. V continet (*liber V de hieremiq[ue] dictis* etq[ue], *liber VI de reconciliatione et unitate monachorum*, *liber VII de grandinis uastatione* etq[ue], *liber VIII in semet ipso de agro regressus*). cum Parisino 1705 haud raro in lectionibus singularibus conspirat.

15. Codex Berolinensis bibl. elector. theol. 329 saec. XII (cf. V. Rose II 1 p. 118) eadem continet quae Atrebattenis una cum eius subscriptione post orat. VII: *usque huc contuli de codice sancte melanie rome.*

His codicibus maximam partem Gallicis adiungendi sunt libri aliquot Britannici et Hispanienses, qui item octo priores Gregorii orationes continent:

16. Codex cathedralis Sarisberiensis 89 saec. XI.

17. Codex Cantabrigiensis coll. Iesu Q. B. 21 saec. XII ex.

18. Codex cathedralis Lincoloniensis A. 3. 4 saec. XII ex., qui praeter octo Gregorii sermones etiam Basilii Caesariensis episcopi homiliae octo ex Rufini interpretatione cum eiusdem prologo continent (cf. supra p. XIV not.).

19. Codex cathedralis Dunelmensis B. 4. 1. saec. XII.

20. Codex Lambethanus Londinensis 338 saec. XII.

21. Codex Bodleianus 753 saec. XV.

22. Codex Escorialensis Q III 5 saec. XII.

23. Codex bibliothecae nationalis Matritensis A 158 saec. XIII in.

24. Codex bibliothecae uniuersitatis Matritensis 47 saec. XIII—XIV.

25. Codex Toletanus Matritensis 11, 20 saec. XIV fol. 244<sup>u</sup>—269<sup>r</sup>.

26. Codex monasterii Sanctae Crucis (*Heiligenkreuz* in Austria inferiore) 312 foliorum 200 formae quadratae saec. XII scriptus primo loco omnes nouem orationes genuinas continet sine praefatione Rufini: fol. 1<sup>r</sup> *incipit liber primus. Apologeticus sc̄i gregorii nazanzeni episcopi*, fol. 28<sup>r</sup> *explicit Apologeticus sc̄i gregorii nazanzeni ep̄i*, fol. 28<sup>a</sup> deficiente inscriptione oratio II incipit, fol. 36<sup>a</sup> *explic liber sc̄ds, incipit tertius eiusdem. de luminibus. id est. sc̄dis epyphaniis*, fol. 46<sup>r</sup> *liber quartus de penthecosten et sp̄u sc̄o*, fol. 54<sup>r</sup> *incipit quintus cum de agro uenisset*, fol. 61<sup>r</sup> *incipit sextus de ieremiae dictis etq.,* fol. 66<sup>r</sup> *incipit septimus de reconciliatione et unitate monachorum*, fol. 75<sup>r</sup> *incipit eiusdem liber octauus de gran-dinis uastatione etq.,* fol. 83<sup>a</sup> *incipit liber eiusdem VIII. de arrianis et de his qui indecenter de lege contendunt*, fol. 87<sup>a</sup> *explicit iste liber.* fol. 88<sup>r</sup>—144<sup>r</sup> prologo praemisso magistri Iohannis Salesberiensis episcopi Carnotensis passio s. Thomae episcopi et martyris, fol. 145—200 Sencae ad Lucilium Naturalium quaestionum libri septem continentur. hic liber fere ad uerbum eam textus formam repraesentat, quam Vindobonensis 759 praebet. praeter inscriptiones singularum orationum modo enotatas affero e sexcentis exemplis pauca haec: 28, 28 *nonnumquam interdum*, 82, 15 *subsistentia*, 75, 15 *abramici*, 100, 7 *in pudiciis*, 113, 9 *occultis et ditis* (et del. et in margine ab adscriptum), 117, 12 **ατθηπια**<sup>a teor a</sup>, 176, 7 *eedē*, 265, 6 *controversiis*, 266, 25 *aut certe*, 267, 11 *reptis*, alia innumera. quae cum ita sint, ad paruam illam lacunam, qua Vindobonensis in fine orationis IX laborat (cf. p. 276, 14—21), resarcendam hoc codice apte utemur. enotamus igitur has lectiones uarias: 276, 17 *errantes in aliquo periculum non habebunt* (recte ceteri codices *errare . . . habet*, cf. Graecum τὸ διαμαρτάνειν ἀχίνδυνον), 276, 18 *accipientes sententiam*, 276, 20 *cui est . . . saeculorum* omissum. codicem Vindobonam transmissum contulit Ios. Zycha.

27. Codex Stuttgartensis theologicus 21 formae octonariae foliis constat 124 non numeratis et saec. XII scriptus

est. fuerat olim, ut manu recenti in fol. 1<sup>r</sup> adnotatum est, monasterii Gengenbach. continet nouem Gregorii orationes genuinas ita, ut octaua post quartam inserta sit (fol. 75<sup>a</sup> *explicit de pentecoste\*[n erasum]*). *Incipit de grandinis uastatione cum pater eps reticeret;* fol. 86<sup>a</sup> *explicit de grandinis uastatione.* *Incipit cum de agro reuertitur* et fol. 118<sup>r</sup> post ultima uerba orationis *De reconciliatione et unitate monachorum* statim sequitur: *Incipit de arrianis quod non liceat semper et publice de deo contendere.* textum mixtum repraesentat, quippe qui eundem orationum numerum quem RV exhibeat et cum V haud raro consentiat, uelut 75, 15 *abramici*, 193, 8 *reperiens*, 275, 21 *et omissum*, 276, 13 *de mundis*, sed multo saepius cum OAC concordet atque ad codicem C potissimum proxime accedat, uelut p. 193, 5 *et plenus misericordia*, 195, 7 *explosa*, 196, 7 *sed et*, 268, 11 *qui*, 269, 15 *satietas aut nimietas*, 269, 21 *conuum* (ante correctionem). luculentissimum mixtae recensionis exemplum exstat 275, 14 *ωzeocinen quod est ipse dixit*, ubi primum uocabulum sensu carens nihil aliud est quam Graecum ΑΥΤΟC ΕΦΗ (uel ΕΦΑ) librariorum inscita corruptum, quod integrum seruatum est codice V — codex R enim deficit —, cum *quod est ipse dixit* ex alterius familiae codicibus OAC fluxerit. praeterea non pauca suo Marte nouauit librarius.

28. Codex Urbinas Latinus 60 membranaceus foliorum 244 saec. XV splendidissime scriptus et picturis ornatus in tegumenti folio auerso circi imaginem habet, in quo haec litteris maiusculis alternis uicibus aureis aut caeruleis leguntur: *in hoc ornatissimo codice continentur omnia (bis) opera Gregorii Nazanzeni que apud Latinos reperiuntur et opera Iohannis Crisostomi que in circulis sunt adnotata.* hic circus decem circulis minoribus circumdatur, quibus tituli singulorum opusculorum inscripti sunt. continet autem codex haec: fol. 1<sup>r</sup> *rufini aquileiensis praefatio in operibus Gregorii nazanzeni ex greco in latinum per eum traductis foeliciter incipit*, fol. 2<sup>r</sup> *apologicus*, fol. 28<sup>a</sup> *de natuitate domini*, fol. 36<sup>a</sup> *de luminibus quod est de secundis epiphaniis*, fol. 45<sup>a</sup> *cum de agro reuertitur*,

fol. 54<sup>r</sup> de quodam periclitante, fol. 59<sup>r</sup> de pentecoste et de spiritu sancto, fol. 67<sup>r</sup> de reconciliatione et unitate monachorum, fol. 76<sup>u</sup> de grandinis uastatione, fol. 85<sup>u</sup>—96<sup>u</sup> de fide cum maiore lacuna (folio enim 91<sup>u</sup> medio et fol. 92<sup>r</sup> uacuis relictis desiderantur uerba *in patre et filio non solum prophetica usque ad uide ergo si potest aliquid esse cui possit pater* [Migne XX 41 A—42C]), fol. 97<sup>r</sup> incipit de inuentione capitis sancti Iohannis baptiste eiusdem sancti Gregorii nazanzeni, fol. 101<sup>r</sup> de pascate, fol. 110<sup>r</sup> contra Iulianum imperatorem, fol. 116<sup>r</sup> epistula ad Cledonium I II, fol. 123<sup>u</sup> epistula ad uirginem nobilem, fol. 124<sup>u</sup> explicit epistula sancti Gregorii nazanzeni episcopi ad uirginem nobilem, sequuntur opuscula Iohannis Chrysostomi in Latinum translata. itaque orationes Gregorii hoc ordine digestae sunt: I—III. V. VI. IV. VII. VIII. (*De fide*). quod ad textus formam attinet, tuo iure in eo recensionem quandam mixtam agnoscas, quae modo cum hoc modo cum illo codice conspirans et innumeris nouis lectionibus recentiore demum aetate a uiro quodam haud indocto excogitatis corrupta editori nullius pretii est. codicem descriptis eiusque partes selectas contulit Aemilius Gaar.

29. Codex Vaticanus Latinus 307 membranaceus foliorum 120 saec. XV octo Gregorii orationes et tractatum *De fide* eodem ordine quo Urbinas 60 exhibit et textus hiatum in tractatu *De fide*, quo Urbinas laborat, etiam in Vaticano 307 deprehendimus, sed lacunae uestigium non exstat; folii enim 106<sup>u</sup> in fine legitur *hanc unitatem substantiae* et in initio fol. 107<sup>r</sup> *comparari quia talis est filius*, ita ut uerba *in patre et filio* usque ad *possit pater* intercidisse primo obtutu non animaduertas. fol. 112<sup>r</sup> legitur: *explicant sermones de fide sancti Gregorii Nazanzeni per Rufnum presbiterum ex Greco in Latinum transducti. incipit sermo de inuentione capitis sancti Iohannis baptiste secundum Iosephum*, qui sermo finitur fol. 116<sup>u</sup>; folia 117—120 scriptura uacua sunt. textus recensio plane eadem quae in Urbinate est. etiam huius codicis notitiam accuratiorem debeo Aemilio Gaar.

30. Codex Laurentianus Aed. Florent. VII saec. XV

(cf. Bandini, *Bibliotheca Leopoldina-Laurentiana* I 20 sq.) Gregorii orationes I—III. V. VI. IV. VII. VIII et tractatum *De fide* continens cum duobus codicibus Italis, quos modo descripsimus, arte cohaeret. etiam in hoc codice lacuna illa in libello *De fide* exstat.

31. Codex Laurentianus Fesulanus XLIV saec. XV (cf. Bandini, l. l. II 733 sqq.) non solum eosdem libellos eodem ordine exhibit quos ceteri Itali sed post libellum *De fide* etiam orationem *De Arrianis*<sup>1)</sup> usque ad uerba *Epicurum deum non sentientem* (p. 275, 18); sequitur Rufini interpretatio tractatum Basilii (cf. supra p. XIV).

32. Codex Parisinus Latinus 10594 chartaceus saec. XV codicum saec. XV Italorum simillimus est (cf. Wilmart l. l. p. 21 not. 4).

33. Codex Laurentianus plut. XVII cod. XXXI membr. formae quadratae maioris saec. XV fol. script. 278 nitidissimus (cf. Bandini, *Catal. cod. Lat. bibl. Laur.* I 355—357) continet Gregorii sermones octo priores cum praefatione, deinde nono loco sermonem *De pascha* (Inc.: *supra custodiam meam stabo* = Greg. or. XLV, Migne P. Gr. XXXVI 623), decimo sermonem *De martyribus et in Julianum peraequatorem* (Inc.: *quae est haec tyrannis* = Greg. or. XIX, Migne P. Gr. XXXV 1043), undecimo epistulam *ad Cledonium* (Inc.: *quoniam multi accidentes ad tuam uenerationem* = Greg. epist. CII, Migne P. Gr. XXXVII 193), duodecimo *ad uirginem* (Inc.: *uirgo sponsa Christi* = XXXVII 632 M),<sup>2)</sup> sequuntur Basilii epistulae quinque, alia.

34. Codex Gaddianus CXIII chart. saec. XV continet octo priores orationes cum praefatione (cf. Bandini, *Bibl. Leopold.-Laurent.* II 125).

Praeterea exstant codices haud pauci, qui unam alteramue orationem, imprimis Apologeticum, exhibent, uelut Parisinus

<sup>1)</sup> Per errorem igitur Wilmart l. l. p. 21 sermonem *De Arrianis* etiam a Fesulano abesse dicit.

<sup>2)</sup> Cf. W. Meyer, *Die rhythmischen Gedichte des Gregor von Nazianz* in Actis Acad. Monacensis, classis philos.-philol. XVII (1886), p. 401.

Lat. 17401 saec. X, Parisinus Lat. 1706 saec. XI, Virdunensis 63 saec. XII, alii, quos nominare non tanti est, ne Sangallensis 89 quidem saec. IX, qui orationem VI praebet, dignus est, qui respiciatur. uerbis enim omissis (cf. p. 193, 5. 12. 201, 1 *et*, 204, 24 *etiam*), transpositis (cf. p. 193, 18 *satis mihi*, 195, 15 *ipse nobis*, 201, 19 *habere curam*, 202, 12 *Christi in regno*), mutatis (cf. p. 194, 7 *quaerit*, 20 *pusillanimitate*, 196, 7 *tristia*, 197, 11 *contempnentes descendatis*, 199, 20 *propter caritatem*, 200, 4 *praestant pro pendant*, al.) etiam modicae bonitatis libris deterior est. de hoc codice, qui etiam Cyprianea quaedam continet, conferenda sunt, quae Hartelius in Cypriani editionis praefatione p. XXII exposuit.

3. Codices, quos modo enumerauimus, omnes, qui plus minus integrum orationum Gregorianarum collectionem continent, si orationum numerum et quo ordine singulae dispositae sint, spectamus, in tres diuiduntur classes. atque prima classis iis codicibus efficitur, qui omnes nouem orationes genuinas certo quodam ordine tradunt; sunt autem codex Reginensis 141 saec. IX, Vindobonensis 759 saec. XII eiusque assecla codex S. Crucis 312 saec. XII, quibus accedit genuinum ordinem iam non seruans Stuttgartensis theol. 21 saec. XII. secunda classis ex iis libris manu scriptis constat, quorum archetypus olim nonae orationis iacturam passus octo tantum orationes exhibebat; hic referendi sunt libri Gallicae originis (Valentinianus 150 [143] saec. IX, Petropolitanus-Corbeiensis Q. I 46 saec. IX, Atrebatenus 621 saec. X, Bononiensis 30 saec. X, Virdunensis 47 saec. XI, Vindocinensis 123 saec. XI, Parisinus 1705 saec. XI, qui orationem V post sextam praebet, Montepessulanus 411 saec. XII, qui eandem orationem V post octauam demum exhibit, Carolopolitanus 173 saec. XII, denique Lugdunensis 599 [515] saec. VIII—IX, qui, quamquam quattuor tantum orationes priores complectitur, Gallicae recensionis plurima uestigia seruat), libri Britannici et Hispanienses, quos p. XXXIX enumerauimus, Bambergensis 78 (B IV 13) saec. X, Bambergensis 64 (B IV 6) saec. XI, Vaticanus Lat. 306 saec. X et XI, Berlinensis bibl. elect. theol.

329 saec. XII, Laurentianus plut. XVII 31, Gaddianus CXIII, alii. *tertia classis eorum codicum est*, qui collectionem orationum spurio tractatu *De fide* auctam continent. hunc autem tractatum alii libri antiquiores nono loco ante orationem *De Arrianis* (Laudianus 276 saec. IX), alii quarto loco ante orationem *De pentecoste* (Augiensis CXVIII saec. IX—X et Monacensis 3787 saec. X—XI) inserunt. ab his libris iam interpolatis temporum decursu magis etiam degenerauerunt codices aliquot saeculi XV, ex quibus quinque ut Laudianus 276 tractatum *De fide* nono loco habent, sed orationem IV post sextam transponunt et praeter Laurentianum Fesulanum XLIV ultimam orationem *De Arrianis* omittunt (Urbinas Lat. 60, Vaticanus Lat. 307, Laurentianus Aed. Florent. VII, Parisinus Lat. 10594), unus (Monacensis 463) ad Monacensis 3787 exemplar redit, sed tractatum *De fide* quinto, non quarto loco ita praebet, ut eius supplementum *De fide nicena* sua sede motum post ultimam orationem *De Arrianis* collocatum sit.

Harum trium classium codices hodie seruati ad unum archetypum redeunt, cuius condicionem paucis adumbrare licet. atque communem omnium codicum nostrorum archetypum laborasse mendis certum est. additamenta enim deprehenduntur in eo 238, 2 *sacrificium deo est* (interpolatum ex Ps. 50, 19) et 50, 10 *haec, uoces omissae* 49, 3 *domine*, quod codices aliquot deteriores ex sacra scriptura restituerunt, 148, 1 *et quando uult* (post *uult*), 150, 21 *uos* (ante *nos*), 237, 24 *puri* ante *puro* (add. Cm2), *uocula et aut omissa aut falso addita* 152, 24 (post *sanctificet*), 159, 6 (post *facit*), 241, 12 (post *mouet*, add. Rm2). denique p. 65, 10<sup>1</sup>) locum biblicum e textu eiciendum esse contendo; olim enim eum a glossatore uerbis p. 65, 19 *blasphemari facimus in gentibus nomen dei* adscriptum in margine fuisse eo comprobatur, quod non solum superfluus sed etiam in nostris nunc exemplaribus falso loco inculcatus est (p. 65, 10). his adde alios locos, quorum corruptelas item leues ac quodammodo simplices appellaueris: 14, 7 *uoluntati* (pro *uoluptati*), 21,

<sup>1)</sup> Numeris crassioribus eos locos significaui, quos in Prolegomenis retractatos aliqua ex parte mutandos esse censui.

**23** *recipit uel recepit (recipiunt, corr. Rm2), 34, 5 ei sermo (eis sermo), 58, 3 ascendit uel ascendat (ascendet), 79, 22 oboedienciae (inoboedientiae), 83, 6 exordium (exodium), 101, 10 quod (quid, corr. Rm2), 105, 15 census (censis), 113, 6 nomine (nunmine), 130, 8 paenitentia (paenitentiam), 141, 18 sollemnitas (sollemnitas, corr. Rm2), 143, 11 quinque(n)simum (-mam), 150, 1 concedimus (concedemus), 155, 10 ut post dignum erat (et), 168, 1 potentibus (potantibus), 173, 9 uobis (nobis), 181, 13 patitur (patietur), 186, 4 est (et), 212, 21 tristitia uel tristitiam (tristia, corr. Cm2), 226, 26 populus sanctus dicebatur (p. s. dicebantur, corr. Rm2), 255, 19 agricultae (agriculturae), 275, 13 fabulas (fabas). archetypi mendum ne hac quidem editione sublatum propagatur **215**, 9 ut pro corum salute retributionem speremus in regno dei, tantum est ut adesse dignetur sapientia dei, ubi est expungendum erat ad recuperandam locutionem tantum ut (= dummodo), quae etiam his locis exstat: 46, 11 dum anathema esse a Christo patitur, tantum ut isti salui fiant, 230, 19 (tantum ne), 260, 10.*

Cauendum uero est, ne praepropere archetypi mendositati tribuantur, quae ex Rufiniani sermonis proprietate repetere praestat. itaque codicum lectiones contra Wrobelium defendo his locis: **18**, 8 solet enim quidquid uiolenter adtrahitur, sicut nouellae arboris si quis uicacumen inclinet, relaxata rursum in id quod fuerat reddit (relaxatum...redire Wrobel). quamquam enim Gregorius scripsit: φιλεῖ γὰρ τὸ βιασθὲν ὄσπερ φυτὸν βίᾳ χερσὶ μετασπώμενον εἰς ἔωντὸ πάλιν ἀφεθὲν ἀνατρέχειν, ad solet mente supplendum est ex enuntiato praecedente non perseverare et id quod fuerat ad arborem referendum esse elucet ex loco simili **218**, 5 si quis arboris ramum in aliam partem ui detorqueat et inflectat, si forte remiserit, continuo in id quod fuerat ad matris pectus recurrit et naturae prioris obtinet locum atque ostendit quod uiolenter quidem declinatus fuerit, non tamen redierit uiolenter. itaque non anacoluthi sed ellipseos quaedam forma hic statuenda est. — **56**, **22** multo minime necessarium est et propter sequens multae etiam displicet, quare codicum

auctoritate fulti uoculam exulare iubemus. — **64, 17** quod *omnibus pro hominibus* collato textu Graeco scripsit Wrobel, falsus est. nam quae breuius dixerat Gregorius πᾶσι μηχροῦ τοῖς πονηροῖς, Rufinus fusius uerbis *abiectis hominibus et indignis* et *ut ita dixerim monstris et beluis reddidit*, ubi *hominibus* per antithesin propter *beluis* usurpatum. — **93, 16** si *uero quis putat ex eo quod simplicis naturae est diuinitas*, idcirco *nihil prorsus de ea posse sentiri...* uel certe totam posse comprehendendi, quia *simplex esse intellecta est, non mihi uidetur recte aestimare recte exhibent totum codices*; collato enim textu Graeco (τὸ θεῖον) ἡ ὅλον ἀληπτὸν εἶναι ἡ τελέως λεπτόν substantium totum agnosendum, cui opponitur *nihil de ea*. — **120, 3** non sufficit effugere malum, sed oportet continuo etiam operari bonum uocem oportet cum codice quodam deteriore a Wrobelio inculcatam genuinam non esse certo certius est; plane similis enim locutionis exemplum existat 16, 22 nec sufficit de anima indignas abicere cogitationes, sed et praestantiores inserere, ubi ex sufficit mente supplendum est oportet<sup>1)</sup> ad inserere aequē ut illo loco ad operari. similis zeugmatis forma legitur 69, 8 prope accedere Moyses solus iubetur nec alius cum eo ullus ascendere, ubi ex iubetur ad ascendere supplendum sinitur. — **135, 10** traditam lectio nem: *noli me contingere; mundus enim ego sum, quod et si est aliquid in uobis puritatis et sanctitatis, in pertimini et nobis in dubium uocare non debui.* est enim Rufini proprium illud quodsi, quod idem ualet atque simplex si, per tmesin adhibere, cf. **26, 4** quod etiam si bonorum uitiae per haec consulunt, quantum illud est quod ex hoc confertur pro quodsi etiam bonorum, **185, 22** quod etiam si nos ab altaribus prohibeant et excludant, scio aliud altare pro quodsi etiam nos; itaque his duobus locis etiam si, non etiamsi erat scribendum. uocula et praeter 135, 10 efficit tmesin etiam **251, 13** quod et si holocaustum possem offerre me ipsum sacrificium, . . . non par-

<sup>1)</sup> Cf. 95, 3 non sufficiebat diuinæ illi bonitati intellegentiam sui apud semet ipsam mouere, sed oportuit...esse plures, qui...bonum esse sentirent.

*cerem*, ubi falso cum codicibus deterioribus legitur *quodsi et neque minus falso haec lectio fulcitur* textu Graeco: εἰ δὲ καὶ δλοκαυτώμασιν ἡ θυσίαις γνὲξιλάσασθαι περὶ τῆς ὀργῆς, οὐδὲ τούτων ἀνέφεισάμην. hic enim καὶ significat *etiam*, nostro autem loco *et eodem modo* quo 135, 10 particula copulativa est, quae sane mirum in modum abundanti illi *quod* postponitur. relativi pronominis *ui* imminuta *quod* a Rufino etiam alia ratione usurpatur p. 4, 10: *quodque cum faceret, in sacerdotium subrogatus est*, ubi *quod uel idque exspectaueris*. — **160, 15** *hoc erat signum quod infidelibus populis olim fuerat praenuntiatum cum dicitur* (sequitur locus biblicalus) rectissime codices, quibus nititur haec editio, exhibent *dicit*, quod impersonaliter sine subiecto adhibitum, de quo usu nuperime egit Einar Löfstedt (*Spaetlateinische Studien* p. 56—59, Uppsala 1908), Rufinus adamat, cf. 254, 7 et *ait* 182, 14, *inquit* 168, 17. 196, 3. — **182, 13** *unicornis est quoddam animal quod suis legibus uiuit* nostri codices aut *quidem* (*quidæ R*) aut *quidam* exhibent; *quoddam* merae coniecturae scribae cuiusdam, cuius inuentum in codicibus inferioris notae inueniri propter sequens *animal* non miramur, debetur. legendum est *quidem*, quod cum sequente *sed* arte cohaeret. — **233, 3** *si quidem possibile est curari eos, nulla sit inuidia interpolationis instar habendum est* *sit* et initio ab omnibus codicibus — addidit m<sup>2</sup> in R — merito aberat; ellipsis enim uerbi substantiui frequenter in Rufini interpretatione reperitur. — **241, 23** *aliis cum corripiuntur septuplum in sinum eorum defundi dicitur ultio peccatorum*, quamquam Gregorius εἰς τὸν κόλπον scripsit et 144, 19 *pessimi uicini septuplum in sinum suum recipiunt* legitur, codicum nostrorum lectio *sinus retinenda* erat, quod *eorum additum est et de uno etiam homine pluralis sinus* usurpatur a Rufino 157, 10 *quod transire prohibeat diuitem ad Lazarum uel ad sinus Abraham*. — Denique pauca uerba facienda sunt de titulo orationis sextae p. 191 et **193, 2**, quem Wrobel esse uoluit *ad ciues Nazianzenos graui timore percuslos et praefectum irascentem ex nullius codicis auctoritate usus* eisdem uerbis Latinis, quibus Iacobus

Billius interpretatus est textum Graecum: πρὸς τοὺς πολιτεούμένους Ναζιανζοῦ ἀγωνιῶντας καὶ τὸν ἄρχοντα δρυιζόμενον. sed Rufinus sua sponte titulum Graecum mutasse uidetur, quod oratio coram ciuibus Nazianzenis habita parum ad eos pertinebat, qui in occidente interpretationem Rufinianam lecturi erant; itaque de suo inscripsit orationem: *de Hieremia dicta praeſente imperatore apud quem et intercedit pro quodam periclitante secundum optimos codices*; deteriorum codicum lectio *de hieremiae dictis* a librario quodam profecta est, qui ad dicta mente supplendum esse oratio ignorabat (cf. inscriptionem orationis quartae p. 137, 5 in adnotatione). simili modo Rufinus orationem IX, cui inscribitur apud Gregorium κατὰ Εὐνομιανῶν προδιάλεξις, alio insigniuit titulo: *de Arrianis quod non licet semper et publice de deo contendere*, cum quo conferenda est inscriptione orationis XXXII Gregorianae: περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας καὶ ὅτι οὐ παντὸς ἀνθρώπου οὕτε παντὸς καιροῦ τὸ περὶ θεοῦ διαλέγεσθαι.

Nonnullis locis Wrobel grauioribus quam oportuit usus est medelis ad sananda archetypi menda, quae maximam partem simplicia esse docuimus. itaque p. 4, 15 *apud Nazianzum breue oppidum* haud recte emendata esse puto, quae traduntur codicibus (*nanzanzo* RC *nazanzenzo* O *nazanzi* A *nazanzum* codd. deteriores). quod enim codices nullius auctoritatis accusatiuum praebent et genetiuus quoque in A uilis emendationis speciem p[re]se fert, forma nominis in -o desinens ad archetypi mendum referenda esse uidetur, quod facile tollitur scribendo *nanzanzon* uel *nazianzon*. sic enim Rufinus etiam in Hist. eccl. XI 9 (p. 1016, 19 Mommsen) scripsit, quamquam etiam hoc loco ne uno quidem codice haec forma seruata est; uariant autem libri, quorum auctoritate Mommseni recensio nititur, inter *nanzanzo* NF, *nazanzo* LP, *nanzo* O<sup>1</sup> et *nazanzi* O<sup>2</sup>. — 92, 9 esse enim ipsius totum est et semper est, quod neque coepit umquam neque aliquando cessabit *(uelut)* insuperabile quoddam... pelagus non uelut sed ut excidisse uerisimilius est, quod in archetypo falso praecedebat *cessauit* (sic ROCV) et per haplographiam quandam

*ut facile omitti poterat. — 107, 10* in archetypo sine dubio exstabat: *si flagella adhibebuntur et uerbera, libens gaudensque suscipe, quia dignus habitus es pro nomine pati.* ita enim legitur in RCm1,0 et, quae interpolauerunt ante nomine Cm2 *iesu* et Rm2 *eius*, genuina non esse eorum collocatione diuersa in ceteris codicibus (*iesu pro nomine V, pro nomine eius A*) comprobatur. unius autem litterae mutatione medela recuperatur *pro nomine* collato 113, 6 *teguntur non pro nomine sed pro turpitudine*, ubi pari mendo omnes codices habent *nomine.* — **218, 4** *discissi sumus, sed iterum compacti sumus* falsa codicum lectio *conpuncti* facilius corrigitur scribendo *compancti* (de *a* et *u* mutatis in R cf. p. XXIX) quam quod Rm2 maluit *compacti*. ad analogiam enim uerbi simplicis *pangere* (*panctus*) Rufinus participium uerbi compositi *compangere* (cf. *depangere, repangere*) formasse uidetur *companctus* (cf. *nactus* et *nactus, finctus* et *fictus* sim.). — **227, 4** uix recte Wrobel codices deteriores (Paris. 1705, Virdun. 47, Montepess. 411) secutus edidit: *caelum uero esurientibus (manna) ministrabat, poculum petra sitientibus exhibebat;* facilius enim obiectum, quod in archetypo exciderat, *escam* ante *esurientibus* esse potuit et *caelum escam esurientibus ministrabat* ad uerbum respondet Graeco πεινῶσι δὲ οὐρανὸς ἔχοργει τροφὴν.

**4.** Sed iam aggrediamur ad singulorum codicum uirtutem examinandam, ut uideamus, num tres illae classes ex numero et ordine singularum orationum a nobis constitutae etiam in crisi factitanda quid ualeant. dedimus autem in adnotatione critica lectiones binorum codicum classium primae (Reginensis atque Vindobonensis) et tertiae (Oxoniensis Laudiani atque Augiensis), unius codicis classis secundae (Atrebaten sis).

Inter codices principem obtinet locum R, qui saepe solus genuinam seruauit lectionem, cf. 16, 8. 17, 1. 19, 23. 24, 1. 31, 27. 40, 13. 47, 8. 63, 3. 78, 15. 88, 2. 98, 15. 18. 23. 105, 11. 107, 10. 17. 20. 130, 10. 132, 5. 142, 10. 150, 12. 157, 3. 159, 12 etc. etiam **113, 9** quae *mystae talium in occultis et adytis uel faciunt uel patiuntur* cum Rm1 scribendum erat [*abadytis* Rm2, *ditis* V, *abditis* cet.];

quamquam enim duas uoces synonymas uocula *et coniungere* ualde amat Rufinus [cf. ind. uerb. s. u. *abundantia sermonis*], tamen de mysteriorum adytis hic agi patet. — 85 et 87 nescio, cur Wrobel spreuerit, quod R praebet, in inscriptione orationis secundae *de primis epiphaniis* (V inscriptione caret, *primis* omittunt ceteri libri, inter quos C etiam *theophaniis* praebet). quod enim in titulo orationis tertiae omnes codices *de secundis epiphaniis* exhibent, hic a Rufino ipso illud *primis* profectum esse patet.

Ubi autem ne ipse quidem R incorruptae memoriae testis est, corruptelae formam simpliciorem quam ceteri libri praebet, uelut 73, 7, ubi *cogitationemque* a uera scriptura *cognitionemque* paulo minus abest (cf. 272, 21) quam *cognitionemque* ceterorum librorum, et 218, 3 *discisi sumus pro discissi sumus* (*scissi sumus* V, *discessimus* cet.).

Hic illic R ueram lectionem solus addita tamen iam falsa ceterorum praebet, ut 127, 3, ubi Rufinus Graecam uocem γραμμὴν posuit, quam scriba codicis R Graecarum litterarum imperitus ita depinxit: *spammin* una cum Latina ceterorum codicum scriptura *gram(m)en* (*grammā*); 107, 17 exstat in R *simul cruci adconfigere*, ubi *adfigere* sine dubio Rufinus scripsit (cf. 105, 3 *cruci adfixum*, 147, 9 *cruci adfigitur*), cum *configere* ceteri codices exhibeant.

Praeterea in nominum propriorum scriptura egregiae bonitatis specimina praebet R; speciosa enim est prophetae nominis forma 48, 23 *ambacum* (Rm1, *abacue*, *habacuc* cet.) et doleo, quod 34, 11 Wrobel formam nominis biblici *iambres*, quam Rm1 cum LXX consentiens seruauit (*mambres* cet. cum Vulgata), respuit; neque dubito, quin 24, 12 *Bethlem* (R.Ca.c.) itemque 105, 17 (RO) pro *Bethleem* scribendum sit, utpote forma rarior pro uulgatiore.

Ceterum in rebus orthographicis scriba codicis R omnino satis sibi constans ad exemplaris admodum boni ac uetusti normam, quam, ubi fieri potest, etiam nos sequi par est nec uero Wrobel nisi raro secutus est, suam scribendi rationem direxisse uidetur. scripserat enim ubique *thensaur(us)*

et m2 demum illud *n* erasit (cf. locos in indice uerborum congestos); etiam in numerorum ordinalium exitu *-ensim(us)* litteram *n* religiose Rm1 seruauit (cf. 39, 10. 142, 15. 143, 11. 13. 20. 145, 2. 8. 20. 146, 13. 19. 172, 26. 173, 1. 2. 3. 5); uoces *unianimis* et *unianimitas*, quae octies leguntur (cf. ind. uerb.), ubique sic a Rm1 scribuntur, cum obscurata iam sit in ceteris codicibus huius scripturae memoria, quoniam *unanim.* plerumque praebent. magis consentiunt reliqui codices cum Rm1 in scripturis 131, 5 *nineuitarum* (Rm1,OC), 253, 6 *nineuitae* (VA, ROCm1), 255, 2 *nineue* (R, Cm1), quare etiam 77, 9 *Nineuitis* cum ROCm1 scribendum esse patet. ubique Rm1 scribit *medell(a)*, cf. 19, 3 (RO, *medillam* Cm1), 196, 6 (Rm1,OC), 9 (RCm1,O), quae lectiones cur his tribus locis a Wrobelio spernantur, collato 247, 3 *medellas* (RCm1, *medillas* Om1) nescio. etiam in uoce *querella* duplex *l* seruari debebat, cf. 106, 22 *querella* (RCm1,O), 167, 19 *querellis* (R, *quaerillis* Cm1), 169, 5 (RO, Cm2), 201, 2 (RCm1,O); sed uno tantum loco legitur in R *cautellamque* 51, 5 (RCm1,O), cum ceteris locis unum *l* praebeat (126, 2. 170, 23. 213, 6. 222, 8. 273, 3; deficit 69, 17). quodsi recte cum ROC scribitur 24, 12 *praeseppe*, non erat, cur 105, 19. 22. 115, 2. 147, 5 contra eorundem librorum auctoritatem (cf. adnot. crit. ad 24, 12) scriberetur *praesaepe*. ceterum hic addere libet usum posteriorum temporum *e pro ae* scribendi etiam Rufinum eiusue notarios recepisse optimorum codicum testimonio uideri comprobatum. itaque reperiuntur formae nominum propriorum 15, 13 *aggeus* (ROC), 47, 20 *micheas* (ROC, cf. 49, 23 *micheam* [RCV] in adnot. crit.), 159, 11 *matheus* (RAV, *matheum* C, Vm1), 119, 4 *za(c)cheus* (O, Cm1, deficit R), 130, 17 *zebedei* (ROC), quas ego quidem in textum recipere minime dubito, quoniam formae 43, 4 *heliseus* et 157, 19 *heliseo* omnibus codicibus traditae etiam Wrobelio arriserunt. praeterea adde 242, 1 *amorreorum* (OCV, Rm1), 114, 13 *c(h)aldeorum* (ROAC), 102, 19 *chananea* (VC, *cananea* ROA), 131, 12 *cananeam* (codd.), 228, 12 *nazarei* (codd.), 113, 15 *thebeis* (ROC), similiter 39, 1. 78, 16 *hebreorum* (ROC), 142, 11 *hebreos* (OC), 19 (R),

143, 2 *hebreo* (RC, *ebreo* O), 146, 13 *hebrei* (RO), 55, 9 *pharisei* (RO), 131, 9 *ph(f)ariseus* (ROC), 132, 1 *pharisee* (R, *phariseae* O, *fariseę* C); quin etiam *inusitatius* 88, 12 *iudei* (R), 141, 10 *iudeos* (ROC), 11 *iudeus* (RO), quamquam haud raro R etiam *iudaē(us)* exhibet, uelut 104, 3. 5. 6. 10. 13. 162, 10 al., similiter 247, 8 *egyptiorum* (RO), 114, 22 (RC), sed cf. 87, 13. 162, 7. 12. 226, 23. 227, 9. 248, 14. 270, 7. neque dubitandum est, quin Rufinus *demon(es)* scripserit, cf. 24, 18 (R). 65, 12 (RO). 91, 11 (ROA). 104, 4 (O). 5 (*doemones* A). 7 (*daemones* A, *demon* V). 25 (Rm1,O). 115, 23 (C). 134, 6 (ROC). 141, 12 (RO). 154, 24 (ROC). 159, 2 (ROC). 181, 19 (RO). 195, 16 (O). 276, 4 (OC, deficit R), quamquam 104, 10. 12. 13 omnes codices in hac uoce litteram *ae* exhibent (cf. etiam 23, 16 *pedagogus* [ROC], 129, 4 *romphea*, 143, 14 *iubileus* [O,Cm1], 266, 3 *palesmatis*). litterae *h* ponendae parcus uidetur fuisse Rufinus; scripsit enim *ympn(us)*, quam scripturam Rufini temporibus sollemnem fuisse ex uariis eius aetatis carminibus abecedariis, in quibus haec uox a littera *y* incipit, scimus, 106, 5 *ymnum* (RAV), 124, 23 (RAV, *imnum* C), 156, 19 (ROV), 228, 12 *ymnis* (CAV), et optime confirmantur codicibus formae 144, 17 *lamec* (Rm1,OCV), 145, 1 *enoc* (RCV); iam uero 182, 4 *clamide* cum omnibus libris scribere ne Wrobel quidem dubitauit. propter *cordaque* 175, 17 omnibus codicibus traditum etiam *cordarum* 32, 25 (Rm1V) et 114, 19 (AC,Om1) praferendum erat. attamen 106, 4 *thus* contra solum V seruandum erat. difficile est iudicium, utrum *urgere* an *urguere* scripserit Rufinus. sed forma *urguere* uidetur praferenda, quoniam eius uestigia uno loco excepto 274, 9, ubi deficiente R ceteri codices *urgeamus* exhibent, ubique comparent: 57, 1 *perurguetur* (ROAC), 63, 7 *urguetur* (OC, *urgeatur* R), 68, 3 *urguemur* (OAC), 104, 12 *urgueri* (OAC), 142, 6 *urgeat* (O), 176, 10 *urgeabantur* (Rm1AC), 199, 3 *urguetur* (OC), 200, 6 *perurguentur* (O), 227, 14 *urgueri* (AC), 228, 18 *urguente* (RAC), 243, 11 *ur-  
guet* (A), 268, 20 *perurguetur* (OC), 270, 13 *perurguentibus* (R). denique ex codicum auctoritate scripturam *absenthium*

Rufino vindico, cf. 16, 3 *absenthii* (R,OCa.c.), 16, 4 *absenthio* (Ca.c.), 199, 25 *absenthium* (RO). meo iure edidisse mihi uideor 225, 15 *afluenter* contra RO,Cm2, quoniam 31, 19 *afluentiam* omnes libri praeter Cm2 et 48, 15 *afluentia* RV,Cm1 (A deficit) praebent.

Sed hic illic codicis R, qui ex codice optimo minus diligenter descriptus neglegentiae menda saepe prae se fert, singulares lectiones bonitatis speciem mentiuntur, id quod Wrobel non semper perspexit. itaque **17, 17** *sicut nec aetas quidem una omnibus est* R per incuriam *quidem omisisse* putandus est; *nec—quidem* etiam 114, 15 exstat et singulae uoces in R persaepe omittuntur. — **23, 11** *imaginem dei, quae in ea est, uel, si recta est, seruare uel regere, si periclitatur, praferendum erat recte inest;* nam etiam Rm1 habebat *recte et inest* comprobatur textu Graeco: τὸ κατ’ εἰκόνα ἡ μένον τηρῆσαι ἡ κινδυνεῦον χειραγωγῆσαι. — **57, 8** *Salomon dicit. et ipse iterum* (sequente loco ex Ecclesiaste deprompto) falso cum R Wrobel *ipse* omisit; eiusmodi enim omissiones haud raro in R inueniuntur, qui e. gr. 67, 3 *ad nos pro ad nosmet ipsos* (cf. etiam 47, 19) habet. — **94, 15** *dictum intellege* R solus praebet, ceteri *intellege*, quod in sermone coram multis hominibus habito mirum quidem est, sed haec lectio difficilior alio loco comprobatur 202, 5 *patienter, quaeso, accipe* (falso RC *accipite*) *libertatem nostram; scio te ouem esse gregis mei* (quamquam lin. 3 praecedit: *numquid iustum uobis uidetur*), quare etiam *intellege* scribendum erat. — **128, 21** *cuius ne minimum quidem uel extremum aliquid solui potest non solum ab his, qui adhuc carnales sunt, sed ne ab illis quidem, qui spiritum et uirtutem Iohannis habere meruerunt, cum ceteris praeter R codicibus meruerint* scribendum erat, quod tales coniunctui perfecti cum posteriorum temporum tum Rufini proprii sunt, cf. 213, 2 *postquam conualuerit aeger, initia morbi sciscitur, 222, 1 belator efficitur, cum se uiderit.. sentire, 266, 7 si fuerint ingressi, quaestionibus omnia replent, 270, 10. 271, 4 al. de hoc usu fusius egi in commentatione Die Consolatio philo-*

*sophiae des Boethius* (Act. acad. litt. Vindob., class. phil.-hist. CXLIV 3 [1902] p. 30).

His locis perlustratis librarium codicis R neglegentem quidem et leuidenses mutationes minime aspernantem, sed plerumque non eum esse, quem apertae fraudis insimules<sup>1)</sup>, concedes. erat autem, qui codicem posteriore aetate recensereret et persaepe infelici manu scripturam primariam temptaret. eius mediocri ingenio debentur quaedam emendationes, quae tamen ita in promptu erant, ut quasi sua sponte legenti se offerrent, uelut 21, 23 *recipiunt pro recipit*, 101, 10 *quid pro quod*, 226, 26 *dicebantur pro dicebatur*, 241, 12 *et post mouet additum*, 259, 1 *uelut pro uel*, et quod 218, 4 *pro uitioso compuncti scripsit compacti*, sensui quidem satisfecit, sed *compacti* genuinam fuisse scripturam supra (cf. p. L) docuimus. praeter hos autem paucos locos ea, quae manus altera in R nouauit — fere omnes enim correcturae, rasurae, additamenta in R alteri manui debentur —, repudianda sunt ut figmenta scioli cuiusdam hominis, qui codicis alterius auxilio omnino non natus id egit, ut, quae in exemplari suo repperit singulariter dicta, ad tritum et usitatum, ut ei quidem uidebatur, dicendi usum reuocaret et ne in orthographicis quidem rebus bonam codicis R indolem intactam relinqueret.

Hanc lectionum, quae debentur manui correctrici codicis R, condicionem quod Wrobel non satis perspexit, retractandi mihi sunt hi loci: **16, 4** *mellis uero etiamsi duplum iniciatur absinthio, non poterit ipsum obtinere dulcedo* Wrobel in apparo critico adnotare neglexit *ipsum* non primitus, sed supra rasuram manu altera esse scriptum. sed falsissimum est *ipsum*, quod pingui Minerua ad *absinthio* referri librarius uoluit, cum recte praebent ceteri *eius* (scil. *mellis*); absolute enim usurpatur *obtinere*, ut 61, 9 *ubique obtinet in pudentia*, 73, 9 *ueritas obtinet et umbra pertransit*, cf. 87, 17. — **16, 25**

<sup>1)</sup> P. 242, 6 *utrum expedit uelut in suppliciis positos humiliari nox humiliari* Graeco ταπεινοῦσθαι confirmatur; itaque R *emendari* praebens fraudis crimine hoc loco absolui non potest.

*nec sufficit de anima indignas abicere cogitationes . . . , sed et praestantiores inserere . . . nec puiare umquam aliquem nobis factorum bonorum finem aut proficiendi terminum positum reprobandum est quod scripsit Rm2 putandum; ut enim ad inserere ex sufficit mente supplendum est oportet (cf. supra p. XLVII), ita etiam ad putare. — 19, 9 anima autem, quae est diuina et a deo ueniens ac supernae nobilitatis consors, ad quam etiam redire festinat, licet socio deteriori configata est, falso erasit Rm2 ac et super nobilitatis scripsit est desiderans praedicatum ad anima; neque enim configata est cum licet coniungendum est, quod sine uerbo hic et 97, 27 adhibetur, sed cum anima, cuius praedicatum est, quamquam Gregorius dixerat εἰ καὶ τῷ χείροι συνεδέθη; nam uoce demum consors enuntiatum relativum finiri etiam textus Graecus testimonio est: (ψυχὴν) τὴν ἐκ θεοῦ καὶ θείαν καὶ τῆς ἀνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν. — 34, 11 iambres genuinum Rm2 mutauit in mambres ceterorum codicum non codice quodam usus, sed ex notitia Vulgatae (cf. supra p. LI). — 46, 14 quamquam uiuit antecedit et ducit sequitur, falso scripsit Rm2 mundum sibi crucifigit et se mundo (scil. Paulus), recte ceteri crucifixit, cf. Graeca: ζῶν . . . καὶ κόσμον ἔχωτῷ σταυρώσας καὶ σταυρωθεὶς κόσμῳ . . . ἥγεῖται. — 72, 1 et esset sardium pretiosum inauris in aure mea cum ceteris codicibus etiam Rm1 praebebat (scilicet *sardiū pretiosū*, quod mutauit manus altera in *sardius pretiosus*) neque est, cur substantium neutrius generis in lingua Latina in usu fuisse negemus, cum Graece saepius etiam σάρδιον quam σάρδιος dicatur. — 147, 17 si non deficimus in tribulationibus et labores agonesque pro pietate non declinamus Rm2 et A alterum non interpolauerunt (cf. adnot. crit.). — 161, 22 datur etiam discretionis donum, quo discerni et intellegi posset, Rm2 superfluo scripsit possit, quoniam coniunctius imperfecti post praesens uel praesentis post imperfectum etiam alibi apud Rufinum inuenitur, cf. 48, 18 ascendere iubentur, ut mererentur, 55, 2 qualiter agere debeant, designabat. — 172, 8 quid uero boni operis . . . egeritis inquirō: si quid misericordiae*

*ita gestum est, ut operante dextera sinistra nesciret, uel certe si quid ita a uobis gestum est, ut luceret lux uestra coram hominibus . . . et ex discipulis probaretur magister. quid certe ita gestum est, ut hi qui subintroeunt explorare libertatem nostram . . . dicant quia uere deus in uobis est . . . et ueneratur?* falso si etiam ante *quid certe* a RCm2 additur; tertiam enim interrogationem directam esse uocula *certe* postposita (contra lin. 5 *uel certe si quid*) apparet. — **195, 24** *proxima nobis ostendat auxilia, ut uelimus et adsint, inuocemus et antequam dicamus praesto sint*, Rm2 *antequam* etiam ante *inuocemus* addito sensum pessum dedit; uolens enim circumscribere Graecum θελήσαι δεῖ μόνον, δρμῆσαι μόνον Rufinus *uelimus et adsint* uariauit uerbis *inuocemus* (scil. mente) et *antequam dicamus praesto sint*. — **141, 20** *in animae thesauro perenne aliquid et perpetuum recondamus* Rufinus scripsit thesauros *uel* potius *thensauros* et falso erasit Rm2 alterum *s*; *praeferit* enim scriptor pluralem uocis sensu translato adhibitae, cf. 73, 1 *thesaura scientiae*, 239, 22 *thesauri linguae*, 243, 13 *thesauri irae dei*, 258, 18, et *recondere in cum accusatio dicere* solet, ubi collocandi notio in uerbo inest, cf. 146, 5. 6 *refectionis reliquias . . . in duodecim cophinos . . . in septem sportas recondere*, 256, 7 *messes in horrea mures recondant* (cf. 257, 16); ubi autem *in cum ablatiu legitur, occultandi uis uerbo subicitur*, cf. 123, 23 (*deus*) *occasum splendoris sui in hac uili et humili carne nostra recondit*.

Contra mirandum est, quod ne aliis quidem codicibus ad stipulantibus codicis R auctoritas Wrobelio tanta uisa est, ut eius lectionem recipere his locis: **38, 23** *aut satis stulti mihi uidentur aut temerarii*, quamquam ex parte succurrit textus Graecus λίαν εἶναι μοι φαίνεται ἀνοήτων ή τολμηρῶν, tamen cum RC uerba transponenda sunt *aut stulti mihi satis uidentur aut temerarii*, quod plane simile uerborum collocationis exemplum exstat 4, 2 *notae tibi satis et familiares sumus*. — **69, 21** (*Moyses*) *tabulas suscipit, ad multitudinem quidem uulgi tabulas litterae, ad eos autem, qui capiunt quae sunt spiritus, tabulas scriptas*

*spiritu dei uiui dubium non est, quin uerba scriptas spiritu dei uiui locum II Cor. 3, 3 (*pistula*) scripta non atramento, sed spiritu dei uiui respiciant.* ibi quod uersio Latina antehieronymiana ad exemplar Graecum (Ἔγγε γραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος) *inscripta* habuisse uidetur, cum Vulgata *scripta* praebeat, apud Rufinum contra CV et Vulgatam — in R hic locus lacuna haustus est — *inscriptas* scribendum est. — **91, 22** *uos omnes, quibus perfrui huiuscemodi deliciis cordi est, expurgatas mihi adhibete aures male confirmata* (OA) *lectio omnes quibus* (pro o *quibus*) ne Graeco quidem textu δσοι (τρυφᾶτε τὰ τοιαῦτα) fulcitur. nam etiam altero loco Rufinus interiectionem o cum pronomine *uos* coniunctam enuntiato relatiuo praeposuit 149, 2 *uos o qui aduersamini et resistitis, contrario spiritu agimini*, ubi O denuo *omnes pro o* exhibet (et similiter A 150, 6). — **115, 8** *quibus singulis propriae et festiuitates et dedecoris propria sunt deputata mysteria prius et recte tradunt Rm1CV utpote fortius et elegantius dictum.* — **135, 17** *ibi sine dubio in igne baptizabuntur* non erat, cur Wrobel propter Graecum ἔκει τῷ πνῷ βαπτισθήσονται uni A fidem haberet et in omitteret. ut enim Luc. 3, 16 ἐγὼ μὲν ὅδατι βαπτίζω ὑμᾶς scripsit, contra Ioh. 1, 26 ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὅδατι, ita ex auctoritate codicum fere omnium scripsit Rufinus *in igne* memor fortasse scripturae sacrae Matth. 3, 11 *ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni* (cf. Luc. 3, 16). — **165** et **167** Wrobel inscriptionem orationis quintae esse uoluit *in semet ipsum de agro regressum collato* textu Graeco εἰς ἔαυτὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκοντα. sed cum ex notis editionis Maurinae plures codices pro ἐπανήκοντα praebere ἐπιστάντα, nonnullos ἐπιστάς compertum habeamus, dubium esse non potest, quin pro *regressum*, quod praeter Valentinianum nullius codicis auctoritate confirmatur, scribendum sit cum ROA adstipulantibus Bononiensi et Virdunensi aliisque collato Graeco ἐπιστάς *regressus* (scil. *loquitur*). — **171, 10** *uerum ista quoquo modo se habent RV recte praebent coniunctiuum habeant*, cf. 194, 2 *uerum quoquo modo quis accipiat*. — **185, 15** *diligenter notamus quis ad dexteram sedeat uel*

*quis ad sinistram, quis uero medius et quis excelsior, quis uero considat humilior, uel quis praecedat, quis autem simul incedat et elegantior et concinnior est lectio codicum RV quisue considat.* — 206, 4 per Christum Iesum dominum nostrum non desideratur, quod abest in optimis codicibus ROC, Iesum et suo iure abest, cf. 137, 4 per Christum dominum nostrum.

Ceterum R etiam cum aliis codicibus consentiens nequaquam ubique dux fidus est, uelut respuendi sunt RA 95, 9. 97, 18. 99, 10. 107, 3. 129, 1. 130, 15. 188, 18. 219, 11. 237, 7, RO 97, 2. 104, 25. 125, 13. 134, 9. 136, 13. 167, 9. 17. 178, 12. 237, 15. 239, 10 et de falsis lectionibus in RC, RV, RCV, ROC, RAC, ROV, ROA obuiis aliis occasionibus datis disputabimus.

Cum codice R proxime coniunctus est affinitate V, quippe qui nouem item orationes omissa subditio *De fide* tractatu eodemque ordine exhibeat et locis tam corruptis quam genuinis cum R contra ceteros conspiret. atque RV soli rectam lectionem praebent 8, 16. 52, 15. 58, 2. 114, 9. 119, 3. 128, 6. 171, 10 (cf. supra p. LVIII). 183, 4. 185, 15 (cf. supra p. LIX). 194, 12. 198, 3. 210, 1. 17. 212, 1. 227, 3. 232, 8. 240, 4. 259, 8, falsam 47, 15 (uerba propter homoeoteleuton omissa). 75, 11. 76, 24 (forma prisca *gerunda* fortasse recta, cf. 76, 16 *gerundi* RCa.c.V). 100, 7. 112, 6. 153, 21. 205, 5. 212, 2. 253, 21. 270, 16; ceterum V a communis archetypi memoria paulo longius abest quam R, cf. 113, 9 *adytis* R, *ditis* V, *abditis* cet., 128, 1 *insequetur* R, *insequeretur* V, *insequitur* cet., 150, 14 *coartamus* R, *coartamur* V, *coartemus* cet.; 32, 15 per calami errorem R pro *substantia* scripsit *subsistantia*, unde in V *subsistentia* natum est; 28, 28 *nonnumquam interdum* in archetypo exstitisse uidetur et hodie in V exstat, cum R alterutram uocem e glossa repetendam esse recte perspiciens falso *interdum* praetulerit; 75, 15 V falso legit, quod in R comparet *abramiei*, ut *abramici*, cum Rufinus scripserit *abrahamei* uel potius *abramei*. ad solius V auctoritatem textus constituendus est 60, 9 *quid* (*quod* cet.), 102, 9 *amicas* (*amicas* bis cet.), 176, 7 *caedem* (*eadem* cet.), 240, 18 *ex*

*sceleribus* (*ex celeribus* cet.), 251, 12 *ego* (*ergo* cet.), 267, 22 *geramus* (*generamus* cet.). denique V+A ceteris praestant, 42, 15 *miseratus* (*miratus* cet.), 58, 11 *palmo* (*palma* cet.), 97, 2 *existebant* (*existebat* cet.), 116, 14 *probauiimus* (*praeualuimus* cet.), 152, 23 *praestet* (*praestet et* cet.), 156, 15 *qui* (*qui id* cet.), 178, 16 *tristia* (*tristitia* cet.), item V+O 14, 13 *et* (om. cet.), 130, 6 *poculi* (*poculum* cet.) atque V+C 220, 16 *concordiae* (*concordia* cet.).

Tertio loco nominandus est C, quem artiore quodam uinculo cum R cohaerere hi loci docent: 32, 2 *depositant* C, *depositant* R (qui *a* et *u* confundere solet, cf. supra p. XXIX), *depositat* cet., 43, 18 *cotidianas et* C, *cotidiana sed et* (et s. m2) R, *cotidiana et* cet., 228, 21 *an nescitis* C, *unde scitis* R, *aut nescitis* cet. conspirant autem RC in nativa lectione contra ceteros 7, 5. 12, 22. 17, 2. 31, 8. 46, 11. 58, 11. 59, 4. 72, 17. 93, 3. 98, 3. 106, 23. 114, 15. 120, 11. 123, 8. 128, 3. 135, 16. 153, 1. 179, 3. 181, 2. 185, 14. 204, 1. 215, 3. 5. 219, 8. 229, 15. 246, 14. 253, 7 al., quamquam iidem codices etiam falsa tradunt, cf. 13, 5. 38, 15. 53, 10. 55, 17. 59, 1. 60, 12. 67, 12. 74, 12. 94, 11. 95, 12. 96, 1. 121, 11. 171, 6. 202, 5. 211, 5. 213, 7. 214, 16. 215, 2 al. solus C recte exhibit 81, 22 *ego* (deficit A, *ergo* cet.), 198, 10 *semper manet* (*semper permanet* cet.), 212, 11 codice A assentiente *adpropriauerunt* (*adpropinquauerunt* cet.) et minus corruptum est 266, 11 *coluna* pro *coalumna* quam *alumna* ceterorum. denique praeterire nolo saepissime C cum O conspirare, sed hunc consensum praeuae lectionis indicium esse, cf. 5. 4. 7. 8. 9. 10. 10. 20. 11. 1. 23, 6. 13. 29, 3. 32, 19. 37, 15. 40, 13. 42, 13. 45, 19. 47, 20. 51, 3. 54, 9. 59, 19. 63, 6. 64, 9. 68. 10. 73, 14. 77, 8. 80, 15. 81, 16. 82, 3. 83, 10. 90, 22. 91, 11. 101, 26. 102, 5. 105, 21. 113, 13. 14. 118, 5. 18. 120, 2. 16. 121, 16 etc.

Minimae auctoritatis sunt OA, quorum cognationem cum subscriptio illa in fine orationis septimae (cf. supra p. XXXII sq.) prodit tum innumerarum lectionum falsarum communitas. nec tamen prorsus inutiles ad crisin factitandam dicendi sunt, quo-

niam soli genuinas lectiones, quas etiam Petropolitanus (cf. supra p. XXXVI) exhibet, praebent: 10, 6 *prouocari* (Petropol. m2, *peruocari* cet.), 15, 18 *rursum* (*responsum* cet.), 87, 17 *incedit* (et *obtinet*) (cf. πλεονεκτεῖ), 106, 26 *uitio* (A, *uitii* O, *uis uel ui* cet.), 136, 10 *ac* (ad cet.), 196, 7 *maerores* (*merores* Petropolitanus, *memores uel memoris* cet.). quin etiam eorum uterque solus principalem memoriam seruauit, uelut A (Petropolitano non assentiente) 51, 18 *earum* (eorum cet.), 73, 12 *destructione* (-nem cet.), 162, 9 *meos capadoces* (*medos [moedos] cap[p]adoces* cet.), 245, 5 *iudicaturum* (*iudicandum* cet.) et O (consentiente Petropolitano) 49, 23 *malachiam* (deficit A, *micheam* cet.), 81, 18 *multam* (deficit A, *multa* cet.), 122, 18 *nouis* (*nobis* cet.). nec tamen adduci possum, ut credam A solum recte exhibere 135, 17 *igne pro in igne* (cf. supra p. LVIII, *igni* Petropolitanus) et 141, 3 *de sollemnitate huius diei pro de sollemnitate huius diei*, quod cum ceteris etiam Petropolitanus praebet.

Quae modo de codicum uirtute disputauimus, si perpenderis, summa opus esse cautione in lectionibus eligendis concedes neque de quibusdam locis, quibus diuersae lectiones pariter arrident, prorsus certum ferri iudicium non posse infitiaberis.

### III.

(1. De editione principe. — 2. De huius editionis ratione).

1. Editio princeps interpretationis Rufiniana prodiit Argentorati 1508 edita ab Iohanne Adelpho Mulingo et impressa ab Iohanne Knoblouch. formae quadratae minoris constat foliis 100 non numeratis, in quorum primo legitur: *hi sunt in hoc codice libelli | X. diui Gregorii Nazanzeni | Apologeticus. Liber. I. | De epiphaniis siue natali domini | De luminibus. quod est de secundis epiphaniis | De fide liber. I. | De Nicena fide: de penthecoste & spiritu sancto | De semetipso ex agro reuerso. | De dictis hieremie presente imperatore | De reconciliatione & unitate monachorum | De grandinis uastatione | De arrianis q non liceat sp & publice de deo cōtēdere.* in fol. 2<sup>r</sup> epistula dicatoria

hanc habet inscriptionem: *Doctissimis & excellentiss. uiris  
divine sapietie cultori|bus. Georgio Bohē Moguntiē. & Ioanni  
flāmingo | Boppardieñ. ecclesiarū psbyteris Ioannes | Adelphus  
Mulingus Argeñ. | S. P. D. et finitur fol. 3<sup>a</sup>: Et bñ ualete ex  
ueteri Argentoraco. II. Kaleñ. Ianuarias. Anno huius seculi  
octauo supra sesquimillesimum. sequuntur fol. 4<sup>r</sup> loci ex Hiero-  
nymi et Iohannis abbatis Spanhemensis catalogis ecclesiasticorum  
scriptorum ad Gregorium pertinentes et fol. 5<sup>r</sup>: *incipit prefatō  
rufini*, fol. 5<sup>a</sup> *explicit prologus | incipit apollogeticus | sancti  
gregorii nazanzeni*, fol. 31<sup>a</sup> *Explicit Apollogeticus Gregorii  
Nazanzeni*, fol. 32<sup>r</sup> *incipit de theophaniis | siue de natali do|mīni*,  
fol. 39<sup>a</sup> *explicit de theophaniis | siue natali domīni | Incipit de  
luminibus id est de secūdis theophaniis*, fol. 48<sup>r</sup> *Explicit de  
luminibus quod est de se|cundis epiphaniis San|cti Gregorii |  
Incipit eiusdem de fide*, fol. 59<sup>r</sup> *explicit de eide (sic) sancti  
gre|gorii. Incipit de fide Nicena*, fol. 59<sup>a</sup> *Explicit de fide  
Nicena. | Incipit de Penthecoste et de san|cto spiritu in ecclesia  
Cō|stantinopoli*, fol. 67<sup>r</sup> *Explicit de Penthecoste et | de spiritu  
sancto in ecclesia cō|stantinopoli. Incipit | De semetip̄o: de | agro  
reuerso*, fol. 75<sup>r</sup> *Explicit de semetip̄o de agro reuerso. Incipit de |  
ieremie dictis. presente imperatore in|tercedente pro quodam  
peri|clitante*, fol. 79<sup>a</sup> *Explicit de dictis ieremie p̄sente impera-  
tore. | Incipit de recōciliatiōe et unitate monachorum*, fol. 88<sup>r</sup>  
*Explicit de reconciliatiōe & unitate monachorum | Incipit de  
grādinis uastatione. cum pa|ter episcopus reticeret*, fol. 96<sup>r</sup>  
(omisso *Explicit*) *de arrianis q̄ non liceat semper et publice  
de deo contendere*, fol. 100<sup>r</sup> *Explicit liber. B. Gregorii Nazan-  
zeni episco|pi translatus a quodā Rufino. Impres|sus Argētine  
p̄ Ioannē Knoblouch. Anno dñi. M|. d. VIII. Hilarii. quicum-  
que lectiones editionis principis uarias in apparatu critico  
siglo v insignitas perlustrauerit, eas saepissime cum codice  
Augiensi C, qui ipse decem orationes eodem ordine dispositas  
continet, haud raro tamen cum lectionibus manus alterius  
consentire uidebit. nec uero editor Augiensem ipsum ante  
oculos habuisse censendus est, quod C compluribus locis ab  
v̄ discrepat. fere prorsus autem editio consentit cum Mona-**

censi 3787, Augiensis assecla. quod ut demonstremus, locos, quibus *v* contra Augiensem cum Monacensi aut solo aut codicibus quibusdam deterioribus adstipulantibus stat, ex schedis meis transcribo, quoniam in apparatu critico hic illic tantum Monacensis mentionem feci: 49, 19 *habitaculum*, 65, 11 *nos*, 68, 14 *et*, 93, 25 *dei* om., 121, 3 *prius* om., 134, 10 *sicut*, 146, 13 *ualeamus* — *ergo*, 154, 19. 175, 18 *ergo*, 155, 1 *denique*, 175, 20 *tamen* add., 188, 11 *perfectaque*, 240, 12 *nos* om., 241, 23 *sinum*, 242, 5 *seruatur* (cum R), 252, 8 *clamemus*, 255, 10 *aliquid* om., 255, 24 *ubique* om., 261 inscriptio orationis *De Arrianis* in Monac. et *v* eadem est, 270, 24 *ne* om., 274, 21 *eleuare*. sed in *v* fol. 37<sup>a</sup> post uerba *erigi mandabatur* (p. 103, 5) hoc glossema exstat: *in deuteronomio* (*qui dicitur secunda lex: & euangelice legis p̄figuratio. Deuteron enim grece dicitur secundū. nomos uero lex*) ubi inter ceteras leges ueteris testamenti sic dicitur. *Si uideris asinū fratris tui aut bouem cecidisse in uia nō despicies: sed subleuabis cum eo*, quod cum absit a Monacensi, ne ex hoc quidem codice editionem principem fluxisse pro certo affirmare audeo. adde quod etiam singularum orationum inscriptiones in Monacensi a *v* paululum differunt.

Altera editio prodiit Lipsiae 1522 (*D. Gregorii cognomento Theologi episcopi Nazanzeni opera e graeco sermone in latinum uersa: quorum catalogum reperies in proxima pagella*). insunt autem praeter alia orationes I—III. *de fide. de fide Nicena. IV—IX*, sed oratio II (*in natalicia Christi festa sermo*) ex interpretatione Petri Mosellani Protegensis edita est. quoniam enim nouem orationes cum duobus tractatibus *de fide* et *de fide Nicaena* denarium orationum numerum a Rufino ipso ex uulgi opinione confirmatum egredi uidebantur, editor orationem II manu satis infelici e collectione Rufiniana remouit (cf. index editionis fol. 1<sup>a</sup>) et modernam huius orationis interpretationem loco antiquae substituere maluit. textum Rufinianum ex editione principe repetiuisse uidetur, ut tamen suo Marte quaedam corrigeret, uelut recte edidit p. 4, 1 *ambitiosius*, 5, 1 *mittite in mare* (om. *me*), 275, 14 *αὐτὸς ἔφη* (sic), 275, 16 *μετεγσω-*

μάτωσιν, alia, aut mutaret, uelut p. 266, 13 *quum* (pro *quomodo* in *v*), 266, 16 *quisquis* pro *quisque*, alia.

Tertia editio post quadringentos fere annos nostra est; quoniam enim patres Maurini in Gregorii editione unum Rufini prologum edendum curauerunt, etiam Migne hoc prologo imprimendo contentus erat (P. Gr. XXXVI 736). multis igitur gratum nos facturos speramus, si Rufini interpretationem, quae ab antiquis occidentalis ecclesiae scriptoribus, qui Gregorium Nazianenum curabant, fere sola in usum uocata est nec uero nisi editionibus rarissimis et insufficientibus usque ad hunc diem uulgata erat, publicauerimus.

Quod autem tractatum spurium *De fide* ne appendicis quidem loco huic uolumini inseruimus, ea erat causa, quod Andreas Wilmart illum libellum una cum Phoebadii et Faustini opusculis dogmaticis propediem in hac scriptorum ecclesiasticorum Latinorum collectione publicaturus est.

2. Restat, ut de editionis nostrae ratione pauca uerba faciamus. atque singulas orationes in codicibus capitum uel sectionum signis uel numeris olim fuisse distinctas in Ruestigia quaedam exstant (cf. supra p. XXVII), sed pauciora sunt quam quae hodie in usum uocari possint. quoniam igitur editio quoque princeps capitulorum numeris caret, lectorum commodo consulentes ipsi singulas orationes in tot capita, quot in Gregorii editionibus iam dudum reperiuntur, diuisimus. inde factum est, ut nonnullis locis, quibus capita Graeca cum Latinis non congruerent, huius capitatis numerus una cum antecedente imprimetur (cf. p. 30, 21. 72, 16. 75, 6. 76, 12. 77, 17. 144, 6. 237, 21). longiora capita numeris in margine positis distinximus. in rebus orthographicis scriptura codicis R repraesentatur, quam religiosius etiam quam factum est seruandam fuisse supra exposuimus.

Vindobonae mense Augusto anni MDCCCCX.

Augustus Engelbrecht.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

(*Numeris Romanis uncinatis Prolegomenon paginae significantur*)

IN TEXTU:

*Pag. 2 Codex Reginensis 141 saec. IX, non saec. IX—X attribuendus est (XXVI), cod. Vindobonensis 759 potius saeculo XII (XXXIV); cod. Lugdunensis (olim 515) nunc numero 599 insignitus est (XXXV), cod. Valentinianus (olim 143) a Wrobelio p. 160, 15 allatus hodie numero 150 signatur (XXXV)*

*4, 15 Nazianzon uel Nanzanzon scribendum (IL)*

*16, 4 eius pro ipsum legendum (LV)*

*16, 25 commate post uideatur posito putare scribendum (LVI)*

*17, 17 quidem post aetas addendum (LIV)*

*18, 8 relaxata ... redit restituendum (XLVI)*

*19, 9 ac post ueniens addendum et lin. 10 est delendum (LVI)*

*23, 11 recte inest scribendum (LIV)*

*26, 4 etiam si pro etiamsi distingendum (XLVII)*

*34, 11 Iambres scribendum (LI et LVI)*

*38, 23 uerba sic transponenda: stulti mihi satis (LVII)*

*46, 14 crucifixit scribendum (LVI)*

*56, 22 multo superflue additum delendum (XLVI)*

*57, 8 ipse ante iterum inserendum (LIV)*

*64, 17 hominibus pro omnibus restituendum (XLVII)*

*65, 10 uerba nomen... est ut glossema uncis includenda (XLV)*

*69, 21 inscriptas scribendum (LVII)*

*72, 1 sardium pretiosum scribendum (LVI)*

*78, 17 derelicta pro typothetae errore derelicta corrigendum*

*80, 21. 24 uerba sicut.. regem et sicut... exaudiam uos litteris non diductis scribenda (XXI sq.)*

*82, 24 filiorum pro iliorum corrigendum*

*85 et 87, 2 primis ante epiphanias inserendum (LI)*

*91, 22 o pro omnes scribendum (LVIII)*

*92, 9 ut pro uelut addendum (IL)*

*93, 16 totum pro totam restituendum (XLVII)*

- 94, 15 intellege *pro* intellegite *scribendum* (*LIV*)  
 104, 19 *typothetae error* dicit *in dici corrigendus*  
 107, 10 *Iesu delendum et numine pro nomine scribendum* (*L*)  
 113, 9 *adytis pro abditis scribendum* (*L*)  
 115, 8 *post propriae addendum et* (*LVIII*)  
 120, 3 *oportet delendum* (*XLVII*)  
 128, 21 *meruerint scribendum* (*LIV*)  
 135, 10 *crux delenda et quod et si scribendum* (*XLVII*)  
 135, 17 *in ante igne inserendum* (*LVIII*)  
 141, 20 *thesauros uel potius thesauros scribendum* (*LVII*)  
 147, 17 *non delendum* (*LVI*)  
 160, 15 *dicit scribendum* (*XLVIII*)  
 161, 22 *posset scribendum* (*LVI*)  
 165 et 167, 2 *regressus scribendum* (*LVIII*)  
 171, 10 *habeant scribendum* (*LVIII*)  
 172, 8 *puncto post magister posito si delendum et lin. 13 post neneratur interrogatio signum addendum* (*LVI*)  
 182, 13 *quidem pro quoddam scribendum* (*XLVIII*)  
 182, 15 *uerba aut alligabis . . . accedet litteris diductis non scribenda* (*XXV*)  
 185, 15 *altero loco quisue pro quis uero scribendum* (*LVIII*)  
 185, 22 *etiam si pro etiamsi distinguendum* (*XLVII*)  
 191 et 193, 2 *De Hieremia dicta praesente imperatore, apud quem et intercedit pro quodam periclitante pro tituli forma non genuina restituendum* (*XLVIII*)  
 195, 24 *prius antequam delendum eiusque loco comma ponendum* (*LVII*)  
 206, 4 *Iesum delendum* (*LIX*)  
 211, 11 *temperamentum pro temperamentem corrigendum*  
 215, 9 *est delendum* (*XLVI*)  
 218, 4 *companeti scr.bendum* (*L*)  
 227, 4 *caelum uero <escam> esurientibus ministrabat uoce manna deleta scribendum* (*L*)  
 232, 10 *typothetae error nomine in nomina corrigendus*  
 233, 3 *sit delendum* (*XLVIII*)  
 241, 23 *sinus pro sinum scribendum* (*XLVIII*)  
 249, 3 *uerba et in facellatione, et nihil profeci litteris non diductis scribenda* (*XXII—XXIV*)  
 251, 13 *quod et si pro quodsi et scribendum* (*XLVII*)

## LOCIS LAUDATIS ADDE:

- 73, 22 cf. I Cor. 1, 30  
 76, 9 cf. Eccl. 3, 1. 8, 6

- 76, 23 cf. Matth. 5, 18  
 80, 21. 24 loci laudati cf. Os. 4, 6 et cf. Es. 1, 15 *delendi* (*XXI sq.*)  
 105, 16 *scribendum*: August. Op. imperf. c. Iulian. I 52. 53. 70  
 107, 15 cf. Ps. 44, 2  
 223, 20 cf. Ps. 10, 3

## IN APPARATU CRITICO:

- 16, 4: ipsum *ex* eius *Rm2*  
 43, 19: et] set *Rm1* sed *et s. l. add.* & *Rm2*  
 49, 1: iudicium *Rv*  
 72, 1: sardiū | pretiosū *Rm1* sardius | pretiosus (*s. l. ¶ a*) *Rm2* •  
 78, 23 (*non* 24): in Christo] a mortuis *A*  
 113, 16: similis (*¶ e s. pr. et alt. i*) *R*  
 169, 7: permulgentibus *V*  
 210, 10: archanis *C, Op.c., v* archananis *V*  
 261 et 265, 2 *in inscriptione codicis V legendum est* DE ARRIANIS  
*pro* DE HIS

## IN INDICIBUS:

- 288 *med. col. pr.*: August. c. Iul. Pel. II 3, 7. cf. 67, 21  
 291 *extr. col. alt.*: Nazianzos (Nanzanzos): apud Nazianzon (Nanzanzon)  
     breue oppidum 4, 15  
 300 *med. col. alt. s. u.* apud: Nazianzon (Nanzanzon) *pro* Nazianzum  
*adde*: rubigo *de morbo hominum* 249, 3  
     dominari *c. gen. (loc. bibl.)* 47, 1

## VOCUM ORTHOGRAPHIA:

absenthium ( <i>LIII</i> )	Hebrei ( <i>LII</i> )
afluenter, affluentia ( <i>LIV</i> )	Heliseus ( <i>LII</i> )
Aggeus ( <i>LII</i> )	iubileus ( <i>LIII</i> )
Amorrei ( <i>LII</i> )	Lamec ( <i>LIII</i> )
archanus ( <i>XXVIII</i> )	luxoriosus, luxoriari ( <i>XXVIII</i> )
Bethlem ( <i>LI</i> )	Matheus ( <i>LII</i> )
Chaldei ( <i>LII</i> )	medella ( <i>LII</i> )
Chananea ( <i>LII</i> )	Micheas ( <i>LII</i> )
clamis ( <i>LIII</i> )	Nazarei ( <i>LII</i> )
corda ( <i>LIII</i> )	Nineue, Nineuitae ( <i>LII</i> )
demones ( <i>LIII</i> )	pedagogus ( <i>LIII</i> )
Enoc ( <i>LIII</i> )	perurguere ( <i>LIII</i> )
facellatio ( <i>XXIII sq.</i> )	pharisei ( <i>LIII</i> )

praesepe ( <i>LII</i> )	uicensimus, tricensimus, quinqua-
querella ( <i>LII</i> )	gensimus sim. ( <i>LII</i> )
quicquid, quicquam ( <i>XXIX</i> )	unianimis, unianimitas ( <i>LII</i> )
sepulchrum ( <i>XXVIII</i> )	urguere ( <i>LIII</i> )
Thebei ( <i>LII</i> )	ymnus ( <i>LIII</i> )
thensaurus ( <i>LI</i> )	Zacheus ( <i>LII</i> )
thus ( <i>LIII</i> )	Zebedeus ( <i>LII</i> )

I.

APOLoGETICUS.

- R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.  
*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.  
*A* = codex Atrebaten sis 621 saec. X.  
*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.  
*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.  
*v* = editio princeps Argentinae 1508.

In praefatione Rufini speciminis instar adnotantur etiam lectiones variantes selectae, quas exhibent hi codices:

- L* = codex Lugdunensis 515 saec. IX in.  
*B* = codex Bononiensis Gallicus 30 saec. X.  
*M* = codex Monacensis 3787 saec. X—XI.  
*P* = codex Parisinus lat. 1705 saec. XI.  
*a.c., p.c.* = *ante correctionem, post correctionem* ipsius manus primae.  
*a.r., p.r.* = *ante rasuram, post rasuram.*

## PRAEFATIO RUFINI AD APRONIANUM.

Proficiscenti mihi ex urbe magnopere iniungebas, Apronianē 1  
fili carissime, ut tibi absens quoque aliquid operis impenderem,  
ne nos a consuetis studiis necessitas meae profecionis inhiberet.  
5 petebas ergo Gregorium tibi in Latinum uerti, uirum per  
omnia incomparabilem, qui uerbo et operibus clarus splendi-  
dissimum lumen scientiae Christi ecclesiis praebuit, dum ea  
docuit quae fecit nec se ipsum condemnauit agendo contraria  
quam docebat. is Cappadocia domo episcopo patre, matre 2  
10 quoque satis religiosa oriundus fuit. Athenis et altus et  
eruditus ut pauci nec tamen in conuersatione scholari uel  
aetatis uel sodalium inlecebris cedens prodidit pudicitiam,  
sed tamquam a deo sibi commissum thesaurum ad domum  
castam reportauit integrum signaculum castitatis. denique 3  
15 cum philosophiae studiis apud Athenas floreret, uidit per  
soporem sedenti sibi et legenti duas decoras satis dextra  
laeuaque feminas consedisse. quas ille castitatis instinctu  
oculo toruiore respiciens quaenam essent et quid sibi uellent

1 PREFATIO (*in mg. man. ant. add.* Uidetur rufinus hunc librum  
transtulisse qui ad apronianum scribit) *R INCIPIT PRAEFATIO O*  
*PRAEFATIO RUFINI AD APRONIANUM A* Incipit prefatō Rufini *v*;  
*a codice V praefatio, a codice C inscriptio abest* 2 proficiscente *O*  
Apronianē *ROCMv, om. ALBP* 4 nec *R* 6 operiuus *Ra.c.* 9 que *A*  
cappadotia *R* capadocia *OAv* cappadocie *P,Lp.c.m2* 10 et *pr. om. L*  
alitus *Mv,Cp.c.m2* altus (*in mg. l* alitus) *B* 11 scolari *OABMPv*  
12 prodedit *Ca.c.* perdidit *AMv,La.c.m2* 13 sibi] suo *AB* thesa-  
rum (h s. l., erat n *in ras.*) *R* 14 castum *A* 15 philosophiae *R*  
phylosophiae *C* uidet *R* 17 leuaque *ROCv* 18 toruo *L* re-  
spiciens *Cp.c.* et *RB* uel *OACLMPv* uelint *RA* uelint *O*

percontabatur. at illae eum familiarius et ambitiosius complectentes aiunt: 'ne moleste accipias, iuuenis, notae tibi satis et familiares sumus — altera enim ex nobis Sapientia, altera Castitas dicitur — et missae sumus a domino tecum habitare, quia iucundum nobis et satis mundum in corde tuo habita-

<sup>5</sup>  
4 culum praeparasti.' tum deinde, cum ob eximum in litteris profectum Athenis ut oratorm doceret adstringeretur, furtim nauem ingressus abscessit. et cum se inexplorato mari commisisset, tempestate uexatus est, in qua deo se seruiturum uouit. quodque cum faceret, subito a patre episcopo in sacerdotium 10 subrogatus est. quod aegre ferens discessit ad tempus; postmodum uero regressus libellum hunc apologeticum dixit in ecclesia causas suae abscessionis uel etiam redditus allegans.

<sup>15</sup>  
5 post haec etiam defuncto patri succedit in episcopatum apud Nazianzum breue oppidum. et inde, cum post Ualentis Arriani tempora ecclesias catholici recepissent, Constantinopolim ad instituendam uel docendam ecclesiam transire exoratus est. ubi cum magnificentum opus in uerbo dei ageret et infinitas cottidie paene multitudines ab hereticis ad fidem ueram conuerteret, ut fieri solet, gloriam aemulatio subsecuta est. <sup>20</sup> ille uero tam erat in timore dei perfectus, ut, cum sensisset causa sui esse inter episcopos disceptationem, statim sponte discederet dicens illum tantummodo propheticum sermonem:

1 percontabatur (u. s. o m.2) *L* (*in mg. & percunctabatur*) *B* percunctabatur *A* ambitiosus *v* 3 sumus] *add.* et *L* 5 iucundum *RCp.c., OALBMP* 6 tum] tunc *A* litterarum *L* 7 adstringeretur (re s. l.) *O* astringeretur *ABr* 8 nauem (i. s. & *C* nauim *v*) ingressus *ROCLMPv* nocte egressus *AB* abcessit *R*; *add.* furtim nocte egressus abscessit *P* comisisset *O* 9 uexatus (est in qua *add.* m.2) domino (deo m.2) se seruiturum promisit (nouit m.2) *L* se deo *CMv* 10 quod cum faceret *A* 11 egre (*sic semper fere*) *R* 12 apollogeticum *ACv* in *exp.* *R* 13 cause (a s. e) *C* absc. suae *L* alligans *Ca.c.P, Bp.c.m.2* 14 defuncto patre *A* in episcopatu *O* 15 nazanzo *RCM* nazanzeno *O* nazanzi *A* nazanzi *B* nazanzum *Pv* opidum *Cv* 16 tempore *RB* recipiscent *O* constantinopoli *O* 19 cottidie *RM* cottidiae *O* cotidie *ACLBP* quotidie *v* pene *APv* 20 secuta *M* 21 tam] ita *L* 22 disc.] mu\*sitationem *L* 23 serm.] uerbum *L*

'si propter me est tempestas ista, tollite me et mittite in mare, et desinat a uobis commotio'.

Huius neque uita aliquid probabilius et sanctius neque 6 eloquentia clarus et inlustrius neque fide purius et rectius 5 neque scientia plenius et perfectius inueniri potest, qui solus sit, de cuius fide ne dissidentes quidem inter se, ut fieri solet, partes et studia disputare potuerint, sed id obtinuerit apud deum et ecclesias dei meriti, ut, quicumque ausus 10 fuerit doctrinae eius in aliquo refragari, ex hoc ipso quia ipse magis sit hereticus arguatur; manifestum namque indicium est non esse rectae fidei omnem qui in fide Gregorio non concordat. hunc ergo absque ullo prorsus scrupulo lege, sciens 7 tamen quod eloquentiae eius prae fulgidum in Graeco lumen non parum necessitas interpretationis obscurat. in quo utrum 15 nostri sermonis paupertas an ipsa interpretationis natura hoc agat, tu, qui utriusque linguae habes peritiam, magis probato.

1 cf. Rufini Hist. eccles. II 9      Ion. 1, 12

1 si om. *A* haec tempestas *L* et mittite me *CLMv* 2 desinit *B* desinet *v* dimittetur *A*; add. et uale dicens eis ad ecclesiam suam redit omnibus eum cum lacrimis prosequentibus *L* commocio hęc *A* quassatio *Rufin. Hist. eccles. II 9* 3 Huius om. *AP* probabilius ali- quid *A* 4 eloquentiae *O,Ca.c.* 5 inuenire (i s. alt. e) *O* 6 dessi- dentes *Ra.c.* 7 solet] add. et *B* potuerunt *P* optinuerit *O* 9 qui *L* 10 sit magis *OALBP* 11 recte *R* omnemque qui *v* 12 concordet *L* prorsus om. *Cv* lege scrupulo *OABP* 13 greco *OC* 14 interpretationis *OC* 17 add. FINIT GREGORII EPI NAN- ZANZENI INCIPIT APOLOGETICUS IN LATINUM TRANSLATUS IN GRECO *R* EXPLICIT PRAEFATIO (add. RUFINI s. l.) GREGORII EPI NAZANZENI INCIPIT APOLLOGETICUS IN LATINUM TRANS- LATUS E GRECO FELICITER *O* INCIPIT APOLLOGETICUS GRE- GORII NAZANZENI EPI LIBER DE GRECO IN LATINUM TRANS- LATUS *A* FINIT PREFATIO RUFINI. INCIP APOLLOGETICUS IN LATINUM TRANSLATUS E GRECO *C* PROLOGUS EXPL. *Im<sup>2</sup>* FINIT PREFATIO RUFINI. INCIP APOLLOGETICUS IN LATINU TRANSLATUS E GRECO *M* EXPLICAT PRAEFATIO GREGORII EPI NANZANZENI INCIP APOLOGETICUS IN LATINUM TRANSLATUS

EX GRECO FELICITER *B* EXPLICIT PROLOGUS GREGORII NA-  
ZANZENI EPI. INCIPIT EIUSDEM APOLOGETICUS IN LATINUM  
EX GRECO TRANSLATUS *P* EXPLICIT PROLOGUS INCIPIT APOL-  
LOGETICUS SANCTI GREGORII NAZANZENI *v*

---

## I.

## APOLOGETICUS.

1. Uictus sum et fateor me esse superatum; subiectus  
 sum domino et obsecraui eum. dignum etenim est, ut  
 5 mihi beatus Dauid aperiat sermonis ostium, immo uero ille  
 ipse qui in Dauid loquebatur et qui etiam nunc per eum  
 loquitur. optimus namque ordo est, ut totius uel uerbi uel  
 operis et a deo nobis origo sumatur et in deum consummatio  
 referatur. causa, pro qua dudum uelut taedio quodam et 2  
 10 indignatione superatus abscessi et elongauit fugiens et  
 habitaui in deserto non paruo tempore, alia fortassis alii  
 uideatur, his qui uel odio erga me, ut fieri solet, uel amore  
 detinentur. et id quod tunc feri quidam uidebamur et inmites,  
 nunc uero mansueuimus et regressi sumus in hoc quod antea  
 15 fugeramus, alias quidem culpat inconstantiae, alias amplectitur  
 factum. nihil enim hominibus suauius quam aliena loqui et 3  
 aliena curare, maxime si euenerat uel odio aliquos uel amore  
 praeueniri. a quibus praecipue semper occultatur ueritas et  
 furatur. alii igitur, ut dixi, putent alia, ego uero absque omni  
 20 uerecundia quod uerum est in medium proferam utrisque

3 cf. Ps. 36, 7 10 Ps. 54, 8

2 INCIPIT LIBER ·I· APOLOGETICUS SCI GREGORII NAZAN-  
 ZENI EPISCOPI V 4 a domino v 5 adaperiat OCv ostium]  
 ostuum Ca.c. exordium OAV 6 in Dauid om. V nunc etiam v  
 7 obtimus C ut] et Cv 8 et] ut OCv statuatur A in deo OCv  
 consummatione feratur Ca.c. 11 aliter A [aliis] ab his A 12 ui-  
 detur v his om. A erga] circa V 13 quidæm O quidem  
 CVp c.,Av et inmites] etiammites O 14 et egressi A 15 fu\*era-  
 mus V fugeramus (g exp. m2) C inconstantiam A 16 enim post  
 hominibus Cv 17 amare (o s. a m2) C 18 perueniri R 20 in medio V  
 utriusque C

partibus satis faciens, id est tam his qui affectu in nos quam etiam his qui odio permouentur, in quibusdam quidem ipse mei accusator existens, pro quibusdam uero etiam satis faciens.

2. Et ut nobis secundum ordinem sermo procedat, primo 5 de formidine mea ac metu pristino disseram. neque enim patiar in me suspiciones cuiquam remanere eorum qui uel 2 bona nostra uel contraria curiosa examinatione discutiunt. est enim et hoc religionis officium uerbi satisfactione curare, si qui illi forte sunt qui uidentur suspicionum spiculis uulnerati, 10 quoniam quidem per optimum est, ut neque peccando quis neque positus in suspicione peccati, si fieri potest et res indulget, offendiculum fratribus ponat aut scandalum. scimus enim scandalizanti unum ex minimis quam sit a domino grauis animaduersio constituta. 15

3. Ego igitur, o optimi et religiosi uiri, neque ut inperitus haec aut stultus incurri neque — ut et ego parum aliquid glorier — adrogans quis et diuinis leges statutaque despiciens. noui etenim quia, sicut in corpore nostro alia sunt membra quae regunt corpus atque omnibus eius motibus praesident, 20 alia sunt quae reguntur et obsequium rectoribus praebent, ita etiam in ecclesia statuit deus aequitatis eam lege dispensans et per diuinam prouidentiam suam, qua uniuersa conponit, 2 meritorum temperans priuilegia. alios constituit regi et gubernari — quibus hoc utilius est —, ut uerbo et opere rectorum 25 ad id quod expedit inbuantur; alios pastores dedit et doctores

14 cf. Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. Luc. 17, 2      26 cf. Eph. 4, 11

3 existens *AV* pro quibus *A* 5 prima *R* primum *Cv* 7 suspicionis (suspitionis *V*) quicquam *AV* 9 uerbis *R* 10 fortasse *Cv* uidentur (n.s. *I.*) *R* 12 suspicionem *O* 13 post offend. *ras. V* 14 grauis a domino *V* 16 o optimi ( $\ddot{\omega} \alpha v \delta \rho \epsilon \varsigma$ ) *R, Vp.c.* optimi *OACv* o optimae *Va.c.* 17 haec *om.* *V* 18 diuinę legis statuta// *C(v)* leges *Vp.c.* dispiciens *OC* 19 sicuti *V* menbra *Cv* 22 etiam] et *Cp.c., v* legem *OAv* 23 quam *V* conponet *Ca.c.* 25 ut et uerbo *V* rectorē *O* 26 imbuantur *Cp.c.*

ad perfectionem ecclesiae, eos scilicet qui prae ceteris uirtute animi praediti familiarius deo adsistant et id officii in ecclesia gerant, quod uel anima in corpore uel mens et ratio operatur in anima, ut utraque pariter compaginata et sibi inuicem mixta, 5 in quo quid deest et in quo abundat uelut in membrorum diuersitate consonantia facta per spiritum perfectum et integrum atque aptum ad omnia corpus existat et dignum quod Christum habeat caput.

4. Quamuis ergo ne aliis quidem ullis animantibus absque 10 rectoribus esse et gubernaculis tutum sciām, multo tamen magis hominibus idcirco quod amplius his et maius periculum impendet errantibus, a quibus siquidem illud quod primum est seruari non potest ne delinquant, hoc certe in eis secundum salutis obtinet locum, si corrigantur ac reuocentur a de- 15 licto. si ergo hoc uerum apparuit et bonum iustumque uisum 2 est, certum est malum esse e contrario et inutile uel omnes fieri uelle rectores, ut nullus qui regi debeat iam supersit, uel rursum regendi officium neminem uelle suscipere, per quod utique claudicare continuo et labefactari poterit omne 20 corpus ecclesiae nemine scilicet gubernante. et ubi iam nobis 3 uel quomodo aut a quibus coletur deus? quo pacto sacrosancta mysteria ad instar caelestis imaginis celerabuntur, per quae utique in terris adhuc positi caelestibus ordinibus sociamur? erit sine dubio illud quod dictum est, ut non sit rex neque 25 princeps neque sacerdotium neque sacrificium. et omnia illa nobis quoque accident, quibus pro inmensis sceleribus prior ille populus condemnatus est.

5 cf. Eph. 4, 16    6 cf. I Cor. 12, 20    7 cf. Eph. 4, 15    24 cf. Os. 3, 4

2 assistunt *V* 3 gerunt *Ra.c.Vp.c.m* 2 5 habundat *Ca.c.v* 7 exsistat *AV* 8 habet *C* 10 tutum] studium *OCv* sed multo magis *A* multū *R* 11 iccirco (*sic semper*) *v* 12 impendit *ROC* impendit *V,Ap.c.* 16 e contrario malum esse *Cv* 19 utique] scilicet *v* labefacturi *Ra.c.* labefactori *Ca.c.* 20 neminem—gubernantem *C* scilicet] quoque *v* ubi nam a nobis *v* 21 colitur *ROCv* colatur *V* quo pacto—sociamur *om. A* 22 mysteria *Ca.c.* 25 nobis illa *A* 26 accident *OC,Ra.c.*

5. Uerum ne hoc quidem nouum aut peregrinum est his,  
apud quos diuinæ philosophiae studia uigent, ut ex ordine  
discipulorum quis in magistrorum adsumatur officium, sicut  
ne nautae quidem probabili, si res poscat, ad inspectionem  
prorae transferri uel ex illo loco, si uentorum probabiliter 5  
collegerit disciplinam, ad ipsa nauis gubernacula prouocari,  
uel fortissimo militi curam turmae cohortisque committi  
uel bene agentem turmam ad totius exercitus transferri  
2 magisterium. non ergo existimet quis eorum, qui in alienis  
negotiis grauissimi censores fiunt et ex suis uitiis aliena 10  
gesta perpendunt, quod ego erubuerim ministerii huius  
gradum maiora desiderans. non ita ego sum uel diuinarum  
rerum magnitudinis uel humanarum humilitatis ignarus, ut  
non magnum arbitrer uniuersae naturae mortalium quoquolibet  
modo et in quolibet ordine adpropinquare deo, qui solus in- 15  
accessibilem omni creaturae habitat lucem.

6. Quae igitur ratio est inobedientiae meae? uisus sum  
etenim in illo tempore nihil meum habere nec meis moribus  
simile, sed audacius contra dicere inpudentiusque resistere.  
causas ergo huius rei, quod iam dudum desideratis, audite. 20  
praecipua fuit illa perturbationis meae causa, quod subito  
2 mihi superuentum est. et sicut, cum sonus aliquis repentinus  
increpuit, turbantur animi inproviso terrore perculti, ita ego  
quoque territus omnem resolui uerecundiam, quae mihi semper  
in omni uita mea comes indissociabilis fuit. tum deinde re- 25  
cordatio me silentii et quietis meae uehementius perturbauit,

15 cf. I Tim. 6, 16

1 aut] ac ( $\kappa\alpha\iota$ ) *V* 2 filiosphiae *R* phyllosphiae *C* 4 probabilis *v*  
res (s. s. l.) *RO* 5 proreste (s [?] s. l.) *A* 6 collegeret *O* colligerit *V*  
prouocari *OA* v peruoocari cet. 10 grauissimi—uitiis *in mg.* *A* 11 ego *C*  
12 gradum praesumens *A* maiora des.—*p.* 12, 19 et nusquam *om.* *A*  
maiora praesumens *I* (s. l.) desiderans *O* 14 mortalium esse *Vp.c.*  
20 causam *V* quod] quā *V* dudum ( $\pi\alpha\lambda\alpha\iota$ ) diu *OCv* 21 illa fuit *V*  
22 et sicut sonus cum alicui *v* aliquis *RCp.c.* aliqui *OV* 23 incre-  
puerit *v* ex inproviso *OV* ego *R* 24 perterritus *v* semper mihi *V*  
25 indessociabilis *Ca.c.* retardatio *R* 26 me] mei *ov* uehementis *V*

cum id mibi impediri uiderem quod ego a principio uitae meae singulariter dilexi et in magnis maximisque periculis deo uoui. cuius desiderio eo amplius concitabar, quo mihi 3 iam uidebar eius saltim ianuam contigisse, atque inde acrius 5 accendebar, ex quo mihi notiora eius bona fiebant. et ideo non tuli me uiolenter in medias turbas pertrahi populorum et uelut de templo quodam quietis tumultuosis uitae huius fragoribus obici.

7. Nihil enim re uera mihi ad beatam uitam praestantius 10 uidebatur quam uelut clausis carnalibus sensibus et extra carnem mundumque effectum quempiam in semet ipsum conuerti, id est suos sensus atque animos conspicari alienumque effectum a mortalium curis sibi soli loqui et deo, ut altior cunctis uisibilibus factus mentem suam repleat diuinis sensibus 15 et caelestibus formis absque ulla admixtione terrena uere speculum inmaculatum effectus imaginis dei et ex ipsius lumine semper lumen accipiens, auspicia quaedam uel initia futuri in semet ipso saeculi ferens atque in terris adhuc positus consortio quodammmodo perfruens angelorum, despacta 20 ac derelicta fragilitate terrena ad superna et caelestia spiritus sancti subuentione transferri. si quis forte uestrum huiuscet- 2 modi amoris aliquando sensit ardorem, scit quae dico et quae loquor agnoscit et quare perturbatus sim nouit ac facile ueniam dabit. ceteris autem non ero nimius in satisfactione, 25 quibus fortassis huiuscemodi sermo, dum opus eius ignoratur, etiam derisui esse potest, et his praecipue quibus inuidiae languor recte iudicandi praepedit sensum; et operi optimo uitiosum nomen infligunt philosophiam cenodoxiam uocantes

13 cf. I Cor. 14, 28    16 cf. Sap. 7, 26

1 id] hic C hoc v    impedire OC    3 quo] quod V    4 saltim (e s. i) O    ad quae V    12 sensos (u s. o) O    13 effectum Ca.c. mortalibus R    se sibi Cv    15 amixtione V    19 dispesta O, Ca.c. 20 adj] ac v    23 ac] et V    24 in satisfactionem V    26 dirisui Ca.c. ejus (s. esse) O    esse multis potest v    quibus praecipuae V 28 filiosphiam R phylosfiam C

et praeclera sapientiae studia iactantiae appellationibus infamantes, quibus libenter uilis quoque et inperitae multitudinibus 3 consensus accedit. paratior namque est inperitorum turba ad derogandum bonis studiis quam ad imitandum, ut sit eis omni genere delictum, uel dum manifesta et publica mala 5 non uitant uel dum occultis et reconditis non credunt bonis.

8. Ad haec accessit etiam illud — proferam etenim omnia apud uos et nihil iam tegam secreti —, quod siue rusticitatis siue libertatis meae fuerit uos probate. erubui de quibusdam, quos uidebam nihil penitus ad emendationem uitiae suae, nihil 10 adquisisse correctionis ad mores, quin immo et nequiores effectos inmundis, ut dicitur, pedibus inruentes certatim in sancta et, priusquam digni haberentur primo aditu ac ianuis, ad tribunal continuo tendere atque ad sacerdotium festinare et repulsis ceteris ipsi sacris altaribus incubare, ut iam non 15 ad formam et exemplum plebi praebendum ordo ille uideatur, sed occasio quaedam in abundantia et securitate uiuendi, nec officium ducatur futuro dei iudicio obnoxium, sed secura 2 quaedam et nusquam discutienda administratio putetur. et sunt paene plures numero rectores isti quam illi quos regunt, 20 ut nusquam sit illud apostoli quod ait: non omnes prophetae, non omnes magistri. hic enim omnes magistri, omnes prophetae, ita ut secundum antiquum proverbum merito 3 dicatur quod et Saul in prophetis. et re uera nulla nobis antiquorum historia tradidit uel tantum in ecclesia fuisse 25

12 cf. II Reg. 19, 24    21 I Cor. 12, 29    24 I Reg. 10, 11. 12.  
19, 24

2 uiles (i s. e) *O*    et *O* s. *I.* etiam *Cv*    inperite multitudinis  
(perite s. mul *m2*) *V* 4 bonis] nobis (u s. b) *C* nouis *v* 6 hocculcis *C*  
9 liberitatis *v* probate uos *V* 10 paenitus *O* nihil *alt. exp. R*  
11 adquisisse *Ca.c.* ad mores] a<sup>m</sup>oris *m2 ex admoris V* 12 se effec-  
tos *V* 13 ac ianuis *R* 15 ipsa *R* ipsis *V, Cp.c., v* 17 habundantia *C*  
*a.c., v* 20 poene *R* pene *C* 21 *et* (ut s.) *R* et *V* qui *Oa.c.*  
22 mag.] ministri *A* hi *v* o<sup>m</sup>s pphtae o<sup>m</sup>s magistri *OAV* 23 ita  
ut et *R* 24 sauli *V*

ministrorum numerum uel tam uiliter congregatum. unde et religioni ac doctrinae nostrae obprobrium nascitur quod sacerdotia uel ministeria ambitione potius et ad gratiam quam meritorum iudicio deferuntur. cuius rei uitium uel labem 5 etiamsi prohibere supra nos est, at certe erubescere et auersari pars aliqua pietatis est.

9. Quod uero me maius omnibus et supra cuncta quae superius diximus deterrebat illud est — ueniendum namque est ad summum ipsum uerbi fastigium et proferendum quae 10 uera sunt; neque enim fas est in talibus fallere —: arbitrabar non esse simile, sicut et nunc quoque arbitror, pecora uel armenta regere et hominibus praeesse atque animas moderari. ibi enim studium est gregem uel armenti uel pecoris 2 ualidum membris et laetum carnibus facere; quod prospiciens 15 uel armentarius ille uel pastor comantes herbis et uirides riuis deligit campos, quos fecundiores probarit ad pabula, et hos ipsos alternis pastibus innouat et ab aliis ad alios gregem transmouet saltus. sed et ad requiem perquirit nemorosa cubilia. agit autem gregem interdum uirga, praecipue tamen 20 calami uel fistulae suauitate permulcens. nec aliud ultra operis 3 uel armentario inminet uel pastori, nisi quod parua quaedam sollicitudo requiritur aduersum insidias atque improbitatem luporum et, sicubi forte aegrum pecus, uel reuisere oculo uel palpando curare, umbras in aestibus prospicere, strata recu-

14 cf. Uergil. Aen. III 220

1 uiliter] uiriliter *O* et om. *R* 2 relegione *O* relegioni *Ca.c.*  
 3 ad gratiam] gratia *v* 5 at] ad *OCa.c.* aut *A* ac *V* auersari (*μετέν*)  
 aduersari *RCv* 7 maius (*μετέν*) magis *V* magis me *v* omnibus  
*om.* *V* et] ut *A* cuncta] omnia *A* 10 arbitrabar *Ap.c.*  
 13 studii (i alt. s. l. m2) *C* stadium *R* et gregem *V* pecorum *A*  
 14 membris *C* 15 uiridis *V* 16. deligit *v* delegit *RAC* diligit  
*OV* probaberit *O* 18 perquiret *R* 19 aget *ROC* 22 sollicitudo  
 (s. l. solitudo) *A* requiretur *O* 23 pecos (u s. o) *R* reuisere  
*Ca.c.* reuiuscere (*in mg.* l. reuisere) *A*

bantibus mollia atque herbida prouidere perflarique recubantium locum auris spirantibus sinere, quem propter decurrentis riui frigida unda perstringat, cantare quoque et uelut alloqui greges  
 4 aut antiquitatis aliquid aut amoris. ad haec uel iugulare pinguis quodque uel in pretium uertere licet, uirtutis uero 5 animi et industriae nulla cura huiuscemodi pastoribus inminet, per quam necesse habeant uoluptati gregis magis quam suae obsequi.

10. Homini uero cum perdifficile sit scire regi, id est regenti se obtemperare, multo difficilius est scire alios regere 10 et regere secundum istam nostram disciplinam, quae ex diuina lege descendit atque ad deum dicit. cuius quanto spes et gloria maior est, tanto et periculum grauius quippe habentibus 2 intellectum. quem rectorem primo omnium, ut mihi uidetur, oportet sicut argentum uel aurum probari et ex omni parte 15 circumspici atque in omni tempore et actibus contemplari, ne quid forte habeat intra se admixtionis alienae uel materiae uilioris et raucum sonum aeris uel plumbi admixtione respondeat et lateat intrinsecus adulterinum aliquid, quod ignis 3 examinet et resoluat. quod malum utique tanto fiet perniciosius, quanto numerosioris populi rector extiterit, sicut certe grauius est in multos diffundi pestem quam unum pestilentia consumi.

11. Nec cadaueris foetor ita perniciosus est, si unum polluat locum, sicut si sparsim saeuo nidore diffuso corrupti aëris 25

19 cf. I Cor. 3, 13

1 recumbentium A 2 sinire Ca.c. propter] prope Cv decurrentibus riuis Cv 3 unda] umbra A 4 uel om. A 5 in om. A in pretium] impetum V ueritatis A 7 uoluptati ( $\eta\delta\alpha\eta\gamma\varsigma$ ) scripsi uoluntati cold., v 8 obsequia (a ex o) A 9 perdifficile cum sit v 10 regenti (t s. d) R 12 discendit O atque] et quae A et s. l. R 13 tanto et ( $\tau\omega\sigma\omega\tau\omega\varsigma \chi\alpha\colon \delta \kappa\iota\eta\delta\omega\nu\omega\varsigma$ )] et om. RACv 14 quē rectorē ut mihi uidetur primo omnium V 15 probare R ex om. A 19 ignis om. Cv 20 fit A perneciosius Cp.c. 21 numerosiores Ra.c. extiterit RAV 22 in multis A 23 pestilentiae. O 24 faetor RC perneciosus O est] et V 25 diffoso (u s. pr. o) R

morbum pluribus generet. ita si quis est in rectore uitiorum morbus, facile in eos qui ei ad obtemperandum praesto sunt traditur atque transfunditur; et multo facilius quod malum est ab eo transit quam si quid in eo uirtutis et industriae 5 fuerit. in quo ego quoque soleo crebro apud memet ipsum de 2 talibus conferens admirari plurimum, quod tam facile et sine aliquo labore atque ullis adminiculis malitia proficit et nihil tam facile est quam effici malum, etiamsi nemo doceat, nemo conpellat, rarum autem et perdifficile sit fieri bonum, et ita 10 quasi condescendens sit arduae cuiusdam et praeruptae rupis ascensus, licet plures prouocent, licet multi inuitent, etiamsi omnes faueant et hortentur. et hoc est quod mihi uidetur 3 etiam beatus Aggæus intellegens admirandam illam introduxisse percontationis imaginem, cum ad eum dicitur: interroga 15 sacerdotes legem et dic eis: si caro sancta uel uas sanctum contigerit alicui uestimentum, si sanctificat eum ex eo quod contigit? et cum dixissent sacerdotes quia non sanctificat, dicit ad eos rursum: si inmunditia contigerit uestimentum mundi, utrum polluat 20 eum? et dixerunt quia polluit.

12. Hoc est ergo quod etiam noster hic nunc sermo recensuit, quoniam perdifficilis est adsumptio boni naturae mortaliuum, uelut si ignis humidæ alicui materiae adhibeat. parati autem sumus ad recipiendum malum quam plurimi et apti, 25 uelut si aridae quis stipulae scintillam ignis iniciat, quae insuper etiam uentis spirantibus animetur. ita uelocius malitiae 2

## 14. Agg. 2, 12—14

1 morbus uiciorum *A* 2 ei obtemperant dum *V* 3 traſditur (h.s.  
 q) *O* est malum *v* 4 quam] quoniam *v* 6 ammirari *Cp.c.,v*  
 7 adminiculis *C* amminiculis *v* profecit *V* 10 condescendens (f in  
 ras.) *R* cōdescensus *v* et *om. v* 12 et *alt.*] sed *O* 13 etiam]  
 iam *A* aggeus *ROC* introd.] instruxisse (s pr. s. l.) *R* 14 per-  
 punctacionis *A* 15 si *om. v* caro sancta] sacrosa *OAv* uel]  
 et *Cv* 16 contingit *A* 18 rursum] responsum *RCVv* 22 per-  
 difficile *R* bonae *AV* 23 umidae *Ra.c.* 24 \*\*pcipiendum *C*  
 percipiendum *v* 25 qui *Ca.c.,v* incitat *Oa.c.* 26 inspirantibus *V*

parua scintilla consumimur quam uirtutis ignibus uel accendi  
uel etiam concalescere possumus. nam et melli plurimo parum  
absinthii iniectum uelocem amaritudinem tradit, mellis uero  
etiamsi duplum iniciatur absinthio, non poterit ipsum obtinere  
3 dulcedo. sic breuis gleba fluuii ripae subducta pondus totius 5  
fluminis deriuat in praeceps, obsistere uero et auertere lapsus  
fluuii uix magnis molibus et inmensis machinis queas.

13. Propter quod primo omnium uerendum, ne inueniamur  
pulchrae et decorae uirtutis quidam pictores pessimi uel certe  
aliis pictoribus, id est plebi, quae eam debet in semet ipsa 10  
depingere, imaginis eius pessima praebentes exemplaria, uel  
certe ne accidat nobis res usitati prouerbii, ut, qui ad alias  
curandos praesumus, inueniamur ipsi scatentes ulceribus.

14. Tum deinde quod, etiamsi se ipsum aliquis a totius  
peccati contaminatione custodiat, ne hoc quidem sufficere 15  
aestimo huic qui erudiendis atque instituendis ad uirtutem  
2 populis praeest. neque enim satis est malum non esse eum  
cui docendi summa committitur — quod utique culpabile et  
dedecorum est etiam in his qui docentur —, sed oportet  
eum etiam omnibus bonis esse actibus praeeditum secundum 20  
mandatum illud quod dicit: declina a malo et fac bonum.  
nec sufficit de anima indignas abicere cogitationes et malarum  
rerum formas abolere, sed et praestantiores diuinioresque  
inserere atque conscribere, ita ut multo magis nobis uirtus  
3 animi quam humana dignitas adquisita uideatur. nec putandum 25

12 cf. Plutarch. de adul. et am. c. 32 21 Ps. 36, 27

1 consumitur *A* 2 conualiscere (e s. i) *O* possimus *ACv* plurimum *Oa.c.* 3 absenthii *R,Ca.c.* absenthii (i s. e) *O* tradit (*μεταδόσωσις*) trahit (h *in ras.*) *A* 4 iniciatur *ROC* absenthio *Ca.c.* ipsum] eius *OACVv* obtaineri *Cp.c,v* 5 fluui\* *R* 6 diriuat *R* 7 quaeas *OC* 8 uerendum est *OACVv* 10 ipsam *AV* 12 accedat *CV* 13 praesumens (u s. ep) *O* saucientes (s. ati; sau *ex sca*) *C* sauciati *v* 14 tunc *A* etiam *AV* 15 nec *v* 18 calcabile *C* (a pr. *ex u*) *v* 20 actibus esse *Cv* 22 animas *Oa.c.* indignas *C* 25 putandum (dum *in ras.*) *R* putare (*εἰδένεται*). cet. *v*, *fort. recte*

umquam aliquem nobis factorum bonorum finem aut proficiendi terminum positum, nec ita ut lucrum ducenda sunt quae recte nobis gesta sunt quam detimento computanda sunt quae nondum inplere ualuumus. et ascensus nobis quidam putandus est uita haec, ex quo nihil refert explicuisse quod ascenderis, nisi quod restat euaseris. nec nosmet ipsos ex ceterorum con-<sup>4</sup> latione metiamur et magnum putemus, si forte aliquibus praestantiores inueniamur, sed damnum potius illud arbitremur, si non digna loco et gradu nostro geramus et, si qua geruntur nobis, non ex neglegentium comparatione, sed ex praecepti auctoritate pendantur, siue illi neglegentius siue etiam aliquanto studiosius uiuunt, quia uirtutum formas non ex proximorum nostrorum gestis, sed ex uerbi dei auctoritate suscepimus, a quo omnia et in quo omnia et ad quem omnia referuntur.

15. Nec putandum est eadem omnibus conuenire, sicut nec aetas una omnibus est nec uultuum liniamenta uniuersis eadem nec totius terrae una est qualitas nec stellarum unus est splendor. conuenire ergo idiotaet et simpliciori cuique putandum est, ne male agat et ut caueat omnia agere quae ad poenam trahuntur uel grauissima legis animaduersione plectuntur. huic uero qui aliis praeest omni opere peccati<sup>2</sup>

2 cf. Phil. 3, 7      12 cf. II Cor. 10, 12      14 cf. Rom. 11, 36.  
I Cor. 8, 6      18 cf. I Cor. 15, 41

1 factorum *R* factum *ACV, Os.l.*, v      2 ut lucrum] ad lucrum *OAV*  
quae recte nobis gesta sunt *om.* *V*      3 a nobis *OCVv*      quam] quo-  
niam *v* detrimenta *Rp.c.* 4 uoluimus *R*      quidam nobis *v* 5 nihi *C*  
explicuisse refert *v*      refret *C*      6 ceterorum *C.*      7 metiamur]  
utamur *R*      forte *om. A*      10 a nobis *O* (a s. *l.*) *V*      11 illi *om. v*  
aliquanto ( $\epsilon\pi\lambda \pi\sigma\sigma\gamma$ ) aliquando *R*      12 qui *A*      uirtutem (u s. *e*) *O*  
13 suscipimus *C* suscipiamus *v*      14 et ad quem omnia *om.* *R*      omnia  
*om. C*      17 nec aetas *R* ne aetas quidem *OC* nec aetas quidem *A Vv*  
alt. ne *O*      uultuum ( $\pi\rho\sigma\omega\pi\omega\nu$ ) uultus *Cv*      19 est *om. v*      ideotae *Ca.c.*  
20 mala *A*      21 paenam *R* penam *C*

postergum relicto proficere in optimis conuenit, ita ut possit prefectus sui exemplo inuitare et inlicere ceteros ad uirtutem praecipue per humilitatis a domino nobis traditam formam. non enim oportet ui uel necessitate constringere, sed ratione et uitae exemplis suadere, quia omne quidquid extorquetur <sup>5</sup> inuitis cum eo quod tyrannicum uidetur ne perseuerare qui-  
3 dem potest. solet enim quidquid violenter adtrahitur, sicut nouellae arboris si quis ui cacumen inclinet, relaxatum rursum in id quod fuerat redire. quod autem ex proposito fit et uoluntate, tam legitimum quam certum est ualidissimis <sup>10</sup> scilicet uinculis propriae uoluntatis adstrictum. unde et regere gregem uoluntarie et non ex necessitate ad Hebraeos scribens apostolus praecipit.

16. Sed est aliquis neque malus neque qui ad uirtutis summam peruerterit, et non video, qua confidentia ad do-  
15 cendum ueniat qui ipse hac fide non accessit ut disceret. re enim uera mihi uidetur esse ars artium et disciplina disciplinarum hominem uel regere uel inbuere, qui certe est inter omnes animantes maxime et moribus uarius et uoluntate  
2 diuersus. haud segnius sane quis etiam ex medicina corporum <sup>20</sup> curas quoque contemplabitur animarum et, quanto difficilem captu corporalem inuenerit medicinam, tanto difficiliorem repe-

11 cf. I Petr. 5, 2

1 postergum *C*    3 precipue tamen *v*    pro humiliitate a dom. n. tradita *R*    formam *om. R*    4 ex necessitate *V*    5 quicquid *ROv* extorquitur *Oa.c.*    6 nec pers. quidem *A*    7 quicquid *Rv*    8 ui *om. O* ui—*p. 21*, 7 aguntur *om. A*    cacumen eius ui incl. *v*    relaxatum—redire *scripti* relaxata—redit *codd. v; an anacoluthon statuendum?* 10 uale-dissimis *Ca.c.*    11 adrestrictum *R*    12 uoluntariae *RO, Ca.c.*    hebreos *RCv* hebreos *O*    scribens petrus *Cv*    13 praecipit (*διακελέσθαι*) praecepit *OCVv*    15 qu\*a *R*    16 hac fide] had fidem *R*    acces-serit *R*    discederet *R* discederet *C*    17 res *Ca.c.*    esse s. l. *O* arcium *C*    18 regi (i ex e) *C*    20 haut *R* aut *V* haut (h s. l.) *O* signius (e s. pr. i) *C*    etiam] enim *O*    21 quanto difficilem—tanto difficiliorem = ὅσῳ ἐργάδης—τόσῳ ἐργωδεστέρᾳ    22 repperiet *OC* repperit *V*

riet animarum, siquidem et substantiae qualitas multo est praestantior et finis rerum multo pretiosior. illa namque corporibus exhibit medelam et erga temporalem materiam curam adhibet ac diligentiam, quae sine dubio naturae suae fragilitate quandoque soluetur, etiamsi nunc artis adiumento reparetur. certum est enim quod uel aegritudine uel tempore corpus omne resoluit nec ultra naturae suae terminos perdurare fragilitatis condicione permittitur. 3

17. Anima autem, quae est diuina et a deo ueniens, supernae nobilitatis est consors, ad quam etiam redire festinat, licet socio deteriori conligata est et deuincta, fortassis etiam propter alias causas, quas solus nouit ille qui uinxit et conligauit deus et si quis ille est qui ab ipso de huiuscemodi mysteriis inluminatus est et instructus, uerum, quantum ego intellegere possum, duabus, opinor, ex causis: una, ut per agones certatum, quae ei sunt aduersum terrena, caelestis gloriae hereditatem petat et, sicut aurum igni, praesentis uitae aerumnarum probetur examine, quo uirtutis praemia non ex dei dono tantum speret sed, ut uere uirtus summum ei bonum sit, 2 suo eam opere ac labore conquerat, ut a creatore quidem nobis naturaliter insitum uideatur bonum, a nobis autem uoluntate nostra ac proposito excultum et liberi arbitrii utriusque motus exercitio propagatum; alia uero, ut etiam 3

15 cf. Eph. 6, 12

2 fines *R* multo est *O* praetiosior *RO* 3 exhibet *Ca.c.*  
 medellam *RO* medillam *Ca.c.* medicinam *v* temperalem *C* 5 soluitur  
*V* saluetur *Cv* nunc] non *v* 6 uel *pr. om. v* 8 condicione *O*  
 conditione *cet. v* 9 supernae (*ante uocem spatium duarum litterarum,*  
*in quo uidetur extitisse ac) R* ac supernae *cet. v* adquā ex atquā *R*  
 10 nobilitatis est (est *s. m2*) consors *R* nobilitatis consors *cet. v*  
 11 sortio *O* colligata *C* deuincta (n *s. l.*) *O* 12 uinxit]  
*iunxit Cv* colligauit *C* 13 si qui\*\* (*eras. ab*) *O* si qui *Ra.c.Cv*  
 15 oppinor *O* 16 aduersus *OV* 17 igne *Rp.c., v* 18 dono dei  
*v* dona (o *s. a m2*) *C* 19 ei *om. R* 23 alia uero (*Ἐτερού δέ*) *R*  
 alia uero causa *cet. v*

hanc deteriorem substantiam corporis secum traheret ac sursum in supernis sedibus colocaret soluens paulatim eius crassitudinem, qua retardatur, ut hoc, quod est deus animae, fiat etiam anima corpori gubernans ministram sibi materiam et deo secum offerens fidelem conseruam.

5

18. Locorum ac temporum et aetatis ceterorumque similium differentias medici requirent, quando et qualibus uel medicamentis uel cibis opus sit uel qualiter a noxiis abstinendum, uti ne artis disciplina superetur per desideria aegrotantium; interdum et ferri sectione utuntur et uirulentioribus medica- 10  
2 mentis. quae omnia quamuis cum magno labore peragantur, nihil tamen in his tale geritur, quale est mores corrigere, uitia purgare, emendare uitas et propositum ad meliora conuertere atque omnia quae intra nos uel etiam extra nos geruntur sedula circumspectione moderari, ut omne quod in 15 nobis est beluinum ac ferum a natura nostra separantes, si quid lenitatis et mansuetudinis est, si quid homine dignum et deo carum, pro illis omnibus inseramus aequumque iudicium inter animam habeamus et corpus numquam deteriori naturae subientes meliorem, quod est utique iniquissimum,  
20 3 sed semper imperio animi et seruitio corporis abutamur. quae prima est lex dei et optime constituta per uniuersam eius creaturam obseruanda siue uisibilem siue etiam quae sensum uisus excedit.

19. Considero etiam illud quod haec omnia, quae supra 25 memorauimus a medicis obseruari, singula quaeque secundum

1 rursum *V* 3 quare tardatur *V* ut eras. *V* 4 ministru (ā s.  
u.) *O* 6 et *om. V* aetatis *RO, Va.c., v* aetates *C, Vp.c.* 7 requirunt  
medici *v* requirunt *OCV* 10 uirulentioribus *CV* 12 corregere *Ca.c.*  
13 uitas (*βίους*) uitias *O* 15 geruntur] aguntur *O* 16 nostra] nām  
(exp. m2) *C, om. v* 17 hominem *V* homini *Cv* 19 numquid *Ca.c.*  
20 subientes *C* quod utique iniquissimum est *V* 21 seuitio *v*  
utamur *v*, sed abutamur eodem sensu adhibitum est, cf. index 22 optime  
*RV* 23 obseruandā *Cv* sensu *Ca.c.* 24 excedunt *R* 25 con-  
sidera *Cv*

naturae suae ordinem permanent nec fieri ullo modo potest,  
 ut aliquid aut contra artem aut contra naturam medicus  
 moliatur, quippe cum qualitas ipsa materiae corporalis cedat  
 et obsequatur medicinalibus disciplinis, nisi si qua forte  
<sup>5</sup> inciderit inpatientia uel inquietudo languentis, quam et ipsam  
 utique uel obseruare uel prohibere non est difficile. apud nos <sup>2</sup>  
 uero omnia aguntur in spiritu et est summum studium uincere  
 eos qui se male carnaliter amant nec ullo modo uolunt  
 nobis cedere aduersum semet ipsos dimicantes, ita ut sit  
<sup>10</sup> nobis bellum quoddam aduersum eos pro quibus militamus,  
 dum unusquisque tantum studii gerit in contegendi et occul-  
 tandis morbis ac uitiis peccatorum, quantum habere oportebat  
 studii ad aegritudinem medico reuelandam.

20. In quo et fortis sibi ac constantes uidentur aduersum  
<sup>15</sup> salutem suam et prudentes aduersum uitam suam, dum uelut  
 furtum aliquod intra se atque intra arcana mentis suae  
 abscondunt peccatum, tamquam ab illo oculo qui uidet omnia  
 latere possit id quod ab hominibus latet, uel dum excusant  
 excusationes in peccatis, cum propriis uitiis et passionibus  
<sup>20</sup> rationes quasdam commentantur et malorum suorum aduocati  
 fiunt; uel certe cum more surdae aspidis, quae non exaudit <sup>2</sup>  
 uocem incantantium nec medicamentis sapientium cedit,  
 quo solo aegritudo animae curatur, sermonem non recipiunt  
 commonentis; uel certe, quod est ultimum malum, cum

7 cf. Gal. 5, 25    17 cf. Eccli. 23, 27. 39, 24    18 cf. Ps. 140, 4  
 21 cf. Ps. 57, 5—6

3 cedat corporalis *v* corporali *Rp.c.* 5 exciderit *V* langentis *C*  
 6 obs-eruare *R* 9 demigantes *Ca.c.* 11 gerat *Cp.c.m2,v* 12 morbis]  
 moribus *A* 14 fortis (s. *L.*) *O* cōstantes aduersum suam salutem  
 uidētur et prudētes *v* 15 dum ut uelut *A* 16 furtum] futurum *V*  
 archana *RCv* archanum *O* 17 uidit *O* 18 posset (it s. *et*) *R* ab  
 omnibus *v* 20 commentantur *om.* *A* 21 fiunt] sunt *R* cum more]  
 commore *O* cōmouere *A* 22 medicamentis (*φαρμάκοις*)] medicamento  
*Rp.c.* 23 quod *O* recipiunt (un s. *alt.* i) *R* recipit *OAVv* recepit  
 (i s. *e*) *C*

palam iam et impudenter peccata defendunt et uelut mente capti publice et sine pudore in omne flagitium praecipites eunt et tunc in eos, qui aliquantum se pro salute uel impedire uel retardare certe cupiunt, tamquam inimicos et aduersarios etiam ulciscuntur odientes eos qui redarguunt in portis et <sup>5</sup> sanctum sermonem exsecrantes, infelicissimi omnium in tantum semet ipsos punientes, quantum amplius in aduersarios desauierint, sicut hi qui insania et furore correpti proprias carnes laniant, quas mente capti alienas putant.

21. Haec sunt, pro quibus ego hanc nostrae disciplinae <sup>10</sup> medicinam multo difficiliorē puto quam illam quae corporibus solis medetur. quae quanto difficilior est, tanto utique pretiosior et utilior. nam illa quidem pauca quaedam de profundioribus tractat, quam plurima uero artis suae atque operis in oculis atque in manibus gerit; in hac uero nostra erga interiorem <sup>15</sup> cordis hominem omnis cura est atque omne studium geritur et aduersum hostem, qui nos intrinsecus inpugnat atque obluctatur in sensibus, est nobis omne certamen, qui nobis <sup>20</sup> 2 ipsis aduersum nos gladiis abutens morti nos tradit. aduersum haec ergo omnia multa quidem, immo tota fide, maiore uero <sup>25</sup> dei gratia, aliquanto quoque, ut ego arbitror, etiam nostro studio ac labore nitendum est, quod in uerbo atque opere demonstratur, ut possimus, quod in nobis est pretiosius, uel curare animas a languoribus uitiorum uel purgare a maculis peccatorum.

22. Finis autem utriusque medicinae — hoc enim restat ostendere — unius quidem est, ut sanitas corporis uel, si est,

<sup>5</sup> cf. Am. 5, 10

1 et *utroque loco om.* *V* 2 omni *O* flagicium (ci s. l.) *R* 5 red-  
argunt *O* 6 execrantes *O* exsegrantes *C.a.c.* 7 quanto *O, Ap.c.*  
8 deseuerint *RO* desceuerint *C* hii *RO Cv* 9 laniunt *A* 10 hanc]  
a *V* pro *Rs.l.* 11 medicina *Vp.c.* 15 in *pr. om.* *OA* nostra]  
nam *C* 17 aduersus *Cv* qui in nos *C* 18 oblactatur *Ra.c.* qui  
nobis] quibus (*ex* quibus) *R* qui in nobis *V* 19 alt. abuersum *C*  
20 ergo *om. v* maiora *O* immo tota] immota *A* 21 ego *om. v*  
24 langoribus (u s. o) *C* 27 unus *A, Rp.c.* est *pr. om. v*

conseruetur uel, si discesserit, reuocetur. quae non satis certum est utrum semper profuerit his qui ea usi sunt, cum uideamus frequenter aliquantis corporei roboris fortitudinem nocuisse, dum in hac fidentes nonnulli uel latrociniis uel raptibus 5 uacant. media tamen haec sunt, sicut paupertas atque diuitiae uel humilitas et claritas et cetera his similia, quae media idcirco dicuntur, quia ex proposito utentium uel ad bonum uel ad malum trahi possunt. alterius uero, id est nostrae 2 huius medicinae, finis est incitare animam ad uirtutem et 10 eripere ex hoc mundo et offerre deo atque imaginem dei, quae in ea est, uel, si recta est, seruare uel regere, si periclitatur, uel, si conlapsa aut oppressa est, reparare inserto cordibus Christo per spiritum sanctum atque ad ultimum hominem filium dei facere atque in caelesti beatitudine cum caelestibus 15 conlocare.

23. Ad hoc nobis paedagogus data est lex, ad hoc mediī legis et Christi missi sunt prophetae, ad hoc spiritalis lex adinpletur et finis omnium Christus aduenit. hoc est quod agit euacuata diuinitas, hoc promouet carnis adsumptio et 20 hoc est quod ex utroque mercamur. haec est noua illa commixtio dei et hominis, ut per unum utrumque habere possimus. propterea namque deus corpori anima mediante 2 commixtus est, ut coniungeret separata atque in concordiam et pacem discordantia reuocaret in unum se et per se reuocans

10 cf. Gen. 1, 26 12 cf. Eph. 3, 17 16 cf. Gal. 3, 24 cf. Rom. 3, 21 18 cf. Rom. 10, 4. Hebr. 12, 2

1 conseruetur (s *an f incertum*) *C* 2 qui in ea uisi *Cv* uisi *R* uedeamus *O.a.c.* 3 corpore *Cv* 4 rapatibus *Vp.c.* 5 sicut et *OCVv* 6 claritas] elaritas *O,Ca.c.* hilaritas *Cp.c.,v* his] huius *R* 10 ad imaginem *Cv* 11 recta (a *ex e*) est *R* recte inest *cet. v* 12 conlapsa est aut oppr. est *CVv* inserendo *Cp.c.m.2,v* 13 xpm *C,Oa.c.,v* 16 pedagogus *ROC* datus *C* 19 agit (g s. l.) *O* euacuata (*κενωθεῖσα*)] etiā cauta *R* promouit *OCv* 23 commixtus *C* 24 se et] sed et *A*

omnia ab uno patre generis nostri prius prodita: animam suscepit propter inoboedientiam animae, carnem propter malam oboedientiam, pro qua et simul condemnata est, ut, sicut in carne et anima fuerat condemnatio, ita in carne et anima fieret salus. Christus ergo pro Adam, pro eo qui factus est sub peccato ille qui erat sine peccato.

24. Et introducitur pro ueteri nouus, ut huius passione voluntaria ille qui inuitus passus fuerat curaretur, quo scilicet pro singulis nobis hoc quod supra nos erat redderetur. completur ergo nouum misericordiae sacramentum erga eum qui per inoboedientiam decidit. propterea noua natiuitas et uirgo mater et Bethleem pro Edem et praesepe pro paradiſo, parua et uisibilia pro occultis et magnis. idcirco et pastores caelestem gloriam uident propter agnum et pastorem; propterea stella duce magi adorant et munera offerunt, quo scilicet nemo iam ultra uel idola uel stellas adoraret; propterea Iesus baptizatur et testimonium ei de caelestibus perhibetur et ieunat et temptatur et uincit eum qui uicerat; propterea daemones fugantur, aegritudines curantur et magnorum praedicatio minimis iniungitur.

25. Propterea infremescunt gentes et populi inania meditantur; propterea lignum aduersum lignum et manus patienter

6 cf. I Ioh. 3, 5. I Petr. 2, 22      12 cf. Gen. 2, 8      cf. Luc. 2, 16      14 cf. Matth. 2, 9—11      16 cf. Matth. 3, 13—17      17 cf. Matth. 4, 2      18 cf. Matth. 4, 3—10      cf. Luc. 8, 30      19 cf. Matth. 9, 35  
21 cf. Ps. 2, 1

1 prius proditam animam suscepit *v* proditam *OACV* anima *R*  
2 carnæm *R*      3 condemnata *O*      4 fuerat condemnatio—et anima  
*om.* *R*      condemnatio *O*      7 Et *om.* *A*      passione *R*      8 fuerat  
passus *Cv*      quod scilicet *V,Ca.c.*      12 bethlem *R* betleem *O* bethleem  
(e tert. m2 s. l.) *C* bethleem *v* edem *Va.c.* aedem (n s. m) *O* ae-  
de\* (m eras.) *C* eden *A* ede *Vp.c.,v* qde *R*      praesepe (*sic semper fere*)  
*RO**C* praesaeppe *AV*      14 et *om.* *V*      16 idolum *A*      adorarent *O*  
*ih* *RO**C*      18 demones *R*      21 infremescunt (i s. alt. e) *O*      medi-  
tantur inania *Av*      22 aduersus *v*

extenduntur aduersum manus incontinenter extensas: pro solutis et remissis praebentur clavis confixa, pro his quae eiecerunt Adam praebentur manus quae orbem terrae complectantur et reuocent. pro humilitate exaltatio, pro suaui et pernicioso 2  
 5 gustu suscipitur fellis gustus et mors pro morte mutatur, tenebrae pro tenebris, sepultura pro sepultura, resurrectio pro resurrectione. haec omnia cura quaedam erga nos est dei et medicina infirmitatis nostrae ueterem Adam ad eum statum unde decidit reparans et reformans atque ad arborem uitiae 10 restituens, unde nos arbor sciendi boni et mali importune et extra tempus sumpta depulerat.

26. Huius ergo nos medicinae et curationis ministri et adiutores sumus, quicumque praeesse populis uidemur. qui nescio an in id saltim proficerimus, ut uel proprias infirmi- 15 tates curare ualeamus, nedum alienis languoribus medicari et animarum maculas sollicita eruditio purgare.

27. Tum deinde corporum quidem medici labore, uigilias ac sollicitudines tolerant et, sicut ait quidam sapientissimus eorum, alienos casus propriis maeroribus perferunt 20 aliqua ipsi proprio labore exquirentes et inuenientes ad medendum, aliqua etiam ab aliis mutuantes, et nihil prorsus est quod eos praetereat. ne minimum quidem neglegunt, sed omnia magna et summa deputant, quaecumque ad sanitatem corporis aliquid conferunt, summum bonum putantes, si quid per

2 cf. Gen. 3, 24    10 cf. Gen. 3, 5, 22    12 cf. I Cor. 4, 1, 3, 9  
 18 cf. Pseudo-Hippocrates de flatibus c. 1

1 aduersus *v*    2 claves *O*    4 exaltatio (al *ex ul;*  
*in mg.* & exulta) *A*    5 suscepitur *OCa.c.*    [mutatur] gustatur  
 (s. l.) *R*    6 pro sepulturis *A*    et resurrectio *V*    7 quadam *Rp.c.*  
 ergo *O* est *om.* *R*    8 ad eum *om.* *O*    9 cecidit *V*    reparant et  
 reformant *R*    atque etiam *v*    10 restituent (u. s. alt. e) *R*    mali  
 et boni *O* bonum et malum *V*    14 proficerimus *ROV,Ca.c.*    15 me-  
 dicinari *v*    17 lab.] ac add. *V*    18 tollerant *R* quaerant *OA*  
 quidam *om.* *R*    19 alienas causas propriis morbis pferunt *v*    me-ro-  
 ribus *C*    praferunt (s. & perferunt) *A*    24 aliquid *om.* *R*    pro-  
 ferunt *V*

industriam suam uitae huic, quam supra terras agimus, conferre uideantur, et interdum uitae hominum pessimorum, quibus olim ex hoc mundo discedere commune fuerat bonum.

3 quod etiamsi bonorum uitae per haec consulunt, quantum illud est quod ex hoc confertur, cum id continuo ipsa uetustas 5 aetatis ac senectutis absoluat! quid enim est quod unusquisque bonorum ex hac uita lucretur, cum certum sit quia nemo prudentium diligere id debeat quod omni pacto paulo post omissurus sit?

28. Nos uero, quibus periculum pro salute est animarum 10 et quibus pro immortalitate certamen est et uel de gloriae uel de poenae aeternitate contentio — e quibus alterum uirtus, alterum desidia praeparabit —, quantum oportet laboris studiique suscipere, quantum industriae uel uirtutis adhibere, ut curati uitii, emendati moribus, proposito correcti possimus 15 et transferre uitam nostram a praesentibus ad futura et 2 subicere ac subdere terram spiritui! sicut ergo non una medicinae species omnibus adhibetur, ita neque idem sermo conuenit uniuersis, non idem motus competit feminae et uiro uel seni ac iuueni, neque pauperi et diuiti, laetis ac tristibus, 20 incommodis et uegetis, principibus et subiectis, sapientibus et inperitis, timidis et audacibus, iracundis et mitibus, proficientibus et declinantibus.

29. Et ut adhuc interiora perquiram, non eadem conuenient his qui in coniugiis sunt et his qui liberi sunt a 25 coniugali iugo. sed et inter ipsos rursum differentia est, eo-

10 cf. I Petr. 1, 9

1 terram *v* 3 discedere *Cp.c.* communę *R* 4 consulunt per haec *V* 8 prudentum *Cp.c., v* diligere *C* 9 obmissurus (*b ins.*) *R* amissurus *A Vv* 11 certam *R* (*a p.c., ut uidetur*) 12 paenae *O* penae *C* e] ae *V* 13 praeparauit *O A V* 14 uirtutes (*i s. e.*) *O* uirium *v* 15 emendati (*at in ras.*) *C* propositi correpti *V* 18 medicina *Ca.c.* 19 competit *O* conuenit *v* 22 proficientibus et declinantibus *om.* *R* 25 in coniugio *A* 26 ἐρῆ *R*

rum qui in desertis uitam ducunt et eorum qui communem et cum ceteris mixtam habent conuersationem. et 2 rursum non eadem aptabuntur his qui rationabiles sunt in fide et perspicaces in scripturis et his qui sola simplicitate 5 proficiunt, sed et his qui ex urbana conuersatione descendunt et illis qui ex agresti et rustica uenient; non eadem simplicibus et astutis, neque in negotiis positis et procul ab eis agentibus ac quietis, neque his qui post plagas peccatorum conuersi sunt et his qui ante experientiam mali delegerunt bona. in 3 10 quibus singulis permulta habenda est differentia, quoniam quidem etiam motus ipsi eorum et concupiscentiae permultas inter se differentias gerunt. denique ex ipsa iterum corporali elementorum ratione considera: quamuis ex eisdem omnes subsistamus elementis, tamen uniuscuiusque corporis est quod- 15 dam proprium temperamentum.

30. Et propter hoc non omnibus eadem medicamenta conducent, sed alius alio indiget uel medicamento uel cibo uel potu et singulis diuersa conueniunt. ita etiam animas diuersus ac uarie conpositus sermo curabit. et erunt mihi testes horum 2 20 illi ipsi qui passi sunt, quod alios quidem sermo solus emendat, alios exempla conuertunt, nonnulli stimulis incitandi, alii frenis inhibendi sunt pro eo quod tardiores alii et pigri sunt ad opus bonum — qui utique competenter sermonum uerberibus excitantur —, alii uero feruente spiritu nimium 25 concitati mensuram aequitatis excedunt, uelut cum generosus et feruidus pullus et iugi adhuc nouitatis inpatiens ultra definita metarum spatia cursu lasciuiore diffunditur; quos utique refrenans et reuocans ad statutas lineas mandatorum sermo melius temperabit.

24 cf. Rom. 12, 11. Act. 18, 25

4 perspicui et perspicaces *v* 5 urbana ex conuersatione *v* -uer-  
satione—*p. 29, 19 decli-* *om. A* descendunt *O,Ca.c.* 6 uenient  
*om. Cv* 12 intra *R* 13 elementorum *R* considerata *v* hisdem  
(h s. l.) *O* 14 elementis *R* et (est s. et) *R* 15 proprium *om. v*  
curauit *V* 24 feruentes *O* 26 pullus iugique *v*

31. Multis laudari profuit, aliis uituperari, utraque tamen si in tempore proferantur, alioquin magis importune prolata nocuerunt. alios consolatorius sermo correxit, alios increpatio, et aliis conuenit coram omnibus argui, aliis secretius commo-  
2 neri. nonnulli etenim monita secretiora contemnunt, erube- 5 scunt uero publicam notam; alii autem publice conuenti inpuden-  
tiores fiunt secretae increpationis mysterium uenerantes et oboedientiam sui uelut quoddam munus honesto ac sedulo officio retribuentes.

32. Aliorum conuenit obseruari omnia diligentius et usque 10 ad minimum discuti, eorum praecipue qui, dum mala sua arte quadam celare se putant, eriguntur aduersum ceteros et inflantur; aliorum uero oportet nonnulla praeterire, ut uidentes tamquam non uidisse et audientes tamquam non audisse uideamus secundum prouerbii sententiam, uti ne ad contemptum 15 ultimum ueniant per increpationem, qui fortassis erubescunt culpas extendere ac multiplicare, donec eas ignorari putant, audaces uero et praecipites efficiuntur, cum eis ultimum emendationis atque unicum remedium interrupta fuerit uere-  
2 cundia. interdum etiam irasci debemus aliquibus non irati et 20 contempnere aliquos sed non contempnentes et desperare non desperantes, quando quidem ita uniuscuiusque requirit ingenium; alios uero curare lenitate debemus, alios humilitate, coniungendo eis uidelicet nosmet ipsos et unam eandemque spei regulam pollicendo. et alios quidem uincere, ab aliis autem 25 uinci interdum melius fuit; et aliorum quidem prosperitatem et potentiam, aliorum uero paupertatem et deiectionem conlau-  
dare nonnumquam conuenit et amplecti.

33. Non enim, sicut uirtutis et ignauiae ordo se ac species habet, ut una semper in laude sit et alia semper in culpa, 30

13 cf. Matth. 13, 13

6 inpudicitiores (ci s. l.) *R* 7 secrete *RO* secreti *Ca.c.* 10 obseruare *R*  
11 sua *om.* *V* 12 se *om.* *C* 14 non—tamquam *om.* *V* 16 ultimum  
*om.* *V* 21 desperare *O,Ca.c.* 22 desperantes *O* ita *om.* *V* requi-  
ret *O* 24 eademq: *C* 28 nonnumquam interdum *V* interdum *R*

ita etiam nostrae disciplinae ordo depositit, ut quod sanum et utile et commodum est id semper aeger recipiat animus — uerbi gratia uel acrius corripi uel lenius commoneri uel ex omnibus, quae supra commemorauimus, alterum semper eligere —, 5 sed ab aliis quidem hoc, ab aliis autem quod contrarium est recipi potest, prout uel tempus uel res uel ipsa animorum aegritudo permittit. uerum uniuersa sermone distinguere et 2 explicare per singula, ita ut omnem medendi curam per ordinem describamus, impossibile puto etiam his qui sapientiae ipsius meruerunt arcana cognoscere.

34. Quantum autem nobis per uerbum dei patefactum est et breuis experientia potuit inuenire, illud generali intentione obseruandum puto: ut sicut his, quibus per districtos in excuso funes incedere disciplina est, huc uel illuc declinare 15 discriminem est et deuiare aliquantulum, quamvis illud perexiguum uideatur, interitus est, omnis autem eis in eo salus est, si contentam et directam incessus sui lineam teneant, ita et in his nostris actibus, in quamcumque quis partem quamcumque ex causa declinauerit, siue id malitia siue etiam imperitia 20 faciat, ultimi periculi res est. si uero et aliis praesit, non sibi soli sed et ceteris aeterni causa efficietur interitus. igitur uia regia incedendum est et neque his quae a dextris sunt neque illis quae a sinistris sunt intendendum, sicut et proverbialis ante sermo praemonuit. sufficiat ergo haec de

22 cf. Num. 21, 22      cf. Prou. 4, 27

1 depositit ordo *V*      3 acrius] alacrius *OCv*      7 uerum etiam *V*  
 sermones *R*      et *om. R*      9 describamus *O* distribuamus *Cv*      10 ar-  
 chana *ROv*      cognoscere *C*      12 inueniri *Ca.c.*      13 ad uerba quibus—  
 disciplina est *Om2* in *mg. glossam* Scenobates *gr̄ adscripsit*      ut sicut  
*pleonastice dictum pro ut uel sicut*      districtos *V*      15 illud (*d in ras.*) *C*      16 eo (*o in ras.*) *R* *quō* (*hoc s. quō m2*) *C* *hoc v*      17 con-  
 temptā *ex* contemptā *O* directum *Ca.c.*      20 *uelutin* (*ultimi s. uelutin*  
*m2*) *O*      21 soli *om. R*      22 qui *O*      a] ad *ROC*      23 qui *O*      a]  
*a] R*      sicut\*\*\*\*\* et (*sicut eras.*) *R*      24 ante *om. Cv*      de uitiis]  
*diuitiis R deuitiis ex diuitiis Om2*

uitiis nostris et passionibus memorasse et quid operis ad sui curam a bono pastore depositant, ab eo scilicet, qui secundum scripturae sententiam scienter scit animas pecorum suorum et regit gregem secundum uerbum dominicum et disciplinam pastoralem, quam a uero pastore omnium suscepimus Christo. 5

35. Ipsam uero uerbi dei curam et doctrinae rationem quomodo explicare ualeam — ut ultimum dicam quod primum est et magnum —, quoniam quidem hodie, ut video, omnes

2 magistri sunt et omnes philosophantur? quod ego satis miror, si omnes hi, quos video in ecclesia ad faciendum sermonem 10 in populo procedere, bene et recte norunt dare conseruis suis in tempore tritici mensuram et disponere sermones suos in iudicio ac ueritatem dogmatum nostrorum consequenter et rationabiliter explanare, quaecumque de mundis uel mundo philosophari oportet, quae de materia, quae de anima, quae 15 de mente, quae de intellectualibus naturis siue bonis siue contrariis et, quod est maximum et quod constringit et continet ac conponit uniuersa, de prouidentia et de singulis, quae uel contra rationem accidere — humanam uidelicet — uel iuxta rationem uidentur. 20

36. 37. Sed et de primo nostro statu ac nouissima reformatio ne, de praefigurationibus et ueritate, de utroque testamento, de aduentu Christi primo ac secundo, de incarnatione eius

3 cf. Prou. 27, 23 5 cf. Ioh. 10, 11. 14. Ezech. 34, 23 8 cf. Matth. 23, 10 11 cf. Luc. 12, 42

1 ac sui cura C 2 a bono] abuno R depositant R depositat OAV  
 3 scit] pascit (pa in mg. add.) R 4 reget OC dñi çum C domini v  
 dei A 9 ergo C 10 hii ROCv 11 precedere (o s. e) C 12 in  
 ultima paginae linea Rm1 scripsit et disponere ser- addita in margine  
 nota aliquid deest; postea addidit -mones suos in iudicio ac ueritate et  
 spatio uacuo relicto omisit dogmatum nostrorum 13 ueritate OCv  
 docmatum Cv et consequenter et R 14 quaecumque quidē mundis uel  
 inmundis (in s. l., is in ras.) R mundo] de mundo AV 15 animo  
 Rp.c. 19 accedere OACVv uel om. O 21 duo textus Gregoriani  
 capitula in unum contraxit Rufinus; etiam hoc capitulum arte cohaeret  
 cum antecedente, ex quo praedicatum primi enuntiati supplendum est

et passione ac resurrectione atque ascensione in caelos, de fine omnium, de iudicio, de retributione uel tristium uel bonorum, supra omnia uero et quod primum est, de beata et principium omnium tenente trinitate qualiter sentiendum sit. in quo et periculi summa consistit his qui ad inluminandos ceteros praesunt, uti ne uel in unam subsistentiam ac personam sermone contracto tamquam deorum multitudinem uitans quis solas appellationes nominum putet et eundem patrem et filium et spiritum sanctum aestimans nominari ad Sabellii inpietatem ex huiuscemodi confusione ac permixtione declinet, ut, dum unum omnia nominari putat, nihil esse unumquemque designet, quoniam quidem desinet esse quod est, cum in alterutrum id, quod esse dicitur uniuscuiusque, transfunditur — uel certe, quod absurdum est, compo- situs nobis ex diuersis introducitur deus secundum illas uulgi fabulas, quibus ex diuersis formis unum animal adumbratur atque depingitur —, neque rursum intersecantes dei naturam secundum Arrii uestaniam et intra Iudaicam paupertatem diuinitatis affluentiam concludentes, ut soli ingenito patri summam deitatis adscribant uelut metuentes ne corruptio nobis deitatis fieri uideatur, si deus pater sit ueri dei et aequalis sibi filii per naturam, neque tria deitatis initia sibi inuicem contraria proferant et diuersa, ut per multa principia rursum ad paganorum errores, unde discessum fuerat, redire uideantur.

38. Neque in tres substantias alienas a se inuicem et diuersas fas est dirimi deitatem secundum Arrium. oportet

1 et] ac *O.A* ac] et *O.A* 2 fide *R* de *alt.*] et *A* tribulatione *R*  
 4 tenenti *Vp.c.* et trin. *V* 5 periculum summum *v* 8 uitantes  
 qui—putent—estimantes—declinent—putant—designant *v* qui *AC*  
 omnium *A* et *om. OAV* eum *A* 10 sabelli *O* sabelli *V* 11 unum  
*om. V* putet *R* 12 quidem si (si *s. l.*) *O* desinit *Cv* designet  
*OA* designat *V* 13 cum *om. O* 15 introd.—diuersis *om. O*  
 19 affluentiam *Cp.c., v* soli *R* solo *cet. v* 23 contr.] aduersaria *V*  
 26 in tres] inter *A* 27 diuersas ( $\alpha\lambda\alpha\sigma\tau\pi\alpha\zeta$ ) diuisas *OACVv*

enim non ita putare se unumquemque deferre deo patri, ut ei auferat hoc ipsum quod pater est — cuius enim erit pater, si ab eo natura filii separatur et creaturis reliquis sociatur? non enim hoc est filium esse uel alienari a patre uel commisceri ac refundi in patrem —, neque rursum tantum putare agere 5 pro Christo, ut neque ipsi seruetur esse quod filius est; cuius enim erit filius, si non origo sua referatur ad patrem, ut sit ille qui genuit et iste sit qui est ex illo progenitus?

2 origo enim pater est non exigui alicuius et indigni, sed deitatis et bonitatis origo est, quae in filio et spiritu 10 sancto intellegitur et sentitur, in illo uelut filio et uerbo, in hoc uelut spiritu ab ipso procedente. et ita necessarium est, ut et unum deum secundum ueritatem substantiae fateamur et patrem ac filium et spiritum sanctum in sua quemque subsistere substantia sentiamus. 15

39. Haec plus fortasse quam tempus sinebat protraxerim uolens uel uitam uel sermonem uel intellectum demonstrare eius qui populis praeest, quo possit in utroque perfectus fieri habitaculum spiritus sancti, per quem solum deus et intellegitur et interpretatur et auditur. mundorum namque 20 est mundum contingere et sanctorum est sancta cognoscere.

2 sciendumque illud in primis est quod perdifficile negotium est in multitudine permixta atque diuersa, ubi et aetas et institutio uaria, de talibus disputantem et uelut multarum chordarum quandam eitharam ferientem inuenire et proferre 25

11 cf. Ioh. 1, 1 12 cf. Ioh. 15, 26

1 differre *Ca.c.* 2 offerat *O* etenim *V* 3 creatoris (*u.s.o.*) *O*  
 4 filium esse *R* esse filium *cet. v* *pr. nel om. V* alinari *Ca.c.*  
 6 ipsis *R* illi *v* 9 non] nec *v* 14 ac] et *Cv* 15 substantia]  
 subsistantia *R* subsistentia *V*, *om. A* 18 quo] qui *OA* 19 feeri  
*Ra.c.* per quem solum ( $\phi \mu\circ\nu\omega$ ) *RAV* per quem solus *OCv* 20 et  
*pr. om. v* mundorum *exp. C* 22 difficile *R* perdeficile *Ca.c.*  
 23 et *ante* aetas *om. A* 24 uaria] add. est *OA* 25 cordarum (*h.s.*  
*add.*) *R* cordarum *V* quamda (m *in ras.*, dā *in mg.*) *R* eitharam  
*RAv* chitharam (*h post t.s.*) *C*

aptum ad omnes praedicationis uerbum et ita uelut plectrum singulis admouere, ut nusquam sonus offendat auditum. triplici namque ex modo in ecclesia dicentium periculum pendet, ex sensu ex uerbo ex auditu, ut perfacile eueniat in uno saltim 5 aliquo, si non in omnibus labi. aut enim minus inluminatus est 3 sensus aut ad explanandum defuit sermo sufficiens aut bene proleta crassior non recepit auditus; et ex uno quolibet horum casu fit in omnibus periculum ueritatis. et quidem in aliis quibusque studiis et doctrinis facile uel profertur 10 sermo uel recipitur, in his uero nostris scholis ipsa auditorum expectatio dicturo periculum generat.

40. Tamquam enim de deo audituri et de summa omnium spe ac salute suscepturi uerbum quanto calidores erga fidem fuerint, tanto adtentiores et scrupulosiores erga 15 audiendum fient, ita ut, sicubi aliquid secus dicentis sermo sonuerit, non titubationem linguae putent, sed proditionem fidei pietatisque condemnent. et iudicant omnia non docentis ratione sed propriis sensibus, non his quos in ecclesia audiunt sed quos de domo secum deferunt conseruantes dogmata non 20 quae rationabiliter didicerunt sed quae ex consuetudine non probabili tenuerunt. et hoc dico adhuc non ualde malorum 2 hominum uitium, qui, licet regulam non teneant ueritatis, tamen religiose haec pati uidentur et habere zelum dei sed non secundum scientiam et ideo fortassis uidebuntur non

19 cf. Act. 16, 4    23 Rom. 10, 2

2 admoueri *O* offendit (a s. i.) *O* 3 ex *om.* *OA* pendit *OCa.c.* et ex sensu et ex uerbo et (et s. l. *C*) ex auditu *Cv* 4 eueniunt *V* saltem *V,Cp.c.,v* 7 prolatus *V* crassior] gratior (ti *in ras.*) *R* recipit *O* 10 semno corr. *in* sermo *R* percipitur *ex* precipitur *C* scolis *OACv* scolilis *V* 11 expectatio *in mg.* *O* 12 et tamquam enim *R* 13 calidores ( $\vartheta\epsilon\rho\mu\alpha\tau\epsilon\rho\sigma$ ) *OV* callidores *RA,Cp.c.,v* 17 pietatemque *A* condemnant *Cp.c.* docentes *OACv* 18 rationem *O* 19 dogmata\* (meras.) *O* 20 pr. quae] q; (s. l. ue) *C* 21 probabili (b pr. ex p) *C* 23 hec tamen religiose pati uid. *v* relegiose *OCa.c.* et habere uidentur et habere zelum dei *A*

debere uehementius condemnari utpote nec multa uapulaturi tamquam ignorantes domini uoluntatem et idcirco non facientes eam, aut qui fortassis etiam corrigi aliquando poterunt et emendari, quoniam religiosa mens quam cito offenditur tam prompte et facile curatur. si quis forte ei(s) sermo apte 5 et competenter adhibitus cor pulsauerit, continuo sicut ignifer lapis pulsatus a simili ex ea quae sibi naturaliter inest lucis scintilla lampadas confestim ueritatis accedit.

41. De illis uero quid dicamus qui, dum iactantiae gloriam quaerunt et praeesse populis delectantur, iniquitatem in ex- 10 celsum loquuntur, qui uelut Iannes quidam et Mambres non tam Moysi quam ueritati resistunt et aduersum sanam doctrinam 2 commouent arma uerborum? tertium quoque genus est ex imperitia contra dicentium, quam utique imperitiam consequenter insolentia comitatur; et omni uerbo, nisi si quod 15 forte ipsi protulerint, hostiliter et insolenter occurrunt. a quibus secundum domini dictum porcorum more ueritatis margaritae pedibus conculcantur.

42. Alii quoque sunt qui nullam quidem ex proprio sensu opinionem deferunt neque aliquam formam de fide dei obtinent 20 uel bonam uel malam, sed omnibus se tradunt magistris atque omnem suscipiunt sermonem uelut quod melius est et rectius ex omnibus electuri, ignorantes quia non bonos de ueritate iudices elegerunt, semet ipsos uidelicet, et iudicare

1 cf. Luc. 12, 47            10 cf. Ps. 72, 8            11 cf. II Tim. 3, 8  
17 cf. Matth. 7, 6

1 condemnari *Cp.c.* utpote *Ca.c.* ne *V* uapulari *A* 3 potuerunt *RO* potuerint *A* 5 prumpte *O* prumte *Ca.c.* ei(s) (εἰ τις αὐτῶν ἀψευτο λόγος) scripsi ei *codd. v* 7 eaque *R* 8 lampades *A* 9 quod *Ca.c.* iactantiae uerba *V* gloriam—excelsum *om.* *V* 10 in excelsum (εἰς τὸ ὅφος) in excelsso *OAv* 11 locuntur *C* uel qui uelut *v* ueluti *V* iamnes *OACV* et] uel *CV* jambres (m.s.i.) *R* manbres *Cp.c.* 12 mosi *Ca.c.* 13 uerborum] bellorum *R* tert. g. est quoque *Cv* 15 insolatia *Ra.c.* comimitatur *O* nisi si forte *C* nisi quod forte *V* nisi forte *v* 16 protulerunt *v* 20 optinent *O, Ca.c.* 21 uel *pr. om.* *Cv* 24 et] et (ut s. et) *R, om. OA*

se putant posse de his quae se fatentur ignorare. tum deinde ex ueri similibus frequenter modo in hoc, modo in illud uersi atque mutati et omni uerbo nunc adquiescentes, paulo post iterum reluctantans simul et magistros et studia permu-  
5 tant et uelut puluis uento agitatus facile transferuntur. ad 2 ultimum uero stultitiae suae proferunt fructum; nam uelut fatigati audiendo diuersos et uicti taedio simul omnia re-  
spuunt et uelut uacui et inanes ex omnibus quae crediderunt facti continuo etiam contemnere et inridere nos incipiunt  
10 uelut nihil rationabile in fide nostra habentes et patiuntur quod accidere solet his qui oculos dolent et solis lumen accusant uel qui aures, et uoces hominum minus esse sonor-  
ras queruntur.

43. Propterea ergo multo utilius est animae simpliciter et  
15 pure ueritatis elementa suscipere et uelut ceris ea nondum charaxatis inscribere quam super illa quae ante male scripta sunt superducere, id est supra malam doctrinam et peruersa dogmata uerbum fidei ac ueritatis ingerere et cum primis postrema confundere. nam uiam quidem incedere adtritam et  
20 leuigatam adsiduitate commeantium praestat quam inusitatam et rudem et nullis antea uestigiis proculcatam, campum quoque serere exercitio aratri frequentis edomitum melius est quam illum qui ignarus est sulci et uomeris nescius; animam uero illam melius excolam, quae nullo adhuc maligni cultoris  
25 aratro temerata est nec praeuentione pessimi seminis occupata. alioquin duplicabitur nobis labor, dum necesse est prius 2

5 cf. Eph. 4, 14      18 cf. Rom. 10, 8. I Tim. 4, 6      cf. II Cor.  
6, 7. Col. 1, 5. Iac. 1, 18

1 posse putant *Cv*      2 ex ueri] exuri *Ca.c.*      fre-  
quenter in hoc modo in illud *OA* 4 reluctantans *Ra.c.* 6 stultię *Ra.c.*  
7 -do diuersos—*p. 37, 16* sensus *om. A*      9 contempnere *O, Cp.c.*  
11 accedere *O* (i s. pr. e), *Ca.c.*      12 sonora *V*      13 quaeruntur *O*  
15 pure *R*      elimenta *Ca.c.*      16 caraxatis *Cv*      scripte *Ca.c.*  
17 sup *Cv*      20 inusitatā (ā ex e) *R*      21 proculcatā ex proculcatis *R*  
22 exercitio (c s. t) *C*      aratris *O*      23 et uomeris est nescius *O*

conceptas malitiae formas corde detrudere, tum deinde bonitatis imaginem uirtutum ceris uariantibus reformare, ut, quam multae ac diuersae fuerant in anima species deprauationis, tam multae sint et restitutionis. quorum omnium scientia ac disciplina uigere debet apud eum, cui animarum instituendarum cura committitur. ex quibus nos quam plurima nunc breuitatis studio praetermittimus.

44. Sicut enim uerbi gratia, si fieri posset ut ex multis animalibus ac bestiolis genere ac specie diuersis, magnis et exiguis, ferocioribus et mitioribus, asperioribus et lenioribus, unum aliquod animal uel bestia una constaret, haec utique ad mitigandum si cui crederetur, quantum ei immineret operis ac laboris, quantum eius requireretur industriae, ut unicuique bestiarum uel animalium, prout mos exigit singulorum uel prout natura poscit, occurreret! quoniam quidem neque eadem uox apta est omnibus neque eisdem, ut ita dicam, sibilis aguntur. sed ne cibus quidem cunctis unus atque idem est nec palpandi ac fouendi mos unus est bestiis, ita ut interdum hisdem ipsis quibus mitigantur aliae ad furorem aliae suscitentur. quibus ergo se modis singulis quibusque bestiae huius ille eruditus aptabit? quomodo se ad uniuscuiusque naturam atque ingenium commodabit? nonne necesse erit eum, cum sit apud semet ipsum simplex et constans, tam fieri uarium et tam in diuersa mutabilem quam poscit ipsa diuersitas bestiarum, ut unumquodque animal pro naturae et ingenii sui oportunitate curetur, quo possit totius bestiae corpus ex tanta diuersitate compositum recte inter se inuicem bestiolis moderatis in pace ac tranquillitate persistere? ita ex multis ac diuersis et moribus et linguis et institutionibus uelut

3 species *om. v* 5 cui cura an. inst. *v* 7 praemittimus *V* 8 pos-  
sit *O* 11 uel] et *v* 12 mitigandum (ti s. l.) *R* 14 exiget  
(er s. g) *R* 15 occurrerit (re s. l.) *O*, *om. v* quidem neque ea  
neque *R* 17 nec *v* tibus (c s. t) *C* cunctis *om. v* 18 nec]  
et *R* 19 isdem *Ov* hisdem *C* alii—alii *O* 22 nonne] non *CVv*  
25 pro natura *V* 26 quod poscit (d m2 s. l. *C*) *Cv*

unum animal conpositum sibique dissimile commune hoc corpus ecclesiae qui instituendum suscepit ac regendum, cum esse debeat ipse apud se semper inmobilis et idem, necesse habet tamen singulorum se et moribus et institutionibus 5 conformare ac sermonem suum aptare singulis oportunum.

45. Quoniam quidem alii lacte indigent, hi uidelicet quibus prima adhuc religionis rudimenta traduntur, et cum sint paruuli in fide, uirilis adhuc, ut ita dixerim, cibi uigorem ferre non possunt; quem utique contra uires si quis ingerat, 10 fortassis oppressi et degrauati, dum mens non sufficit ingesta suspicere — sicut ne in paruulis quidem corporalis materia decoquere ualet maiores uiribus cibos —, etiam priorum iacturam ac detrimenta persentient. alii uero sunt qui sapientia 2 indigent, quae profertur et praedicatur inter perfectos, et 15 cibis excelsioribus ac ualidioribus uti possunt pro eo quod exercitatos habent sensus ad discretionem boni uel mali, ueritatis atque mendacii. quos utique neque lacte potari neque holeribus pasci, id est infirmo ac fragili conuenit cibo; aliquin nequaquam roborabuntur in fortitudine Christi neque 20 crescent laudabili incremento, quo oportet omnem perfectum in ipso crescere in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

46. Et ad haec quis idoneus? non enim debemus esse sicut plurimi adulterantes uerbum dei et miscentes aquam 25 uino, id est laetificanti cor hominis uerbo sermonem uilem

6 cf. Hebr. 5, 12. I Cor. 3, 1 sq. 14 cf. I Cor. 2, 6 15 Hebr. 5, 14 17 cf. Rom. 14, 2 20 cf. Col. 2, 19 21 Eph. 4, 13 23 II Cor. 2, 16 24 II Cor. 2, 17 cf. Esai. 1, 22 25 cf. Ps. 103, 15

2 suscepit (i s. e) *O* suscepit *V* 3 essem *R* 4 et moribus se *v*  
 6 lactem *Ca.c.* lactae *V* hii *RO* 9 uires *Rp.c.* ingenerat *C*  
 11 οὐον suscipere *O* 12 dequoquere *O* maioribus *RO* maioris *Ca.c.*  
 uiribus (ui s. l.) *R* 13 persentent *V* 14 pfectedos (p s. l.) *RC*  
 15 cibis excelsioribus (τροφῆς διφηλοτέρας) cibis excellentioribus *OCv*  
 ac] et *v* 16 sensos *O* 18 oleribus *OACv* 20 omne *A* 25 id  
 est *om. v* laetificantes *O*, *Va.c.* letificantes *Cv* laetificantis *Vp.c.*

admisceret et per terram repente, qui uel iocum moueat  
uel tempore aliquid narret, ita ut carnalis lucri ex hoc  
nobis aliquid nundinari videamur, cum ita singulis loquimur,  
ut ipsi delectantur audire, et sumus uelut uentiloqui quidam,  
id est de uentre et pro uentre loquentes et uentri in uerbis 5  
nostris omnibus prouidentes, quod est uere de terra loqui,  
ut placere potentibus et diuitibus videamur, quos magis  
laedimus, immo quos perdimus et quorum sanguinem inno-  
centem effundimus, id est animarum simplicium uitam in  
interitum damus, quae utique de nostris manibus exquirerentur. 10

47. Pro his ergo omnibus considerabam multo esse melius  
peritioribus aliis cedere regendi habenas quam currus praeci-  
pites per imperitiam dare, et magis accommodare aurem ad  
oboedientiae auditum quam linguam imperitam mouere. haec  
egomet mecum disserens et consiliario usus memet ipso non 15  
malo, ut opinor, sin minus, certe uel sedulo, dicta factaque quae  
ad pietatem pertinent discere potius ignorans malui quam  
2 docere. optabile namque est et mihi percarum usque ad ultimam  
discere senectutem, quoniam quidem nulla aetas ad perdi-  
scendum sufficere potest, docere uero alios affectare eum, qui 20  
non sufficienter instructus est, res mihi uidetur antiqui prouer-  
bii 'in dolio discere artem figuli', hoc est in periculo  
animarum doctrinam discere pietatis. quique aut satis stulti  
mihi uidentur aut temerarii: stulti pro eo, si in tantum bruti  
sunt ut imperitos se esse non sentiant, temerarii, si intellegunt 25  
quidem, audent tamen adire negotium.

10 cf. Ezech. 3, 20. 33, 8. Epist. Hier. 6 22 cf. Plat. Gorg. p. 514 E

1 admiserere (ce s. ere) *R* ammiscerere *Cp.c.v* et om. *A* 2 carnales (i s.  
e) *O* 4 dilectantur *Ca.c.* delectentur *Cp.c.v* uentiloqui (qui s. l.) *O*  
6 et quod est *v* 7 placere (re s. l.) *R* et ut *A* 10 manibus  
nostris *V* 12 habenas (n s. l.) *O* 13 accommodate *O* adcommodeare  
*R,Ca.c.* ad oboedientiam et auditum *V* 15 egomet] ego et *R* ergo  
et *Cv* 16 sin] sint *A* factaque] quantaq; *O* 17 discedere *V*  
18 ultimum *Ra.c.* 19 discere s. l. m.2 *C* 20 effectare *Ra.c.* eum]  
et *A* 23 discessere *C* stulti mihi satis *RCv* satis mihi stulti *A*

48. Hebraeorum seniores tradunt quod fuerit talis quaedam apud eos antiquitus laudabilis obseruatio, ut non omni aetati omnis scriptura uel legenda uel discenda committeretur pro eo quod non expediret omnes omnia cito discere, quia nec 5 capere possunt omnes omnia, et idcirco laedi eos potius quam iuuari, si nondum capaces ea quae sunt profundiora cognouerint. sed cetera quidem omnia, quorum etiam historica 2 narratio inprobabilis non est, a pueru statim discunt, eas uero scripturas, quae uili inđumento litterae pretiosa intrinsecus contegunt sacramenta, nulli ante uicesimum et quintum annum discere uel etiam scire committitur, quo scilicet sit hoc uelut munus quoddam propositum exercitio uirtutis his, in quibus ad illud aetatis et uita probabilis et ornatus morum et intellegentiae capacitas apparebit; qui utique iam ualeant 15 bene et confidenter ascendere ab inferioribus litterae ad superiorea spiritus et excelsa.

49. Quid ergo? apud nos inter docere et doceri nulla erit differentia, nulla discretio? nec inter tribum et tribum fiet ulla diuisio? nec illi ultra Iordanem et isti intra Iordanem 20 hereditatem sorte suscipient? nullus populis nostris finalis terminus dabitur? nulla uiuendi regula figetur, sed ita in confuso habebuntur omnia et ita unusquisque quod uidebitur rectum in oculis suis faciet, ut plurimi ex nobis, uti ne dicam omnes, ante paene quam primos infantiae deponant 25 pilos, dum adhuc puerile balbutiunt uixdum dominicas ingressi

15 cf. II Cor. 3, 6 18—21 cf. Ios. c. 13—21

1 hebreorum *ROCV* quod fuerit apud eos quaedam talis *Cv* 2 antiquitatis (*s. l.* antiquitus) *A* obseruantia *A* 3 uel discenda *om.* *R* 4 expedierit (*e tert. s. r.*) *O* discere (*s s. l.*) *R* 5 ledi (*l s. r.*) *R* 6 iuuari (*u s. r.*) *C* profutura *R* 7 cognouerunt (*i s. u.*) *C* hystorica *O* historiaca *V* 9 ueli *R* 10 nullum *O* nullum *A* quintum et uicensimum *O* uicensimum *R* uigensimum *Cp.c.* uigesimum *v* 11 quos *V* 12 minus *O* 16 et *om.* *Cv* 19 ulli (*i s. u.*) *O* pr. iordanen *V,Cp.c.* alt. iordanen *C* 20 hereditatis sorte (~ *m.2 C*) *Cv* susciperent *V* nullis (*u s. i.*) *A* 21 terminis *O* figetur *R* 22 confusione *A* uedebitur *R* 24 plurimos (*s. l* primos) *R* deponat *C* 25 balbutiunt *C*

aulas, antequam sacrorum uoluminum nomina saltim ipsa cognoscant, antequam nouae uel ueteris scripturae uel auctores discant uel stilum cognoscant — nam illud non dico, antequam bosor abluant et animae uitia deponant —, sicubi forte duos uel tres sermones ex antiquis tractatoribus didicerint <sup>5</sup> et hoc fortasse ex auditu magis quam ex lectione, aut si paucos ex Dauid sparsim didicerimus psalmos ac deinde ueste fusciori ac bene composita utamur, uel si etiam usque ad zonae cingulum philosophiam ostentemus speciem nobis pietatis et faciem huiuscmodi adiuventionibus colorantes, <sup>10</sup> continuo iam admirationi esse uolumus et laudi, praeesse iam populis cogitamus, Samuhel aliqui nobis uidemur ab ipsis incunabulis consecrati, sapientes quoque et doctores et diuinorum mystae, et inter scribas et legis doctores nosmet ipsis ordinamus et uelut caelestes quidam incedimus quaerentes ab <sup>15</sup> hominibus uocari rabbi dicentes: ‘nusquam prorsus suscipienda est littera, sed omnia spiritualiter intellegenda’ — alioquin deliramenta quaedam uideri et somnia —, insuper et indignamur, <sup>3</sup> nisi uehementer et fauorabiliter conlaudemur? et haec beni-

12 cf. I Reg. 1, 24—28    15 cf. Matth. 23, 7

1 uoluminum] uel omnium **A**      saltem **V**, *Cp.c.v*      2 ueteres **V**  
 3 antequam bosor abluant = πρὸν ἡ τὸν βόρβορον ἀπολύνασθαι; bosor,  
*quod omnibus codicibus traditur*, *Engelbrechtio monente genuinum esse eo*  
*comprobatur*, *quod media aetate uocem bosa* (= *stercus, caenum, lutum*)  
*in usu fuisse Du Cange docet* (*cf. etiam Francogalicum ‘la bouse’*) *et*  
*generis neutrius forma in -or ex analogia uocis* *ador explicari potest*  
*atque in sermone uulgari*, *cui etiam bosor attribuere non dubito*, *paedora*  
*pro paedore*, *quae uox idem quod bosor significat*, *dictum esse scimus*  
*(cf. Corp. Gloss. Lat. IV 270, 4 et neutrū calor apud Plaut. Merc.*  
*860)*    4 sicubil] *siqui Cp.c.v*    6 et *om. R*    8 fusciori] *rusticiori A*  
 9 zonam et cingulum **A** *philosophiam R philosophiam C* *ostendemus C*  
 10 huiusmodi **R**    11 esse *om. V*    12 samuel **AC** *aliquid O* *uidemur*  
*nobis v*    13 incunabulis **C** *cunabulis v*    et diuinorum—doctores *om.*  
**A** *alt. et exp. RC, om. v*    diuinorum myste (*riorū s. e*) **R** (*δύηλοι*  
*τὰ θεῖα*): diuinorum mysteriae **O** diuinorum mysteria **V** diuinorum my-  
*sterię̄ (orū s. aę) C diuinorum misteriorum v*    15 uelut] *ut R*    16 rabi **V**  
*nusquam] nos quam V*    19 et haec—quique nostrorum *om. A*

gniores ac simpliciores quique nostrorum; uerum spiritales isti fastidiosi iudicantes singulos et condemnantes et pro nihilo omnino ducentes, si ita libuerit, abscedunt etiam communionem nostram uelut inpiam recusantes.

- 5 50. Quodsi aliquem eorum lenioribus monitis adire uelimus et assertione rationabili conuenire dicentes: 'quaeso te, o uirorum optime, respondeas mihi: artem aliquam uel disciplinam ducis esse tibia canere uel citharam ferire?', sine dubio disciplinam esse fatebitur. 'quid deinde de sapiente 10 sentis atque ipsa sapientia, id est de diuinarum humanarumque rerum disciplina et scientia?' concedent etiam hoc. 'et quid? meliores esse illas artes quam sapientiam ducimus, an multo his omnibus praestare sapientiam?' scio quod etiam hoc concedent; et hucusque fidem in responsionum ueritate seruabunt. 15 quid ergo? citharae quidem et tibiae disciplina habebit doctrinam atque institutiones suas et tempus ad hoc discendi dabitur et labor ac studium adhibebitur et mercedes doctoribus praestabuntur, interdum etiam, sicubi quis peritior magister auditur, ob hoc peregrinatio quoque longa suscipitur, et quid- 20 quid illud est quod ad elimatam pertineat eruditionem, etiamsi sit sumptuosum, toleratur et geritur, sapientiam uero, quae omnium et princeps est et inuentrix et in semet ipsa habet omnia et continet, cuius nomine etiam deus uocari magis quam ceteris quibus humanum sermonem uti fas est appella-

22 cf. Sap. 1, 7 23 cf. I Cor. 1, 30

1 qui+que *O* spirituales *Cv* 2 condempnantes *Cp.c.* 3 omnino] omnia *Cv* abscedunt (i s. e) *O* 4 impiū *R* 5 linioribus *Ra.c.* 6 assertione *Cp.c.* 8 ducis *ROA* dicis *CVv* cytharam *R* 9 quid deinde? sapienter sentis. at quid de ipsa sapientia *Cp.c.,v* 10 atque ipsa] atque de ipsa *V* id est] uel *A* 11 concedunt *Cv* 12 dici-mus *A* 13 concedunt *RA* 14 fidem seruabunt in responsionū ueritate *v* 15 cytharae *Cv* 17 labor ac] labore *Cv* 19 suscepitur (i s. e m2) *C* quicquid *ROCV* 20 elimatum (a s. q m2) *C* peteneat *Ca.c.* 21 sumtuosum *O,Ca.c.* 22 ipsam *V* 23 uocariq; magis *C* 24 adpellationibus *R*

tionibus gaudet, ita leue et ita nullius momenti existimabimus, ut putemus uoluisse quempiam tantum et statim esse sapientem? nonne hoc ultimae est et desperabilis inperitiae? si ergo eis talia uel his similia aut etiam ualidiora proponamus, apud illos super saxa seminamus et narramus fabulas auribus 5 surdis, ita ut ne in hoc quidem sint sapientes, ut saltim commoniti agnoscant inperitiam suam. unde mihi uidetur digne eis et competenter dictum Salomonis aptari, quo ait: est malitia quam uidi sub sole, uirum qui uidetur apud se sapiens esse. hoc autem sine dubio longe ne- 10 quius, si is etiam doctor subrogetur aliorum qui semet ipsum ignorat esse inperitum.

51. Qui languor lacrimis ingentibus et luctu magis quam uerbis indiget. unde et ego frequenter apud memet ipsum miseratus sum huiusmodi homines sciens quod uelle uideri 15 sapientem hoc est omnino non esse sapientem. sed grande inpedimentum est hominibus ad uirtutem falsae et inanis gloriae praesumptio. cuius tamen morbi penitus effugere maculam Petri fortasse uel Pauli sit, qui, cum uerbi et sapientiae et gubernationis gratiam percipere a Christo meruissent, omnibus tam en omnia facti sunt, ut omnes lucrificarent. nobis uero satis est, si uel gubernari nos recte patiamur et regi ab his quibus regendi gratia gubernandique concessa est.

52. Uerum quoniam Pauli et ceterorum similium eius fecimus mentionem, omittentes, si uidetur, ceteros omnes qui 25

5 cf. Luc. 8, 6 cf. Eccli. 25, 9 (12) 8 Eccle. 10, 5. Prou. 26, 12  
20 cf. I Cor. 9, 22

1 ita et *A* leue (*κοδφόν τι πρᾶγμα*)] leuē *R, C p.c., v* existimabimus (*ὑποληφόμεθα*) estimabimus *C* estimabimus *v* 3 desperabilis *O, Ca.c.* 5 apud] aut *R* apud illos scđm scripturas super *v* supra *OA* 6 saltem *V, OC p.c., v* 8 solomonis *Ca.c.* quod *A* 9 uidi *ex* uiri *R* 11 \*is *C, om. A* 13 langor *Ca.c.* luctu\* *OC* 15 miseratus (*κατηλέγσα*) miratus *RO Cv* scientes *Ca.c.* uidere (i. s. e.) *C* 18 paenitus *R* effugire *OC a.c.* 19 petri et pauli (fortasse sit s. l.) *A* fortasse *om. V* 21 tamen omnia tamen *C* facta *O* 24 eius *om. A* 25 obmittens (b. s. l.) *R* si] ut *v*

uel per legis lationem uel per prophetiam uel per militiae magisterium uel per aliquam huiuscemodi procreationem populis praefuerunt, sicut Moyses uel Aaron uel Hiesus aut Helias uel Heliseus omnesque iudices, Samuhel quoque et Dauid et 5 multitudine cetera prophetarum, Iohannem etiam baptistam, sed et duodecim discipulos domini atque eos qui uel cum ipsis uel post ipsos cum labore multo et sudore populis praefuerunt temporibus suis singuli, omnes hos nunc interim omittentes Paulum solum adhibebimus ad adscriptionem uerbi 10 nostri et in ipso ac per ipsum considerabimus, quid et quantum sit cura ac diligentia animarum, uel si parum operis et prudentiae requirit aut parum consilii laborisque depositit. uideamus ergo quid Paulus dicit de Paulo et ex ipso quid istud sit negotii de quo agitur addiscamus.

15 53. Omitto enumerare labores et uigilias, in siti et fame miserias toleratas, in frigore et nuditate; omitto illos extrinsecus insidiantes, intrinsecus resistentes; omitto persecutions, Iudaica concilia, carceres, uincula, accusatores, iudicia, cottidianas et momentarias mortes; quod in sporta per murum 20 demissus est, quod lapidatus est, quod uirgis caesus est; omitto circuitus orbis terrae, pericula in mari, pericula in terris, diei ac noctis profundum, naufragia, pericula fluminum,

15 cf. II Cor. 11, 27    16 cf. II Cor. 11, 28    18 cf. II Cor. 11, 23  
19 cf. II Cor. 11, 33    20—22 cf. II Cor. 11, 25—26

1 per alt. om. *R* 2 magisterium—*p.* 45, 15 gloriatur om. *A* 3 mo-  
ses *Ca.c.* iesus *O ihesus Cv* 4 samuel *O, Va.c.* 5 profetarum *C*  
8 prefuere *v* post singuli *eras.* autem *O* 9 obmittentes (*b s. l.*) *R*  
ad adscriptionem] assertorem *v* assertione *Cp.c.* 10 desidera-  
bimus (*t con s. de*) *R* considerauimus *Ca.c.* 14 sit om. *V* egitur  
*Ca.c.* 15 obmitto (*b s. l.*) *R* 16 in nuditate *R* obmitto *Rp.c.*  
17 et intrinsecus *V* 18 concilia (*συνέδρια*) consilia *CVv* car-  
ceres *C* cottidianas *ROV* cotidianas *C* 19 et] sed et (*et s. l.*) *R*  
momentaneas *Ov* sportam *C* 20 dimissus *C* 21 periculū *R* peri-  
culis (*t s. is*) *R* 22 dię ac noctis *Ca.c.* die ac nocte *Cp.c., v* pro-  
fundum (*τὸν βοθόν*) profundi *Cp.c.* in profundo maris *v* periculis *Ra.c.*

pericula latronum, pericula ex genere, pericula in falsis fratribus, manuum labore uictum quaesitum, sine sumptu euangelium; quod theatrum factus est et hominibus et angelis is qui medius dei et hominum consistebat, pro hominibus quidem agones et certamina sustinens, deo autem substantialem popu- 5  
 2 lum comparans et adquirens. praeter haec ergo omnia quis digne exponere ualeat cottidianam pro singulis prouidentiam et sollicitudinem omnium ecclesiarum? erga omnes misericors, erga omnes fraterno distentus affectu: offendiculum quis patiebatur, et Paulus infirmabatur; scandalizabatur alius, et 10 Paulus urebatur.

54. Sed docendi enumerem studium ac laborem? sed curarum uarietatem? sed lenitatem dicam et iterum austерitatem aut ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulceraret neque nimia benignitate resolueret? leges dat seruis 15 et dominis, principibus et subiectis, uiris et mulieribus, parentibus et liberis, nuptis et innuptis, continentibus et luxuriosis, sapientibus et insipientibus, circumcisioи и et pae-  
 2 putio, ecclesiae et saeculo, spiritui et carni. pro aliis quidem laetatur et gratias agit, alias uero castigat et corripit; alias 20 gaudium et coronam nominat, alias uero stultitiae notat; cum aliis quidem bene currentibus currit, alias autem male currentes refrenat et reuocat. nunc separat de ecclesia, nunc recipit et caritatem confirmat; nunc luget aliquos, nunc laetificatur ex

1 cf. II Cor. 11, 26 2 cf. I Cor. 4, 12 cf. I Cor. 9, 18 3 cf. I Cor. 4, 9 4 cf. I Tim. 2, 5 8 cf. II Cor. 11, 28 9—11 cf. II Cor. 11, 29 15 cf. Eph. 6, 1—9. Col. 3, 18—22 18 Rom. 2, 25. 26 21 cf. Phil. 4, 1. Gal. 3, 3 23 cf. I Cor. 5, 5 24 cf. II Cor. 2, 8

1 periculis (a s. is, sic ter) R 2 manuum *ex* manum Ca.c. laborem V, Ca.c. sumtu Ca.c. 3 theatrum (s. spectaculu) O et angelis et hominibus v is] his V 5 sustenens Ca.c. 7 cotidianam CV 8 sollicitudinem C 10 non infirmabatur v 11 superabatur V 15 et neque Cv legis C 16 principib; (b; in ras.) C 18 luxoriosis RO, Ca.c. 20 agit gratias (gratias m2 add.) V aget (it s. et) R corripit] corrigit V 22 currentes Cp.c. 23 recepit Ca.c. 24 aliquos] alios R

aliis; nunc lacte potat, nunc mysteria reuelat; nunc se deicit et exaequat humilibus, nunc secum erigit humiles et exaltat; nunc proponit spiritum mansuetudinis, nunc superbis et adrogantibus apostolicae potestatis uirgam minatur; nunc erit 5 gitur aduersum erectos, nunc efficitur discipulis tamquam si nutrix foueat paruulos suos; nunc apostolorum omnium est 3 minimus, nunc documentum sui pollicetur per eum qui in se loquitur Christus; nunc reuerti desiderat et esse cum Christo, nunc permanere in carne propter eos qui indigent necessarium 10 probat; non enim quaerit quae sua sunt, sed quaerit quae filiorum sunt eorum, quos in Christo per euangelium genuit. quod utique singulariter obseruandum est his qui spiritualibus populis praesunt, ut in omnibus quae sua sunt neglegant et contemnant pro utilitate ceterorum.

15 55. Gloriatur ergo Paulus, sed in infirmitatibus ac tribulati-  
nibus suis, et uelut pretioso quadam monili mortificatione  
Christi adornatur; excelsior est supra omne quod carnale est,  
exultat autem in spiritualibus et gloriatur; et cum non sit  
inperitus in scientia, tamen per speculum et in aenigmate  
20 uidere se dicit. confidit spiritui, et tamen corpus adfligit  
uelut clandestinum aduersarium destruens, quid nos edocens  
per haec et quid erudiens nisi nihil ex his quae deorsum  
sunt praesumere neque inflari per scientiam neque carnem  
aduersum spiritum erigere? pugnat ergo ille pro omnibus, 2  
25 orat pro omnibus, zelatur omnes dei zelo, accenditur pro  
omnibus et inflammatur, pro his qui extra legem sunt,

1 cf. I Cor. 3, 2. 15, 51      3 cf. I Cor. 4, 21      5 I Thess. 2, 7

6 cf. I Cor. 15, 9      7 cf. II Cor. 13, 3      8 cf. Phil. 1, 23. 24      10 cf. I Cor.

13, 5      11 cf. I Cor. 4, 15      15 cf. II Cor. 12, 9      16 cf. II Cor.

4, 10      19 cf. I Cor. 13, 12      20 cf. I Cor. 9, 27

2 exaequat (ex s. l.) *O*      3 proponat (i s. a) *O*      4 arrogantibus *O, C.p.c.*  
*uirgam* (*φαῦλον*) *uirga* *Cv* *uirga\** *V*      6 paruulos *C*      est omnium *OV*  
 12 spiritualiter *C.p.c.*      13 populo *C.p.c., v*      in] pro *C* (s. l. m.2), *v*  
 17 adornatus *C.a.c.*      excelsior est] excelsiore] (*exp. m. rec.*) *A*      pr.  
 est] et *Vp.c.m.2*      18 autem] ergo *A*      19 in *alt. om.* *O, Ca.c.*      20 spiritu  
*A, Op.c.*      22 quid *om.* *V*      nisi *om.* *C*      24 aduersus *AV*      spir.] *xpm A*

pro his qui in lege sunt, magister gentium, Iudeorum aduocatus. pro quibus etiam audet aliquid ultra quam fas est, pro fratribus scilicet secundum carnem, ut et ego audeam simile aliquid dicere. ultra mandatum dei nititur; nam proximos suos non sicut se sed plus quam se diligit. denique se 5 etiam abieco illos pro se introduci orat ad Christum. o singularem mentis magnificentiam! o caelestem spiritus calorem! imitatur et in hoc Christum, qui factus est pro nobis maledictum, qui infirmitates nostras tulit et languores nostros portauit et elegit, ut ita dicam, extra pietatem fieri pro 10 pietate, dum anathema esse a Christo patitur, tantum ut isti salui fiant.

56. Et quid dicam per singula? uiuit non sibi sed Christo et praedicationi uerbi; mundum sibi crucifigit et se mundo; omnia parua ducit et exigua pro desiderio Christi. etiamsi ab 15 Hierusalem in circuitu usque ad Illyricum replete euangelium, etiamsi usque ad tertium caelum raptus ascendat, etiamsi in paradisum deducatur et ibi audiat uerba quae non licet hominibus loqui, in his omnibus non gloriatur nisi tantum in infirmitatibus suis. sed haec Paulus et si qui forte sunt 20 2 in spiritu similes ei. nos uero uereor ne secundum illud quod scriptum est stulti quidam simus principes Taneos aut exactores populos racemantes uel beatificantes populum ad seductionem et semitas pedum eorum conturbantes

1 cf. II Tim. 1, 11      2 cf. II Cor. 11, 21      3 cf. Rom. 9, 3  
 8 cf. Gal. 3, 13    9 cf. Esai. 53, 4    11 cf. Rom. 9, 3    14 cf. Gal. 6, 14  
 15 cf. Phil. 3, 8    16 cf. Rom. 15, 19    17 cf. II Cor. 12, 2. 4    19 cf.  
 II Cor. 12, 5    22 cf. Esai. 19, 11    23 cf. Esai. 3, 12. 9, 16

1 quae (i s. qe) O iudeorum Cv 3 secundum scilicet A 4 aliquid simile OA 6 introduci R 10 portabit Ra.c. eligit Ra.c. 11 esse om. OAV 14 praedicatione A crucifigit (g in ras.) R crucifixit cet. v 15 duxit v siderio A 16 hierusalym Ca.c. illiricum O inliricum Ca.c. 20 fortis O 22 quidem A sumus OA, Ca.c. taneos V thaneos Cv 23 populus O farcinantes ex racinantes C fascinantes v 24 conturbant A

aut etiam ex illis, de quibus dicitur quia inlusores dominabuntur eorum et iuuenes praepositi et pueri sensibus, qui fortassis ne panem quidem uel uestimentum habeamus ad hoc ipsum ut principes aliquorum simus, aut prophetae docentes iniqua et qui beatificamur in cassum. multum certe nobis deest, ut simus sacerdotes loquentes in corde Hierusalem. quae omnia Esaias inputat et exprobrat, cuius labia per Seraphin ignea pruna purgantur.

57. Sed quid? opus quidem tantum ac tale est et tam 10 laboriosum cordi sensibili, periculum uero leue aut nullum et lapsus contemptibilis? et quidem multum mihi metum intentat. hinc quidem beatus Osee iudicium dicens esse de 2 nobis sacerdotibus et principibus: quoniam, inquit, laqueum facti sumus in specula et sicut rete quod extensum est 15 super Itabyrium, quod extensum est ab his qui humanas animas capiunt. sed et desecandos esse malos prophetas comminatur et igni consumendos iudices eorum. cessandum quoque esse ab ungendis regibus et principibus ordinandis, quoniam ipsi sibi statuerunt reges et non per deum.

20 58. Hinc autem deterret beatus Michaeas non ferens fabricari Sion in sanguine et Hierusalem in iniquitate principum

1 Esai. 3, 4    3 cf. Esai. 3, 7    4 cf. Esai. 9, 15    6 cf. Esai. 40, 2    8 cf. Esai. 6, 6    13 Os. 5, 1    16 cf. Os. 6, 5    17 cf. Os. 7, 7    19 cf. Os. 8, 4    20 cf. Mich. 3, 10

1 aut etiam] esaias etiam *A* de quibus *om.* *V* 2 pueri sensibus ( $\alpha\tau\epsilon\lambda\epsilon\varsigma \tau\grave{\eta}\nu \varphi\acute{o}n\gamma\tau\sigma\nu$ ) pueri senibus *R* 3  $\bar{n}$  habeamus ( $\bar{n}$  in *mg.*) *R* 4 ut] et *A*, *om.* *R* aliorum *A* sumus *R* profetae *C* 6 nobis certe *C* 7 imputauit *A* 8 syraphin *R* seraphyn *A* syrafin (e s. y) *C* seraphim *v* purgauit *OACVv* 9 tantu quidē opus *v* quidem *eras.* *V*, *om.* *A* et tam ( $\kappa\alpha\iota \omega\beta\tau\omega\varsigma$ ) *ROC* etiam *AV* 11 contemtibilia *OC* 12 hinc—principibus *om.* *A* oseae *O* osee $\bar{q}$  *V* 13 et principibus *om.* *R* et de principibus *OV* laqueus *v* 14 re\*te *R* 15 super—extensum est *om.* *RV* Itabyrium] tuguriū *v* 16 capiant (u s. alt. a) *V* detestandos *Cp.c.*, *v* 19 ipsi *om.* *R* 20 perterret *Cv* pererret *O* micheas *ROC* referens *O* 21 hierusalem *O* in *om.* *R* principiū *R*

suorum, qui cum muneribus iudicabant, et cuius sacerdotes cum mercedibus respondebant et prophetae cum pecunia diuinabant. pro quibus uel aliis similibus iniquitatibus dicit quia Sion sicut ager arbitur et Hierusalem sicut casa in pomario derelinquetur et mons, in quo domus <sup>5</sup>  
<sup>2</sup> dei est, erit sicut lucus siluae. lugens quoque quod rarum quemque inueniat recte incidentium, uelut si spica alii cubi post messores uel racemos post uindimiatores inueniatur, arguit nihilo minus interdum et principes expertentes et iudices uerba ad gratiam loquentes et paene similiter sicut beatus <sup>10</sup> Dauid exclamat: saluum me fac, domine, quoniam defectus sanctus.

59. Iohel autem nobis beatus etiam lamentationem iniungit et luctum praecipit his qui altari deseruiunt, cum famis uastitas inmineret — in tantum deliciae et affluentia prohibentur <sup>15</sup> in penuria ceterorum —, denique sanctificare iubentur ieunium et praedicare curationem, senes quoque et paruulos adhibere, <sup>2</sup> aetas omni miseratione dignas. sed et ipsi ascendere iubentur ad templum et in cinere se saccoque prosternere — quoniam quidem misera facta est terra et ablata est de domo <sup>20</sup> domini libatio et hostia —, ut per nimiam humilitatem misericordiam mererentur.

60. Quid uero dicam de Ambacum? qui feruentioribus usus eloquiis ad ipsum sermonem suum contulit deum et uelut

1 cf. Mich. 3, 11 4 Mich. 3, 12 6 cf. Mich. 7, 1. 2 9 cf. Mich. 7, 3 11 Ps. 11, 2 13 cf. Ioel 1, 13 16 cf. Ioel 1, 14 19 cf. Esai. 58, 5 20 cf. Ioel 1, 18

2 respondeant *Ca.c.* et] ut *A* et prophetae—diuinabant *om. V* 3 uel] et *v* quiasio (sio s. l.) *R* 4 hierusalym *Ca.c.* causa *R* cassa *C* 5 pomerio *A, Vp.c.* derelinquitur *C* relinquitur *OA* 6 locus *V* lucens *R, Va.c.* 7 uelut] uel *R* uelud *C* 8 racemos *V, Oa.c.* uindimiatores *R* 10 poene *A* 11 Dauid—*p. 50, 26* induit *om. A* 13 ioel *O* beatus s. l. *O* etiam *om. R* 14 luctus *v* praecepit *O* deserui *Va.c.* 15 fastitas (u. s. f) *C* diliciae *O, Ca.c.* affluentiae *O* affluentia *Cp.c.* prohibetur *RV, Ca.c.* 18 et] ad *Ca.c.* 19 cineren *C* se *om. R* prosterni *Rp.c.m2* 22 mereantur *V* 23 ambacū (corr. abacuc *m2*) *R* abacuc *OCV* habacuc *A* Abachuc *v*

benignitatis dominicae fiducia pro iniuitate iudicum in ipsum,  
 ut ita dixerim, inuehitur dominum dicens: usque quo,  
 <domine>, clamabo, et non exaudies? uociferabor ad  
 te uim patiens, et non saluabis? ut quid mihi  
 5 ostendisti labores et dolores, ut aspiciam infelici-  
 tatem hanc et inpietatem? in conspectu meo fac-  
 tum est iudicium et iudex accipit. propterea sub-  
 uertitur lex et non perducitur ad finem iudicium.  
 tum deinde pro his omnibus comminatio subsequitur huius- 2  
 10 modi: uidete, contemptores, et aspicite et admirati-  
 mini mirabilia et exterminamini, quoniam opus  
 ego operor. et quid opus est omnia proferre quae continent  
 comminatio? transeamus modice tristiora. cum ergo uel defle-  
 uisset inpios uel aliquatenus reuocasset a malis, reuocare  
 15 conatur etiam principes et doctores malos prohibens eos tur-  
 bulenta aqua potare gregem, id est uti debere uerbo limpido  
 et perspicua sinceraque doctrina et ebrietatem legis, id est  
 errores malae intellegentiae, nequaquam proximis propinare  
 neque speluncas eorum ad habitandum serpentibus ac bestiis  
 20 praeparare, quod est in animas auditorum cogitationes malas  
 inicere et consilia uenenata demergere. isti quidem talia ad  
 nos et de talibus disputant.

61. Malachiam uero quomodo feremus nunc increpan-  
 tem sacerdotes amarissime, nunc etiam obiurgantem quod

2 Hab. 1, 2—4      10 ibid. 1, 5. Act. 13, 41      15 cf. Hab. 2, 15  
 23 cf. Mal. 1, 6

1 iudicu *Rv*      2 domino *R.a.c.*      3 domine (*κύριε*) *codd. quidam*  
*deteriores, om. codd. nostri et v uociferabo V*      7 accipit (*λαμβάνει*)  
*accepit RCv* accepit munera (mun. s. *l.*) *O*      8 non *om. v*      10 con-  
*temptores Ca.c.*      13 modice (*μηχόν*) *modi* (o s. *i.*) *R*      uel *om. R*  
 14 aliquatinus *Ca.c.*      15 eos *om. V*      16 po\*tare *O*      17 ebrietate. *C*  
 18 erroris *Ca.c.*      propinquare *V*      19 habitandum (ha s. *l.*) *R* habi-  
 taculum *codd. quidam deteriores et v*      20 in *om. V*      23 michea-  
 (s. *m2* malachiam) *R* micheam *CVv*      ferimus *CV*      24 amaris-  
 simę *R*

nomen domini spernant? qui etiam addit interrogantibus se:  
 in quo nomen domini spreuius? et dicit: in eo  
 quod admouistis ad altare panes pollutos et escas  
 ex rapina, et quod tales uotiuas suas uictimas offerrent regi  
 omnium deo, quales si principibus suis obtulissent susceptae 5  
 non essent, clauda scilicet ac morbida et corrupta ac polluta  
 2 animalia. tum deinde etiam Leuitas testamenti dei commonet  
 — quod est testamentum uitiae et pacis —: ut timore  
 timeatis dominum et a facie nominis eius reuereamini: lex, inquit, erat ueritatis in ore eius et ini- 10  
 quitas non fuit in labiis eius. in pace directus  
 est et ingressus est mecum et multos ab iniquitate  
 conuertit, quoniam labia sacerdotis seruabunt  
 scientiam et legem requirent ex ore eius,  
 3 quoniam angelus domini omnipotentis est. nolle 15  
 autem proferre cum his etiam maledictorum sermones, sed  
 timeo subtrahere aliquid ueritati. quantum sufficit tamen et  
 expedit, proferam: non ultra, inquit, respiciam ad ho-  
 stias uestras nec suscipiam eas de manibus uestris.  
 et tantum est quod exacerbat dominum iniuria sacerdotum, 20  
 ut etiam ipsa sacrificia repellat ac respuat.

62. Zachariae autem cum recordatus fuero, perhorresco  
 falcem deferentis e caelo, qui et ipse similiter aduersum  
 sacerdotes multa testatur. sed et Iesum ipsum, sacerdotem  
 magnum, sordidis uestibus introducit, quibus ablatis candidis 25  
 2 eum et sacerdotalibus induit. sed et quaecumque angelus ad

2 Mal. 1, 6. 7 6 cf. ibid. 1, 13 8 ibid. 2, 5—7 18 ibid. 2, 13  
 23 cf. Apoc. 14, 14—19 24 cf. Zach. 3, 3—5

1 addidit Cv 3 et om. v 4 offerent Ca.c. 6 pr. ac] et O  
 alt. ac] et Cv 7 leuitas R 10 lex, inquit, erat ueritatis ( $\nuόμος$ , φησίν,  
 ἦν ἀληθείας) scripsi lex inquit haec erat ueritatis (ueritas C) codd. lex  
 inquit hec erat ueritas v 12 mecum] metum O iniquitate O  
 15 ombris O 18 expedit Cp c,v 20 exaceruat C,Vp.c. 22 zacharie R  
 cum] si s. l. O perorresco Ca.c. 23 deferentes (i s. e fin.) O  
 aduersus R 24 hiesum RC ihesum V

eum loquitur, quamuis haec maiora quam ad homines pertinet uideantur et humani sacerdotii supergredi statum atque ideo silentio tegenda sint, tamen quoquo modo etiam ipsi Iesu a dextris stare diabolus dicitur et aduersari ei. quae res utique 5 mihi fragili homini multo maiorem incutit metum cautelamque denuntiat.

63. Quantum uero ceteros pastores incusat et culpat, quantum castigat et corripit! quis est tam saxei cordis et adamantineae duritiae, qui non audiens intremescat? vox, inquit, 10 lamentantium pastorum, quia misera facta est gloria eorum; vox frementium leonum, quia haec et haec passi sunt. et tamquam in praesentia ac sub oculis lamentationem ponit et luget eos qui indigna patiuntur. tum 2 deinde paulo inuidiosius repetit et amarius prosequitur dicens: 15 pascite oves iugulationis, quas qui conparantiugulant nec paenitentiam agunt. et hi qui uendunt eas dicunt: benedictus dominus, quoniam ditati sumus. et pastores earum nihil patiebantur nec dolebant pro his. propterea non parcum ultra his 20 qui habitant terram, dicit dominus. et iterum ait: exsurge, framea, super pastores et percute pastores et eripe oves, et superducam manum meam super pastores, et: iratus est furor meus super pastores, et super agnos uisitabo. multa quoque addit 3 25 et aduersum populum et aduersum populi duces cum ingen-

3 cf. Zach. 3, 1      9 ibid. 11, 3      15 ibid. 11, 4—6      21 ibid.  
13, 7. cf. Matth. 26, 31. Marc. 14, 27      23 Zach. 10, 3

1 pertinent *V, Op.c.* 2 et ut *A* statum] ista tum *V* 3 sunt *Aa.c.*  
quoquomodo *RAV* quomodo *OCv* hiesu *RA* ihesu *V* a\* *O* ad *C*  
4 zabulus *OA* diabulus *C* 5 cautellamque *RC* cautellamque *O* 7 ac-  
cusat *Cv* 8 quis *ex* quid *Cp.c.m.2* 9 intremiscat *RCp.c., A* 12 hac *O*  
13 lugit *V* tum deinde] Tamde inde *R* 14 inuidiosus *R* 16 hii  
*ROC, om. A* 17 quoniam meditati *V* 18 earum *A* eorum *cet.*  
24 addidit *Cv*

tibus minis. uerum ego metuo, ne molestior uidear per ordinem cuncta dinumerans, et ideo omitto plura retexere.

64. Praetereo et duos illos qui apud Danihelum referuntur seniores, de quibus praedixerat dominus: quia processit iniq[uitas] ex Babylone a senioribus, qui uidebantur 2 populum gubernare. Ezechihelum sane penitus prae-terire non possum, qui tam praeclara uidet tamque magnifica, qui mysteria tam recondita enuntiat, quomodo speculatoribus praecipit, ne reticeant malitiam in ciuitate et gladium super eam uenientem, quia neque ipsis expedit reticere neque his 10 qui delinquunt profuit non audire. sed et illis ponitur silentii sui poena et istos interitus non moratur.

65. Sed et alio loco quomodo luctum quandam super pastores introducit dicens: uae super uae erit et nuntius super nuntium, et requiretur uisio a propheta et lex 15 peribit a sacerdote et consilium a senioribus. et rursum: fili hominis, dic ei: tu es terra, super quam non pluit, super quam imber non descendit in die irae; in medio autem tui principes tui sicut leones rugientes et diripientes praedam atque animas 20 2 comedentes per potentiam. et paulo post rursum: sacer-dotes, inquit, contemnebant legem meam et pollue-bant sancta mea; inter inmundum et sanctum non discernebant, sed omnia erant eis unum, et a sabba-tis meis obuelabant oculos suos. comminatur quoque 25

4 Dan. 13, 5 8 cf. Ezech. 33, 2—6 14 ibid. 7, 26 17 ibid. 22, 24, 25 21 ibid. 22, 26

2 mitto *V* 3 danihelem *A,Cp.c.* danielem *Vv* 5 babylonia *O* babi-lone *Cv* a *om.* *O* 6 hiezechihelum *R* ezechielum *O* ezechielem *AVv* hezechihelum (e s. u.) *C* 7 uidit *O* 9 praecipit (*διαχειρεύεται*) pre-cepit *O* reticiant *O* 10 ipsi *v* nequitis *R* 11 derelinquent *C* illis] his *v* 12 penam *O* istis *A,Cp.c.,v* interitos *O* 14 ue (bis) *Ov* 15 et *pr. om.* *OAC* 16 et *pr. om.* *C* 18 pluet *A* descendet *A* discendit *OC* 20 deripientes *C* 21 co-medentes (m *pr. in ras.*) *O* 22 contemnabant (e s. *pr. a.*) *O* meam et] me autem *V* 24 eis erat *O* eis erant *A* erant (n s. *l.*) *RC* a *om.* *A* 25 obue-labant (*παρεκάλυπτον*) auerte[bant (auert *in ras.*) *R*

consummare se parietem et eos qui lutant uel ungunt eum, qui sunt illi qui peccant et illi qui operiunt peccata eorum et contegunt; quod utique de malis principibus et sacerdotibus dicitur, qui declinant, inquit, domum Israhel secundum 5 cor suum, quod alienatum est in concupiscentiis suis.

66. Praetereo uero commemorare quaecumque dicit de his qui se ipsos pascunt, qui lac comedunt et lana induuntur, qui quod crassius est iugulant et se ipsos pascunt et oves non pascunt, qui infirmum non confortant, qui contritum non 10 colligant, qui quod errat non reuocant et quod periit non requirunt et quod ualidius est non conseruant, sed adfligunt et conficiunt et dispergunt, ita ut dispergantur oves per omnes campos et per omnes montes pro eo, quod non sint pastores, et efficiuntur oves in depraeationem auibus caeli 15 et bestiis terrae, dum non est qui requirat neque qui conuer-  
tat. unde et ita ait propheticus sermo: uiuo ego, dicit 2 dominus, pro eo quod haec ita sunt et factae sunt oves meae in praedam. ecce ego ad pastores, et exquiram oves meas de manibus eorum. et illas 20 quidem congregare se dicit ac reparare, illos uero passuros ea quae malis pastibus praeparata sunt.

67. Uerum ne si gula quaeque dinumerans prophetarum dicta sermonem in longius protraham, unius adhuc tantummodo prophetae faciens mentionem, illius scilicet qui ante- 25 quam plasmaretur in utero agnitus est et antequam ex uulua procederet sanctificatus est — Hieremias hic est —, ceteros

1 cf. Ezech. 13, 15 4 ibid. 14, 5 6 cf. ibid. 34, 2—6 16 ibid. 34, 8. 10 24 cf. Hier. 1, 5

1 consumare *A* lutant] lutant (iniu s. ὑπε m.2) *R* liniunt *Cv* uel et *v* eos *V* 4 qui declinant ( $\pi\lambda\alpha\gamma\iota\alpha\zeta\delta\sigma\tau\omega\eta$ ) quod et liniunt (od et u ex a fact. in ras.) *R* 6 Praetereo—dicit in mg. *A* de his dicit *Cv* 7 lanam *Cv* 8 crassum *AV* grassius *Ca.c.* iugulantes *V.a.c.* 9 in-  
firmūp *R* 10 colligant *ROC* colligunt *A* erat *R* periit ( $\tau\delta\alpha\pi\omega\lambda\omega\varsigma$ ) perit *RCv* 13 sunt *O* 14 efficiuntur sic omnes codd.  
17 ita hec sunt *v* 20 passurus *Ca.c.* 23 in om. *A* tantummodo  
prophetae tantummodo *A* 24 faciens (a s. εης) *R* 25 plasmeretur *O*

praeteribo. quaerit hic aquam capiti suo et oculis suis fontem lacrimarum, ut digne possit deflere Israhel uel eorum qui praesunt ei malitiam.

68. Dicit enim ad eum dominus de sacerdotibus: sacerdotes non dixerunt: ubi est dominus? et qui obtinent legem meam non sciebant me, et pastores in pie agebant in me. tum deinde dicit: pastores imprudentes et dominum non exquisierunt. et propterea non intellexit omnis grex et dispersus est. et rursum: pastores multi corruperunt vineam meam et 10 polluerunt portionem meam, quae erat desiderabilis; fecerunt eam desertam et inaccessibilem.

2 et rursum aduersum eos mouetur et dicit: o pastores, qui perdunt et dispergunt oues gregis mei! propterea haec dicit dominus aduersum pastores: populum 15 meum uos dispersistis et oues meas expulisti et non requisistis. ecce ego dabo uindictam super uos secundum pessimas adiuentiones uestras. ululare quoque pastores praecipit et lugere arietes ouium, quia adinpleti sunt dies eorum ad iugulandum. 20

69. Sed quid demoror tam multa de ueteribus proferens, quasi uero Pauli regulae non sufficient, quas de episcopis et presbyteris statuit? uigilantes esse iubet et sobrios, non uinolentos, non percussores, docibiles, in omnibus inculpabiles.

2 illud uero capitulum ne proferre quidem in medio audeo, 25

1 cf. Hier. 9, 1    4 ibid. 2, 8    7 ibid. 10, 21    10 ibid. 12, 10  
13 ibid. 23, 1. 2    18 cf. ibid. 32, 20    23 cf. I Tim. 3, 2. 3. Tit. 1, 7. 8

1 capiti (i alt. ex o) *O*    2 israel *Vv*    3 in malitiam *A* malitia *V*  
5 non dixerunt *in ras.* *A*    7 impio *O* impie *C*    8 et *pr. exp.* *R*  
exquaesierunt *Oa.c.* exquesierunt *Ca.c.*    9 grex] add. ex pascua sua *OC*  
pascua sua *v*    et *pr.*] sed *Cv*    10 multi (*πολλοί*) simul *OA*  
13 aduersus *A*    14 disperdunt et perdunt *A*    15 aduersus *AV*  
non *s. l.* *R*    19 precepit *O*    arietes *Cp.c.*    22 uero *om.* *A*  
23 praesbis *R* praesbiteris *C*    et *om.* *v*    25 in medium *OA* in medio  
(*ū s. o*) *V*

in quo dominus discipulos suos ad praedicationem mittens de singulis quibusque qualiter agere debeant designabat: quales ipsi esse, quibus etiam indumentis quibusque calciamentis uti deberent, quam expediti, quam ab omnibus paene nudi 5 et, ut ita dicam, caelestes incedere super terras, ut non minus exemplo uitae uirtutem quam uerbis docerent ac dictorum fidem gestorum ueritas conprobaret.

70. Sed et illud quoque me non minus commouet, cum Pharisei arguuntur et scribae, quos utique longe nos oportebat 10 in uirtute ac iustitia superare. et uereor nunc, ne forte eos in malitia superemus, ita ut conpetat nobis etiam illud dici: ‘serpentes, generatio uiperarum et duces caeci et culicem colantes et camelum glutientes et sepulcra dealbata, uelut intrinsecus inmundi et extrinsecus religiosi, parapsides mundae 15 deforis’ et alia quaecumque in illos uel dicta uel exprobrita sunt.

71. Has egomet mecum cogitationes diebus ac noctibus uoluens in ipsis, ut ita dicam, medullis meis conficio et consumor continuatisque suspiriis tabesco carnibus ac toto 20 corpore deliquesco. non me permittit hic angor erecto ac resupino pectore et elatis ac sublimibus oculis incedere, sed humiliat animam meam et contrahit mentem, ipsi quoque

3 cf. Matth. 10, 9. 10. Marc. 6, 8. 9. Luc. 9, 3      12 Matth. 23,  
33. 24—28. Luc. 11, 39

2 caue ne deberent inuitis omnibus codicibus scribas      designabant  
Ca.c. 3 esse RA essent OCVv      quibusque] quibus A      calcia-  
mentis (caltiam. A) sic omnes codd. 4 ab s. l. O      hominibus Ca.c.  
poene C pene O      5 terras RCV terram O.v      ut] et O ut et A  
6 dictorum] doctorum ACv      8 commouet] exemplo uitae commouet V  
9 pharisei ROv farisei C      arguntur Ca.c.      oportebat nos v  
10 uirtute] ueritate v      11 superæmus C      13 colantes (s. l. linquen-  
tes) R      camelum C      glutientes OAV,Cp.c. glucientes v      sepulchra  
ROAC 14 parapsides O parapsides A      munde Ov mundi C munda V  
15 deforis] intus (s. l.) et deforis V      exprobata Ca.c.      17 ergomet  
R egomet C      18 meis om. R      20 liqueisco C liquesto v      nonne  
Ca.c.      me om. A      permitit A      21 sed et A

linguae uincula inponit ac frena nec me permittit quomodo  
aliis praeesse debeam cogitare neque quomodo alios emendem  
aut corrigam, sed quomodo ipse, si fieri potest, iram futuri  
iudicii effugiam uenientem et parum aliquid me ipsum a filio  
2 perditionis abstraham et faciam alienum. mundari enim prius 5  
oportet et sic alios mundare, sapientem prius fieri et sic alios  
facere sapientes, lumen effici et ita alios inluminare, accedere  
ad deum et ita alios adducere ad deum, sanctificari et ita  
alios sanctificare, manus habere rectas et sic indigentibus  
porrigere manum, recti esse consilii et sic aliis rectum dare 10  
consilium.

72. Et quando, inquiunt, ista erunt? hi qui omnia cito  
malunt esse quam cauta, qui tam cito aedificant quam cito  
destruunt. et quando, aiunt, lucerna ponetur super candelabrum?  
quando talentum dabitur nummulariis? dei, inquiunt, 15  
2 gratia temporibus et circuitu longo non indiget. haec qui  
feruidiores sunt erga amicitias magis quam erga religionem,  
quibus tardum est omne quod differtur, quasi non uel in  
ultima aetate melius sit aliquid inuenire prudentiae quam  
perurgere ineruditam iuuentutem, quia et multo melius est 20  
pauci temporis regnum legitimum quam tyrannis longi tem-  
poris, quia et *multo* melior est exigua pars cum iustitia  
quam multae possessiones cum iniustitia. aut non pretiosius  
ducitur exiguum auri quam multi ponderis plumbum?

4 cf. Ioh. 17, 12. II Thess. 2, 3 14 cf. Matth. 5, 15. Marc. 4, 21.  
Luc. 8, 16. 11, 33 15 cf. Matth. 25, 27. Luc. 19, 23

3 potes *v* 4 me ipsum abstraham a f. perd. *v* 5 faciem (a s. e) *C*  
mundari enim me *V* 6 oportet—prius *om. Rm1*, conuenit et sic alios  
mundare sapientem *add. m2* 8 ad dominum *utroque loco C alt.*  
*dnm v* et alios ita *v* 9 alios *om. ROA* 10 manum porrigere *V*  
*tum dare R* 12 hii *RO* 14 ponitur *OV* 15 nummularis (u s. o) *R*  
*numolariis O numulariis V nummulariis Cp.c.* 16 gratiae *Cv* indi-  
gent *Cv* 18 tarde *A* est *om. A* in ultimam etatem *O* 20 per-  
urgere *ACVv* quia multo et melius *C* 21 pauci\* *O* tyrannis *R*  
tyrannidis (di s. l.) *O* tyrannides *C* (i in e mut.) *v* longe *Ra.c.*  
22 multo *addidi coll. lin. 20, om. codd. v* 24 dicitur (u s. pr. i) *O*  
dicitur *A*

73. Et omnis pars quae in primis perurguetur in nouissimo non bene dirigetur. nam et illud quod super petrosa seminatum est cito quidem exortum est, sed quia non habuit altitudinem terrae, ad primos statim aestus solis exaruit. et 5 domus, cuius fundamenta non usque ad soliditatem petrae deducta sunt, incursus imbrium et impetus fluminum ferre non potuit. praeterea ‘uae tibi, ciuitas, cuius rex tuus iuuenis’ Salomon dicit. et iterum: noli esse uelox in uerbis. quodsi ille praecipit uelocem ad uerba non 10 fieri, quanto magis in opus tantum et tam magnum uelociter prosilire non expedit! quasi uero tamquam e luto sub die formatum subito produci oporteat ueritatis magistrum, quem utique cum angelis adsistere oportet deo et cum archangelis glorificare atque in caelestibus altaribus offerre hostias Christo 15 et apud ipsum et cum ipso fungi sacerdotio, ut reformatetur quod dilapsum est, ut diuina in homine imago reparetur, ut superiori mundo habitatores sui reddantur et — ut simul totum dicam —, ut ex hominibus in deorum numerum transeant.

20 74. Scimus cuius sumus ministri et ubi et quali sacerdotio fungimur, ubi sumus et quo mittimus quos praeparamus.

2 cf. Matth. 13, 5. 6. Marc. 4, 5. 6. Luc. 8, 6      5 cf. Matth. 7,  
26. 27. Luc. 6, 49      7 Eccle. 10, 16      8 Eccle. 5, 1      11 cf. Hiob 10, 9  
15 cf. Rom. 12, 2

1 perurgetur *Vv*      2 bene dirigetur] benedicitur *Cv*      diregitur *O*  
digeritur *V*      supra *A*      3 est post exortum *om.* *Cv*      4 a\* primo  
statim aestu *C* a primo statim estu *v*      5 fundamentum *A*      6 de-  
ducta] decursa *Cv*      ymbrium *A*      7 uerbis graecis οὐαὶ σοι πόλις  
ἥσ δ βασιλεύς σου νεώτερος respondent *codd.* *OACV* et *v*, *tuus exp. R*  
8 Salemon *v*      et iterum] et ipse iterum *OACVv*, fortasse recte  
9 in uerbis (b *exp.*) *R*      precepit (prae-) *OA*      10 et] ac *A*  
11 prosilere *Oa.c.*      expedit *Ca.c.*      17 superi *A*      habitatoris *Oa.c.*  
simul totum] si multorum *V*      18 numero *R*      20 cuius *Op.c.*  
21 mittimus (*ποῦς πέμποντες*) *ROC* mittimur *AV*      quo praepara-  
murm *A*

nouimus altitudinem dei et humanam infirmitatem et uirtutem infirmitati datam. caelum excelsum, terra autem profunda. et quis ascendet illuc eorum qui pro peccato proiecti sunt? quis tenebris et obscuritate circumdatus et carnis crassitudine obuolitus tota mente pure perspiciet totam mentem? 5 quis est qui permisceatur stantibus et inuisibilibus, cum sit adhuc in his quae uidentur et ubi nihil stat? uix enim hic aliquis positus eorum qui ualde purgati sunt uidere poterit imaginem quandam et simulacrum boni sicut hi qui solem 2 intuentur in aquis. quis ergo est qui digne intueri possit eum 10 qui metitus est manu aquam et caelum palmo et uniuersam terram pugillo, qui statuit montes pondere et colles statera? quis erit locus requietionis eius et cui adsimilabitur?

75. Quis comprehendere poterit eum qui uerbo et sapientia 15 fabricatus est hominem et a se inuicem dissidentia in unum adduxit atque conposuit, miscuit terram spiritui et compaginavit animal uisibile et inuisibile, temporale et inmortale, terrenum et caeleste, contingens deum et non comprehendens,

1 cf. Ps. 11, 9	2 Prou. 25, 3	3 cf. Prou. 24, 27 (30, 4)
27 (30, 4)	4 cf. Eph. 4, 18	11 Esai. 40, 12
ibid. 66, 1. Act. 7, 49	14 cf. Esai. 40, 18. 25	13 cf. Ps. 32, 6. 103, 24

2 terram autem profundam <i>OACv</i>	3 ascendet ( <i>ἀναβήσεται</i> ) <i>scripsi</i> <i>cum codd. quibusdam deterioribus</i> ascendi <i>t RCVv</i> (cf. <i>Prou. 24, 27</i> )
ascendat <i>OA</i>	pro peccato <i>scil. originali</i> 5 perspiciet <i>RCV</i>
respiciat <i>OA</i>	<i>alt. totam mentem</i> ( <i>νοῦν ὅλον</i> ) <i>CVv, exp. R, om. OA</i>
6 et quis est <i>A</i>	*stantibus <i>C</i> 7 et ubi] aut ( <i>ex ut.</i> ) ubi <i>R</i>
hubi <i>C</i>	purgatus est <i>O</i> depurgati sunt <i>Cv</i> 9 bonis <i>C</i>
hii <i>R</i> hi. <i>O</i>	10 <i>alt. intuere A</i> 11 metitus <i>RCv</i> mensus <i>OAV</i>
palma <i>ROCV</i>	12 pugilla (o. s. a) <i>C</i> 13 statara ( <i>an</i> statura <i>incertum</i> ) <i>A</i> requisitionis <i>C</i> 14 adsimilabitur <i>sic codd. omnes</i>
16 diffidentia <i>V</i>	18 et inuisibile <i>om. R</i> 19 terrānum <i>C</i> prae- hendens <i>V</i>

adproximans et longe positum? dixi, inquit, sapiens efficiar, Salomon, et ipsa sapientia longe facta est a me, longe plus quam erat. et qui adiecerit scientiam adiciet dolorem, quia non tantum laetificant ea quae inuenta sunt per scientiam, quantum contristant illa quae effugunt et comprehendendi non possunt, sicut euenire solet his quibus adhuc sitientibus abstrahitur poculum.

76. Haec sunt quae mihi suadebant melius esse audire uocem doctorum quam supra uires fieri doctorem: si altitudo caelestium et puritas supernorum uix possunt capere claritatem dei, cuius abyssus opertorium est, cuius tenebrae latibulum, cum lux ipse sit totus et lucem habitet inaccessiblem, qui in omnibus est et extra omnes est, qui omne bonum est et supra omne bonum est, qui inluminat mentem et effugit mentem in tantum secedens quantum accesseris sensu scilicet, ut, dum ipse ultra refugit et abscedit, prouocet et inuitet ad interiora amatorem sui et amplius desideretur, dum iam quasi comprehensus elabitur.

77. Cum ergo talis et tantus sit quem quaerimus et quem desideramus, quem sequimur et ad quem festinamus, qualem oportet esse eum, per quem desiderantes animae accessum habere debent ad illum qui quaeritur et desideratur? mihi quidem ingens metus est, ne etiam de ipso thalamo sponsi foras proiciar conligatus manibus pedibusque, uelut qui mihi non praeparauerim indumenta nuptialia, sed qui temere inrepserim

1 Eccle. 7, 23. 24    3 ibid. 1, 18    11 cf. Ps. 103, 6    cf. Ps. 17, 12  
12 cf. I Tim. 6, 16    23 cf. Matth. 22, 11—13

1 et (s. l ad) R    dixit R dixit C    inquit salomon (om. sal. in lin. 2) v    2 solomon C    3 longe exp. R    adiæcerit C adicerit A  
4 adiciat A    dolorem (ἄλγημα) laborem OAV    5 quantum Ca.c.  
7 abstraitur (itur s. l.) R    10 possit v    caritatem V    11 abyssus O    12 habitat A    15 accesserit V    sensui O sensus V    16 dum ut V    17 et] ut v    19 alt. quem om. OCv    20 et om. Cv  
festinemus Va.c.    23 me\*tus R    24 mihi qui A

2 in medium recumbentium. et quidem — ut prodam aliquid eorum quae apud nos latent — et ego a pueritia inuitatus sum a deo et in ipsum iactatus sum ex utero ac de uentre matris donum maternae promissionis oblatus sum, et post haec per pericula confirmatus sum et desiderium eius in me 5 conualuit et in id omnia concurrerunt. unde etiam ego obtuli me in possessionem ei cui fueram ex incunabulis mancipatus et a quo fueram de periculis liberatus; obtuli ei omnia mea. quid dico omnia? hoc quod habere solum uidebar: litteras et instituta liberalia, ex quibus hoc solum lucri 10 habui, ut uiderer habere quod contemnerem et quibus Christum praeferrem. delectatus sum magis in uerbis dei et effecta sunt mihi eloquia eius sicut fauus mellis, et uocauit prudentiam et sapientiae dedi uocem meam. sed ne in ceteris quidem neglexi, id est iracundiam cohercere, refre- 15 nare linguam, oculum pudicium agere, uentrem castigatius gubernare, calcare humanam gloriam. sed uelut insipiens loquor, dum non a uobis celatum uolo quod in his quidem prout potuimus studium gessimus non satis esse ceteris inferiores.

20

78. Philosophari uero secundum deum et scire animarum gubernacula continere et praeesse ceteris ac regere alios, cum ipse recte regentibus oboedire nondum didicerim, supra me esse negotium duxi praecipue in hoc tempore, in quo

3 cf. Ps. 21, 11      12 cf. Ps. 118, 103. 18, 11. Prou. 16, 24  
13 cf. Prou. 2, 3

1 ut prodam *om.* *V*    2 uos *v*    3 de uentre matris meae et donum maternae *V*    4 domum *R*    oblatus (*i.s.a.*) *R*    5 hoc *v*    6 in ipso *A*    in *om.* *V*    id *om.* *O*    concurrerunt mihi *V*    optuli *RC*    7 incunabulis (*in exp.*) *C* cunabulis *v*    9 quid] quod *ROAC*    11 contempnerem *C,Oa.c.*    12 praeferre *RC*    14 neq*A*    15 coercere *R* choercere *Ca.c.*    frenare *OA*    16 pudicicius *R* (*ei pr. s. l.*), *O* pudicitius *Cv*    castigantius *Vp.c.* castigatus *uel* castigatur *A*    17 sed haec uelut *Cv*    insipiens *O*    18 a nobis *v*    21 filosophari *R* philosophari *C* philosophari (*a m2 et ri s. l.*) *O*    23 nondum] non *V*

uidemus homines huc atque illuc conuerti et conturbare omnia, ut nihil esse melius uideatur quam fugere e medio et latere. omnia enim inpugnat et perturbat inimicus et uelut 2 in caeca caligine bellum mouet, quo magis aduersum se 5 inuicem dimicent membra, ut effugentur reliquiae, si quae illae sunt, caritatis, dum noua nomina nouis sacerdotibus adquiruntur et, sicut scriptum est, effusum est obprobrium super principes.

79. Effugatus est timor omnis ex animis et ubique obtinet 10 impudentia. quicumque voluerit scientiae sibi vindicat summam et profunda spiritus intra se esse deputat. omnes autem ex hoc docti et catholici uolumus uideri, si alias reprehendamus et inpios iudicemus. interdum etiam iudices eligimus de deo eos qui ignorant deum, et iactamus sancta canibus et mittimus 15 margaritas ante porcos pollutis uidelicet auribus et animis diuina mysteria publicantes. quod utique ex uoto cedit inimicis, quibus cum ecclesiam nostram adire non liceat, per nos tamen sancta nostra conculcant. aperuimus ergo omnibus non portas 2 iustitiae sed maledicendi et obtrectandi aditum atque insolentiae uiam. et illos solos optimos iudicamus, non qui ne uerbum quidem otiosum de ore protulerint propter timorem dei, sed quicumque potuerint de fratribus latius et acerbius obtrec-

7 Ps. 106, 40    11 cf. I Cor. 2, 10    13 cf. I Cor. 6, 1. 7    14 cf.  
Matth. 7, 6    18 cf. Ps. 117, 19

1 uera confessio humilitatis exemplumque salutis, *deinde* de seculi perturbationibus, *denique* (*ad lin. 9*) defenda narratio de transgressionibus populorum *in mg. adscriptum in R* conturbare (i. s. e.) *OC* conturbari *Av* 2 omnia *om. Cv* 3 conturbat *Cv* uelut] ut *Cv* 5 membra *C* 6 nouis] nobis *V* 7 adquiruntur (ad s. r.) *O* et *om. A* effusum (u. s. q.) *C* alt. est *om. A* obproprium *R* 9 effugatus (*ἔξωποται*) *ROAV* et fugatus *Cv* 10 uendicat *OCp.c., Av* 13 interdum etiam iudicemus si eligimus *V* iudices *om. Cv* ele-  
gimus *O* 17 adire] audire *V* 18 nostra] iam *O* aperimus *A* 19 aditum] animum *A* 20 non] *N* *e R* 22 quaecumque *A* acer-  
uius *O*

tare uel certe qui subtiliter et figuraliter momorderint et sub lingua sua posuerint laborem et dolorem, et uenenum aspidum fuerit sub labiis eorum.

80. Obseruamus inuicem diligenter non nostra sed aliena peccata, non ut plangamus sed ut inputemus et exprobremus, <sup>5</sup> nec ut curemus sed ut amplius uulneremus. malos autem et bonos non ex moribus neque ex conuersatione sed ex partibus iudicamus, et ea quae placebant hodie in aliquo, crastino, si fuerit partis alterius, displicebunt, et qui laudabatur hesterno <sup>10</sup> culpabitur hodie. tum uero ea quae apud alios culpantur apud nos in admiratione habentur. ignoscimus autem omnia facile et libenter fautoribus nostris, etiamsi in pie committantur, ut in malis benigni uideamur et magnifici.

81. Facta sunt omnia sicut ab initio, cum mundus nondum erat per ordinem suum speciesque dispositus, sed cum erant <sup>15</sup> confusa omnia et inconposita et potentem conditoris manum <sup>2</sup> uirtutemque poscebant. sumus ergo uelut in nocturno quodam proelio perexi gno lunaे lumine utentes et ipso interdum interuenientibus adsiduis nubibus obfuscato — sociorum et hostium agnitione nulla, nulla discretio — uel sicut in nauali certamine <sup>20</sup> cum et uentorum rabies perurguet et fluctuum aestus ad tollitur, inpulsiones contorum resultant, clamor nauticus intonat, fragor nauium concrepat, uulneratorum gemitus et aëris ipsius confundit uniuersa mugitus et nec uirtuti tempus nec consilio locus est, ita nos quoque — miserum me! — inruimus in alterutrum <sup>25</sup>

1 cf. Ps. 9, 28    2 cf. Ps. 13, 3. 139, 4

1 qui subtiliter — *p. 67, 8 lamentantur om. A*    2 posuerunt *V*    5 in potemus (*u. s. o.*) *R*    8 iudicemus *Ca.c.*    eaque *R* placebunt *R*    9 fuerint partes *Vp.c.*    externo *R* hesterno (*he s. l.*) *O* esterno *V*    10 exculpabitur *R* culpatur *O* culpabiter (*u. s. e.*) *C*    12 fautoribus *C* auctoribus *O*    18 praelio *O*    et in ipso *R* ipsa *Vp.c.*    19 adsiduis *om. v*    offuscato *R, Va.c.* offuscatio *Vp.c.*    20 agnitione nulla (*nulla s. l. m2*) *C* nulla agnitione *v*    se certamine *V*    21 perurget *RACV*    22 contorum] cunctorum *Cv*    23 et] est *R*    24 consilii *R*    25 miserum me (*φεῦ τοῦ πάθους*) *o* (*s. miserum*) miserum me *O* miserrime *V*

et mordemus inuicem ac laniamus, scilicet ut ab inuicem consumamur.

82. Sed fortassis plebs quidem ita est, sacerdos uero aliter. immo uero illud mihi nunc uidetur inpleri quod dictum est: 5 factus est sacerdos sicut populus, quod aliquando in maledicti loco dicebatur. aut fortasse uulgas quidem ignobile et inperitum urguetur his malis, nobiliores uero quique in populo et uastiores aliter agunt. quin immo isti etiam mani- 2 festius et ualidius inpugnant sacerdotes; sed fortassis, quoniam 10 etiam isti saeculi homines sunt adhuc, idecirco haec faciant, continentes uero nostri et in hoc ipsum, ut dicunt, uacantes deo quietius agant. isti uero etiam apertum bellum et certamen inpudens aduersum sacerdotes gerunt eo magis quo specie religiosi habitus facilius eis credi a uulgo etiam calum- 15 niantibus potest, praecipue cum de fide, quae est summa rerum, quaestiones mouent. non illos dico, de quorum numero 3 esse etiam ego opto et desidero unus ex ipsis fieri, qui integro et sano proposito certamen pro ueritate suscipiunt, qui pro fide dei ceruices suas et animam ponunt; melior est 20 enim talis pugna quae deo proximum facit quam pax illa quae separat a deo; propterea enim et mansuetum bellatorem iubet esse spiritus sanctus. non ergo de huiuscmodi bellatoribus dico, in quorum numero me quoque cupio inueniri.

83. Sed sunt quidam qui ingentes rixas mouent ex rebus 25 uel sermonibus paruis, uel etiam non diuinis sed humanis motibus incitati. hi quam plurimos adsciscunt insaniae suae

5 Esai. 24, 2. Os. 4, 9

3 sacerdos uero (ό δέ λεπές) <i>R</i>	sacerdotes uero <i>cet. v</i>	4 nunc <i>om.</i>	
<i>Cv</i>	6 maledicto <i>OCv</i>	7 urgeatur <i>R</i> urgetur <i>AV</i>	nobiles <i>V</i>
qui*que <i>O</i>	9 etiam quoniām <i>v</i>	10 istius seculi <i>v</i>	faciunt <i>V</i>
11 nostri <i>in ras. m2 C</i>	12 apertius ( <i>cf. φαγερῶς</i> ) <i>Rp.c.</i>	13 quo <sup>ς</sup> <i>R</i>	
14 a uulgo credi <i>Cv</i>	19 animas <i>O</i>	20 deum proximum faciat <i>V</i>	
21 sæparat <i>C</i>	22 huiusmodi <i>V</i>	24 sed eos quidem qui ingentes—	
motibus incitati sibi quam plurimos adsciscunt <i>Cv</i>	26 hii <i>RO</i>		

socios, dum contentioni atque insolentiae suae magnificentum et uenerabile omnibus fidei nomen inponunt foediissimae intentionis suae causam honestissimi huius uocabuli specie colo-rantes. ex his ergo, ut mihi uidetur, et odio habemur inter gentes et, quod est grauius, nec habemus fiduciam dicendi <sup>5</sup> quia oderunt nos gratis. sed et ipsi nostrorum populo pessime commendamur, et his praecipue qui uel honesti uel religiosi uidentur in plebe.

84. Hi enim cum aliquid aduersum quempiam de sacerdotibus uel ministris dei culpabile uel reprehensibile ab istis <sup>10</sup> qui supra dorsum nostrum fabricantur audierint, tamquam pro honestate ac religione animi sui execrabilius quod criminatur accipiunt, et quod de uno iam crediderint id de omnibus <sup>2</sup> sentiunt. et facti sumus theatrum quoddam publicum non angelis et hominibus, sicut athleta dei Paulus dicebat, qui <sup>15</sup> aduersum principatus et potestates agones desudabat, sed theatrum facti sumus abiectis omnibus et indignis et, ut ita dixerim, monstris et beluis per omnē tempus et in omni loco, in plateis in tabernis in conuiuiis in consiliis. etiam usque ad ipsam scaenam — quod cum lacrimis dico — deducimur et <sup>20</sup> a turpissimis atque inpudicissimis histrionibus inridemur, et nihil iam ita delectabile geritur in mimis, nihil ita grata cantatur in comoediis quam Christianus.

11 cf. Ps. 128, 3    14 cf. I Cor. 4, 9    16 cf. Eph. 6, 12

1 insolentiae (in s. l.) *O*    2 nomen *R*    3 honestissimi *Rp.c.*    4 odio *C*    6 oderunt *O*    et *om. v*    7 honeste *Ra.c.*    9 hii *RO* aliquis *OC*    10 ab istis *om. v*    11 fabricantur *R* fabricant *v*    12 ac] et *v*    religione *Rp.c.*    execrabilius *O* exsecrabilius *C*    criminantur *OV*    13 iam de uno *v*    de hunc *C*    crediderint] ore ediderint *V*    14 sumus *Rp.c.*    15 athleata *R* dei *om. R*    16 aduersus *R* agones *R* agones (s. paene euān.) *C*    17 abiectis omnibus (πάται τοῖς πονηροῖς) *scripti* abiectis hominibus *codd. v*    18 omnes *R*    19 conuiuiis (ui pr. s. l.) *C*    consiliis *RC* conciliis *OV*    20 schenā *O* scenam *RC*    dicam *V*    22 ita iam delectabile *V*    23 cōmoediis *R* co·mediis *O* comedii *Cv*    cristianus *O*

85. Hoc autem nobis inde descendit, dum nos inuicem inpugnamus, dum uidemur nobis nimis catholici, nimis fideles et zelo dei excitari, sed non sicut expedit, et certare pro deo, sed non sicut fas est nec ut lex certaminum continet, quia 5 certamen nostrum in hoc uenit, ut uictoriam capiamus infamem, ut tunc magis perdamus palmam, cum in certamine uicerimus. aut non legimus quia nemo coronatur nisi legi- 2 time certauerit? certanti sola non sufficit uirtus, nisi et artis athleticae instituta seruauerit. tu autem, ut video, pro 10 Christo aduersum Christum pugnas. nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.

86. Daemones quidem usque adhuc cum inuocatur nomen Christi contremescunt, et ne nostra quidem malitia euanescere fecit uirtutem tanti nominis et potestatem; et nos non reuere- 15 mur hoc nomen sed agimus omnia ad iniuriam tanti nominis, et pro eo quod mandatum habemus ita agere, ut uidentes homines opera nostra bona magnificent patrem nostrum qui in caelis est, nos uim praecepti in contrarium permutantes per contentiones nostras blasphemari facimus in gentibus nomen dei. 20 87. Et quidem externa bella non metuo nec istam bestiam quae nunc insurrexit ecclesiis pertimesco — in quo inest diaboli plenitudo —, licet ignes minetur, licet gladios intentet

7 II Tim. 2, 5    10 Rom. 2, 24; cf. Esai. 52, 5    12 cf. Iac. 2, 19  
16 cf. Matth. 5, 16

1 inde] interim *R*    2 pugnamus *Oa.c.*    nimis et fideles *v*    3 ex-  
petit *C*    6 tunc] hanc (*a ex u*) *R*    7 nisi qui *V*    8 sola *om. Cv*  
10 *notandum est uerba* nomen enim—scriptum est *omnibus codicibus*  
*hic tradita in fine capitinis 86 textus Graeci extare breuius formata*  
11 nos *v cum codd. quibusdam deterioribus*    12 demones *RO*    13 con-  
tremiscunt *V,Cp.c.,v*    et ne nostrae quidem malitię *R* et iam quidem  
malitia *C* et iam quidem nostra malicia *v*    uanescere *RCv*    14 facit  
*in faciat m2 V pr. et] add. s. l. iā R*    potestas *Rp.c.*    17 patrem]  
deum patrem *O*    patrū *R*    18 uim praecepti] diuinū preceptum *v*  
intrarium *Ra.c.*    19 dei] domini *R*    20 ad bestiam *in codd. quibusdam*  
*deterioribus glossa* de iuliano apostata *exstat*    21 exsurrexit *CV*  
22 diabuli *O,Ca.c.* diabolus *Va.c.*    ignis *O,Ca.c.*    gladius *ROCa.c.*

et bestias, licet cruces et praecipitia praeparet, licet super omnes qui ante se fuerunt persecutores crudelior fiat, licet noua suppliciorum genera exquirat: unum mihi est ad omnia ista remedium, una uictoria, libenter mortem suscepisse pro Christo.

5

88. Ad istud autem intestinum bellum quid agam nescio, quae mihi auxilia conparem, qui mihi sapientiae sermo succurrat, quod donum spiritus inuocem, quibus armis spiritualibus aduersum diaboli astutias me circumdem, quis Moyses extensis in monte manibus et crucis iam tunc simulacra praenuntians 10 bella ista cohipeat, quis Hiesus castrorum dei probabilis militiae princeps, quis Dauid aut psallens in cithara aut in fundibulo pugnans et a deo uirtute praecinctus ad bellum et digitos aptatus ad proelium, quis Samuhel orationibus caelum concitans, imbre eliciens, tonitrua mouens — quis haec digne lamen- 15 tabit et flebit?

89. Hieremias nempe aliquis nouam lamentationem pro nostra noua hac captiuitate conscribens exclamet iterum ad deum et dicat: parce, domine, populo tuo et non tradas in obprobrium hereditatem tuam, ut domi- 20

7 cf. I Cor. 12, 8    8 cf. Eph. 3, 7    cf. ib. 6, 11    9 cf. Ex. 17, 11    11 cf. Ios. 5, 14    12 cf. I Reg. 16, 16 et 17, 49    13 cf. Ps. 17, 33. 40 et 143, 1    14 cf. I Reg. 12, 17. 18    19 Iоel 2, 17

1 precipiam *Ca.c.*    2 omnes *om.* *R* fuerint *v*    3 suppliciorum noua genera *O*    4 suscipisse *O*    6 istum *O* istut *Ca.c.*    7 quæ (i s. a) mihi sap. *O*    8 donum] bonum *R*    9 diabuli *OC*    astutias (<μεθοδείας]) astutiam *O*    moses *Ca.c.*    10 in monte (ἐπὶ τοῦ ὅρους) in montem *OV*    11 ihs *CO* ihesus *V* iesus *v*    dei] et add. *V* 12 cythara *OCv*    fundibalo *OV* fundibula *v*    13 uirtutem *V* praecinctum *V*    digitos aptatus (τοὺς δακτύλους γρυναζόμενος) digitis (*p.c.*) aptatus *R* digitos aptatos *OV, Ca.c.*    14 Samuhel helias *codd. quidam deteriores* oratibus *O* orantibus *V*    15 lamentauit *O, Ra.c.* lamentabitur *Cv*    16 flebitur *C* fleuit *O, Ra.c.*    17 hieremiās *C* nemphe *C, Ra.c.* aliquis (s. is add. a) noua lamentatione pronam nouā (s. nouā add. ut) hanc captiuitatē *C*    18 hac] ac *V, Oa.c.*    19 deum] dñm *O*    et dicat *om. v*    20 tradas] des *V*    ut] et *R*

nentur eorum gentes. quis pro nobis Noë et Danihel et 2  
 Iob orabit ad dominum, ut cesseat et quiescat parumper a  
 nobis ista uastatio, ut aliquando redeamus ad nosmet ipsos  
 et uelut depulsa ab oculis caligine recognoscamus quod unius  
 5 patris filii, quod fratres sumus, ut non iam ultra populus  
 dei Iudas et Israhel dicatur nec Roboam et Hieroboam nec  
 Hierusalem et Samaria, quae nunc in captiuitatem traduntur,  
 nunc domi lamentantur?

90. Et ego quidem fateor inualidissimum me esse ad huiuscet-  
 10 modi proelia et propterea terga me dedisse confiteor. unde  
 et uelans faciem meam confusione sedi singularis, quia amaritudo  
 repletus sum. quaesiui et tacere tamquam intellegens  
 quod tempus malum sit, quia recalcitrauerunt dilecti et facti  
 sunt filii discedentes. uitis quoque laeta palmitibus et uitis 2  
 15 uera, tota fructifera in amaritudinem uersa est et diadema  
 decoris conuersum est in ignominiam; signaculum dexteræ  
 meæ et corona gloriationis in confusionem facta est mihi. si  
 uero quis alius audacter et fortiter huiuscemodi proeliorum  
 paratus est subire certamina, hunc ego et beatum dico pro  
 20 confidentia sua et præ me fero.

91. Illorum uero bellorum nondum facio mentionem, quibus

1 cf. Ezech. 14, 14. 20      11 cf. Thren. 3, 28 et 1, 20      13 cf.  
 Mich. 2, 3      cf. Deut. 32, 15      14 cf. Os. 10, 1. Hier. 2, 21      15 cf.  
 Sap. 5, 17 et Os. 4, 7      16 cf. I Cor. 9, 2      17 cf. I Thess. 2, 19  
 21 *Illorum—p. 68, 17 subleuare*] cf. Aug. c. Iul. Pel. II 7 (XLIV 677 M)

1 gentes eorum *Ov*      et *pr. om. v*      2 orabant *O*      cessit *Ca.c.*  
 3 nosmet ipsos] nos *R*      4 et *om. O*      repulsa *V*      recognuscamus  
*Ca.c.*      6 isrl̄ *R* hisrl̄ *C* israel *V*      hyeroboam *C*      7 hyerusalem *C*  
 iherusalem *V*      9 inualedissimum *Ca.c.*      me *om. A*      adj ab *R*  
 10 proelio *Rp.c.*      unde *om. V*      11 sedi—amaritudine *om. R*      sedi  
*ex* sed hi *O*      12 quaesiil *R, Ca.c.*      quaesiui et tacere (*ἐξήτησα καὶ*  
*σιωπήσαι*) qua si non tacerem *V*      13 recalcitrauerunt *Ra.c.*      14 discen-  
 dentes *RCa.c.* descendentes *Cp.c.*      15 deadema *Ca.c.*      17 meae]  
 tuae *A*      18 audaciter *C*      proeliorum] praemiorum *V*      19 subicere  
*Ca.c.*      et *exp. O*      20 praemiū fero *Cp.c., v*      21 bellorum] uerborum  
*Aug. l. c.*

intra nosmet ipsos propriis uitiiis ac passionibus inpugnainur et die noctuque ignitis stimulis corporis humilitatis huius et corporis mortis urguemur, nunc latenter nunc etiam palam prouocantibus ubique et inritantibus rerum uisibilium inlecebbris, luto hoc faecis, cui inhaesimus, caeni sui foetorem uenis 5 capacioribus exhalante, sed et lege peccati, quae est in membris nostris, legi spiritus repugnante, dum imaginem regiam, quae intra nos est, captiuam ducere studet, ut spoliis eius cedat quidquid illud est, quod in nos beneficio diuinae ac 2 primae illius conditionis influxit. unde uix aliquis fortasse 10 longa se et destricta regens philosophia et paulatim nobilitatem animae suae recolens naturam lucis, quae in se est humili huic et tenebroso luto coniuncta, reuocet ac reflectat ad deum; uel si certe propitio eo agat, utrumque pariter reuocabit, si tamen longa et adsidua meditatione insuescat sursum semper 15 aspicere et deorsum male trahentem ac degrauantem materiam 3 sibimet adstrictam frenis artioribus subleuare. prius autem quam hoc obtineat et ut, in quantum fieri potest, ceteros homines cordis puritate praecedat, praeesse his uelle non debet, quorum se purgatiorem esse non sentit, nec tutum 20 putare mediatorem effici populi apud deum — quod est speciale officium sacerdotis —, nisi se proximum et amicum uideat dei.

1 *intra—l. 7 repugnante*] cf. Augustini op. imperf. c. Iulianum I 67 (XLV 1089 M); *intra—l. 10 influxit*] cf. ibid. VI 14 (XLV 1528 M) 2 cf. Phil. 3, 21 et Rom. 7, 24 5 cf. Ps. 39, 3 6 cf. Rom. 7, 23; August. op. imperf. I 69 (XLV 1092 M)

2 et post huius s. l. O 3 morti V urgemur RV 5 et ante luto add. V fecis CO caeni sui] censui Oa.c. faetorem C fetorem O facto R 6 capacioribus OC exalante OA exalantes C exhalantes v 7 legis R lege C,Oa.c. legem A m. rec. repugnantem A,Oa.c. repugnanti V 9 quicquid Cp.c.,v in nobis R 10 inluxit OCv 11 districta OACV regens] ligans Ap.c. filosiphia R phylosiphia O philosophiam Ca.c. et om. R 13 coniunctam A m. rec. 14 uel] et v cum codd. quibusdam deterioribus eo] deo Aug. renocauit O 15 assidua Cp.c. insuescit v 17 astrictam A

92. Uerum unde in hunc metum uenerim, ne forte me arbitremini plus iusto esse meticolosum, indicare uobis debeo, ut non tam timidum me quam consulentem mihi met iudicetis. deus cum ad Moysen loqueretur in monte plures quoque alios 5 cum eo iussit ascendere, in quibus erat et Aaron cum filiis suis sacerdotibus et septuaginta presbyteri ex senioribus, qui omnes adstantes eminus iussi sunt adorare, prope uero accedere Moyses solus iubetur nec alius cum eo ullus ascendere. ex quo manifeste indicatur quod non est cuiuslibet proximum 10 fieri deo, nisi sit aliquis qualis Moyses, qui capere in semet ipso possit gloriam dei. sed et antea, cum primum legis latio 2 pararetur, ceteros quidem tubarum sonus et fulgura ac tonitrua perstrebebant, caligo quoque et fumus montis ardentis et metus ac terror horribilis, ita ut uel bestia, si montem 15 contigisset, lapidaretur — et ita procul adstantibus magnum eis erat uel sonitum uocis audire, et hoc sanctificatis cum omni diligentia et cautela —, Moyses uero solus et montem ascendit et nubem ingreditur et flagrantibus nusquam flammis aduritur et tabulas suscipit, ad multitudinem quidem uulgi tabulas 20 litterae, ad eos autem, qui capiunt quae sunt spiritus, tabulas scriptas spiritu dei uiui.

93. Nadab uero et Abiud, quoniam alienum ignem ad

4 cf. Exod. 24, 1—9    11 cf. Exod. 19, 16    14 cf. Hebr. 12, 18—20  
 17 cf. Exod. 24, 15. 18    20 cf. II Cor. 3, 6—8    cf. I Cor. 2, 14  
 21 cf. II Cor. 3, 3

2 meticolosum *O*    cum *ante* indicare *add. sed del. C*    3 dimidum *Oa.c.*    5 iussit cum eo *Cv*    et *om. A*    cum filiis — *p. 70, 22*  
 indulgetur insumere et *om. R*    6 praesbiteri *C*    *ex]* et *V*    7 astantes *Av*    8 moses *Ca.c.*    nec ullus cum eo alius *Cv*    9 est] et *V*  
 10 cappere *Ca.c.*    12 ceteris *Cp.c.*    sonitus *Cv*    fulgora  
*OV, Aa.c. Cp.c.*    *ac]* et *v*    13 perstrebebant *Oa.c.*    mortis *Oa.c.*  
 14 orbilis *Ca.c.*    15 astantibus *Cp.c.*    astantibus *A*    17 cautella  
*Ca.c.*    19 suscipit (*δέχεται*) suscepit *OV* rursus accipit *Cv*    21 inscribas *O* inscriptas *A* (*cf. II Cor. 3, 3 ἐγγεγραμμένη*)    spiritus *V*  
 22 ignum *Ca.c.*

incensum altaris obtulerant, pro hoc solo consumuntur igni, et eundem paene locum poenae et interitus quem culpae et inpietatis habuere. et ne Aaron quidem idoneus ad intercedendum fuit, cum utique pater esset et secundus post Moysen deo honore sacerdotii propinquaret. Heli quoque sacerdos pro 5 filiorum iniquitate damnatur, quod eos diuina sacrificia temerantes minus seuera animaduersione plectebat. miserum me et quidem cohercuit et quidem corripuit, sed lenitate et mansuetudine patris, non seueritate et auctoritate pontificis. quid Oza ille, qui arcam testamenti domini, cum iuuencia 10 fetus inpatiens directi limitis orbitam declinasset, iam iamque lapsuram manu sedula ac sollicita sustentasset, nonne tantummodo pro hoc, quod sancta tetigerat, a deo morte multatus est?

94. Scio ego ne corporis quidem maculas in sacerdotibus prae- 15 termitti sed perscrutari et requiri omnia per legem, ne quid corporalis uitii uel hostia habeat uel sacerdos. quae utique figuræ sunt perfectionis eius et puritatis, quae esse debet in corde et anima sacerdotis. sed ne ipsa quidem indumenta sacerdotalia uel ministerii uasa cuiilibet contingere saltim aut contrectare 20 fas est. ipsa quoque sacrificia non passim omnibus sed certis quibusque indulgetur insumere et intra certum tempus et intra praefinitum locum. sed ne conpositionem quidem olei

1 cf. Leu. 10, 1. 2      5 cf. I Reg. 2, 12 sqq.      10 cf. II Reg. 6,  
6. 7      15. cf. Leu. 21, 17. 22, 18—20. Deut. 18, 13      21 cf. Leu. 8, 31

1 obtulerunt *OA*      igne *A*      2 paene *om.* *Cv*      locum poenae *suo*  
*loco om. ita post* interitus *legitur:* locum paene *O* et inpietatis] etiam  
pietatis *C* etiam et impietatis *v*      3 abuere *A*      ne] neque *CVv*  
quidem *om.* *V*      idoneos *Oa.c.*      4 mosen *Ca.c.*      5 h̄eli *O*  
7 admaduersione *A*      8. miserum *add.* o *O*      8 coercuit *C, Op.c.*  
9 pontificis *O*      10 ozias *AVa.c., v oz\*a\** *OVp.c.* ozia *C*      11 orbita *Cv*  
15 nec *Cp.c., v*      16 per legem debet (debet *s. l. m2)* *C*      20 mini-  
steria *V*      saltem *Cp.c., v*      22 indulgitur *Oa.c.* indulgentur *Cv*      intra  
ex tra *R*, qui ab hac uoce denuo incipit, cf. notam ad p. 69, 5      23 olei]  
*add.* et *s. l. R*

chrismatis imitari cuiquam fas est neque mixturam incensi.  
et quid amplius dicam? ne ipsum quidem templum ingredi  
sinitur qui non fuerit etiam in minimis quibusque anima  
mundus et corpore. et quomodo temere et inconsiderate inrui-  
5 mus in ipsa sancta sanctorum, quo uni soli pontifici et ipsi  
semel in anno ingredi fas erat, cui soli accedere ultra interius  
uelum licebat et arcam testamenti ac propitiatorium et Cherubin  
uidere, quae nunc omnes sibi et uidere et contingere licitum  
putant!

10 95. Haec igitur ego sciens et quoniam nemo dignus est  
summi dei uel sacerdos esse uel sacrificium, qui non prius  
semet ipsum exhibuit hostiam uiuam sanctam placentem deo  
et rationabile suum obsequium gessit et immolauit deo sacrifici-  
15 um laudis et spiritum contribulatum, quod solum sacrifici-  
um expetit deus ceteris omnibus abiectis atque contemptis,  
quomodo poteram audere ad sacerdotium accedere et ad  
hostias offerendas et imaginem ac figuram sacramentorum  
caelestium celebrandam? uel quomodo habitum sacerdotalem 2  
nomenque suscipere, qui non prius scirem me operibus sanctis  
20 consummasse manus meas, qui nondum oculum docuissem  
recte uidere creaturam dei, qui non aurem meam prius  
aperuissem eruditioni domini, ita ut mererer addi mihi aurem,

1 cf. Exod. 30, 9. 25      5 cf. Exod. 30, 10. Leu. 16, 34. Hebr.  
9, 7      12 cf. Rom. 12, 1      13 cf. Ps. 49, 14      14 cf. Ps. 50, 19      22 cf.  
Esai. 50, 5

1 crismatis *OACV*      imitare (i s. e) *O* iniciari *v*      cuiquam] cui-  
que *A*      3 non *om. v*      in *om. A*      4 audiant temerarii sacerdotes *R*  
*in mg.*      5 ipsa *om. A*      quod *Rp.c.*      et ipse *O*      6 interius]  
ulterius *V*      8 sibi omnes *V*      contingere (*προσάπτεθω*) tangere *A*  
10 ego *om. V*      et quoniam (*καὶ οὐ*) quoniam *A*      11 primum *V*  
12 deo placentem *Cv*      13 et *post* gessit *om. v*      immolabit *Ra.c.*  
14 contrilatum *Ra.c.*      15 sub sua persona discribit qualis esse debeat  
qui ad sacerdotium accedit *R in mg.*      16 audire *Oa.c.*      18 cele-  
brandum *O*      sacerdotale *OA*      19 susciperem *V*      20 consumasse *O*  
21 qui non prius aurem meam *V*

quae non grauiter audiret, et esset sardius pretiosus inauris  
in aure mea, quod est sermo sapientis in aure oboedientis?  
qui non prius os meum aperui et adtraxi spiritum uel dilataui  
os meum, ut spiritu repleretur ad proloquenda mysteria et  
3 dogmata pietatis? qui non obtuli linguam meam, ut soluatur 5  
in tempore et repleatur exultatione in psalmis et canticis  
domini exsurgens uelut plectrum matutinum in psalterio et  
cithara, exsurgens diluculo et clamans ad dominum usque  
quo raucae fiant fauces meae et adhaereat lingua mea faucibus  
meis? priusquam supra petram stent pedes mei et consummentur 10  
sicut cerui, ut dirigantur secundum deum gressus mei, ut non  
infirmentur nec paulo minus effundantur uestigia mea? prius-  
quam omnia membra mea fiant arma iustitiae et omnis in  
me mortalitas absorbeatur a uita et subiecta sit caro spiri-  
tui? 15

96—99. Quis audeat adire ad istum gradum, antequam castis  
et igne examinatis eloquis domini cor accendatur et mentem,  
dum adaperit ei scripturas? antequam describat ea tripliciter  
in latitudine cordis sui, ita ut sensum habeat Christi? ante-

1 cf. Esai. 6, 10      cf. Prou. 25, 12      3 cf. Ps. 118, 181  
cf. Ps. 80, 11      4 cf. I Cor. 14, 2      6 cf. Ps. 125, 2      7 cf. Ps. 56, 9  
9 cf. Ps. 136, 6      10 cf. Ps. 39, 3      cf. Ps. 17, 34      11 cf. Ps.  
118, 133      12 cf. Ps. 72, 2      13 cf. Rom. 6, 13      14 cf. II Cor. 5, 4  
16 cf. Ps. 11, 7      18 cf. Luc. 24, 32      cf. Prou. 22, 20      19 cf. Hier.  
17, 1      cf. I Cor. 2, 16

1 sardius pretiosus (us *ex* ὁ, *s. l.* ἄ) *R* sardium pretiosum *OCVv*  
sartium pretiosum *A* inauribus *C* 2 in aurea mea *Ra.c.* in  
aureo oboedientis *C* oboedienti *AV, Op.c.* 4 mysteria *O* 5 solue-  
retr—repleretur *A* 6 exultatione *AV* 8 cythara *OAC* deluculo *R*  
9 adhærebat *C* 10 petra *R* pedes mei stent *A* consumentur *ROv*  
11 non *om.* *A* 13 in *exp.* *R* in me mortalibus absorbeatur uita *v*  
14 me *om.* *R* inmortalitas *A* mortalis *C* aquita (culpa *s. a.*) *C*  
16 ad *exp.* *R* 17 cor (*χαείς τὴν καρδίαν*) corde *OA* accendatur  
(ur *paene eras.*) *C* accendat *v* mente *Ra.c.* mente *OAV* mens *Rp.c.*  
18 dum (*ἐν τῷ διανοῇ γῆναι*) ut *OA* apperiat (ria *in ras.*) *O* aperiat *A*  
ei (*ωτῷ*) eis *V* ea] ei *O* 19 in latitudinem *Cv*

quam absconditos ceteris inuisibiles atque obscuros thesauros scientiae ingredi mereatur, ita ut perceptis inde diuitiis possit etiam ceteros ipse ditare spiritualibus comparans spiritualia? antequam contempletur, sicut contemplari dignum est, delecta- 2  
 5 tionem domini et uisitetur templum eius, immo potius ipse fiat templum uiui dei et habitaculum Christi in spiritu? antequam figurae et ueritatis discretionem cognitionemque cognoscat, ut possit scire diligentius, a quo debeat recedere et quid debeat obtinere, quoniam ueritas obtinet et umbra pertransit,  
 10 et ut integre possit effugere a uetustate litterae et seruire in nouitate spiritus et ex integro transire ad gratiam a lege, quae compleetur spiritualiter in destructione corporis? antequam per omnes Christi appellationes uirtutesque decurrat per opera et scientiam siue eorum quae summa sunt seu quae  
 15 propter nos inferiora sunt eius et nouissima? id est scire 3  
 quod deus est et quod filius dei, scire etiam quomodo est, quod imago est, quod uerbum, quod sapientia, quod ueritas, quod lux, quod uita, quod uirtus, quod uapor, quod aporroea, quod splendor, quod creator  
 20 est, quod rex, quod caput, quod lex, quod uia, quod ostium, quod fundamentum, quod petra, quod margarita, quod pax, quod iustitia, quod sanctificatio, quod redemptio, quod homo, quod seruus, quod pastor,

1 cf. Esai. 45, 3    3 cf. I Cor. 2, 13    4 cf. Ps. 26, 4    6 cf. II Cor. 6, 16    cf. Eph. 2, 22    10 cf. Rom. 7, 6

1 inuisibilis *O.a.c.*    thensauros *R.a.c.*    2 scientia *R*    inde *om.* *Cv*  
 posset *V*    3 ipsæ *Ca.c.*    spiritualia spiritualibus comparans *v*    4 con-  
 templetur (*tur in ras. m2*) *C*    dilectionem *O*    5 uisitem *V*    6 di-  
 uiui *di O.a.c.*    7 figuram *R*    cognitionemque (*сүзгілікті*) *scripsi*  
 cogitationemque *R* cognitionemque *cet.*    8 recedere *C* (*de s. l.*)    9 quo-  
 niam] quomodo *v*    obtinetur *Cv*    10 effugire *O.a.c.*    12 in destruc-  
 tione (*ἐν τῇ κατοργήσει*) in destructionem *ROCVv*    13 Christi (*τοῦ  
 Χριστοῦ*) spiritualia *A*    uirtutes *om.* et que *exp.* *R*    discurrat *V*    14 ope-  
 ram *O,Ca.c.*    et] in *v*    15 et eius *Cv*    est *om.* *A*    16 quod dei  
 est *O*    et *om.* *v*    alt. deus *R.a.c.*    19 uapor] pauor *C*    aporroea  
*RCv* απόρροια aporroea *O* απόρρωσις *A*    21 ostiam *R.a.c.* hostium *C*  
 margarites *R.a.c.* margaritas *C*

quod agnus, quod sacerdos, quod hostia, quod pri-  
mogenitus omnis creaturae, quod primogenitus ex  
4 mortuis, quod resurrectio. quis audeat, antequam horum  
omnium nominum re ipsa et opere particeps fiat, antequam  
in his singulis in semet ipso ea explendo communicet Christo 5  
ac particeps eius in his singulis fiat, antequam uacet et  
discat loqui sapientiam dei in mysterio absconditam, antequam  
factus uir destruat quae sunt paruuli et adnumeretur iam in  
numero Israhelitico atque in exercitu dei, antequam possit  
tollere crux Christi et sequi eum ac perdere animam suam 10  
propter eum, ut inueniat eam in uita aeterna et efficiatur in  
plenitudinem Christi — quomodo potest audere quis accedere ad  
magisterii gradum et docere ea quae in semet ipso nondum  
sentit inpleta?

100. Dicebam apud memet ipsum: nauigant alii et ingen- 15  
tium lucrorum spe subeant marina discrimina, mihi gratius  
est supra solidam terram stanti exigui caespitis sulcis herbam  
frumenti requirere et in egenis rebus tenuem uitam ducere  
quam peregrinas diuitias in fluctuum periculis quaerere.

101. Fortioribus quidem et potentibus damnum est non 20  
officia administrare maiora neque erga plurimos exercere uirtutem,  
sed in paruis rebus et modicis coartari, uelut si quis  
ingenti luminis lampade locum parui conclavis inluminet aut

2 cf. Col. 1, 15    cf. Col. 1, 18    7 cf. I Cor. 2, 7    8 cf. I Cor.  
13, 11    9 cf. Num. 1, 3    10 cf. Matth. 16, 24. Marc. 8, 34. Luc. 9, 23  
cf. Matth. 10, 39. Luc. 9, 24.    17, 33. Ioh. 13, 20    11 cf. Eph. 3, 19

1 agnos *Ra.c.* ostia *O,Ra.c.* 3 morte *A* 4 ope *V* particeps *O*  
5 in his] uel in his mihi *A* in ante semet *om.* *R* ipsū *Rp.c.* ipsa  
*Oa.c.* explenda *V* communicet *Oa.c.* 6 eius] ipsius *V* 7 loqui]  
quis *A* 8 in *om.* *R* 9 exercito *Oa.c.* dei] domini *OA* posset  
*Ca.c.* 11 eam] eū *R* in uitam aeternam *OV* 12 plenitudine *RCv*  
audire *Oa.c.* 13 nondum in semet ipso *A* 15 nauigant *Aa.c.* allii  
*Ca.c.* 17 super *A* cespitis *R,O* (*ex cespitis*) cispitis *C* 18 in  
rebus egenis *Cv* 19 querere periculis *v* 22 cohartari *A* 23 ingen-  
tis *Cv* conclaues (i. s. e) *O*

arma potentia et uirilia exiguo uelit corpori et puerilibus membris inserere; paruis autem tutius est paruum onus et non supra uires leuare, ne uel derisui fiant, simul et periculum subeant, sicut ne turrem quidem aedificare conuenit  
5 alii nisi ei cui impensa quoque perficiendi praesto sunt.

102. 103. Haec est apologia et excusatio fugae meae et hae causae sunt quae me a uobis, o fratres et amici carissimi, separauerant uel abstraxerant; tales namque tunc me cogitationes ut longius abscederem perurguebant. reuocauit autem me primo 10 quidem desiderium uestri et magis illud quod desiderabar quam quod ego desiderabam. nihil enim tam ualidum est ad dilectionem quam si ex utraque parte constet affectio. secundo 2 uero maxima mea cura et sollicitudo praecipua sanctorum parentum ueneranda canities, qui pro me magis quam pro 15 ipsa senectute laborabant: Abrahamei huius capititis honor et angelici instar aspectus et matris Sarrae, quae nos etiam spiritualiter genuit in euangelii fide, debita reuerentia, quibus necessarium erat baculum me senectutis existere. quorum contemplatione et ut eis debita officia pietatis exsulerem, 20 etiam philosophiae studia contempsi, quae mihi pretiosa et cara supra omnes facultates affectusque ducebam. in quo, at

4 cf. Luc. 14, 28

1 potentiae Cv 2 tutius ( $\alpha\sigmaφάλεια$ ) aptius Rp.c. totius Oa.c. est] et V 3 lauare R dirisui RCa.c., O fiant—p. 77, 14 si infamā om. A 4 turrim Cp.c., v edificare O 5 presto sint Cv 6 huc usque apologia gregorii pro fuga sua. Abhinc sermonem facit ad fratres cur reuersus sit R in mg. apollogia Cv et] id est v et ante excusatio om. C et alt. om. V haec OV, Ca.c. 7 o fratres et amici ( $\delta\omega\varphi\lambda\omega\eta\tau\alpha$ ) o om. VCv 9 ut] et Ca.c. perurgebant RV primum Cv 10 quo OV 11 quo RV enim om. C ualidius ex ualidus C 12 si om. C 14 canicies O 15 abramiei R (corr. abrahā mei, quod repetitur in mg.) abrahē mei O abrahēi C abraheii v abramici V 16 angeli C sare V sarrae C sare v 18 meae O existeret Ca.c. existere V 19 ut et eis O pietatis officia V 20 etiam] magis (a s. l.) quam Rp.c. philosophiae C contempsi Ca.c. 21 dicebam Ca.c.

uerius dicam, hoc ipsum philosophatus sum, ne philosophari  
 3 uiderer. non ergo tuli effundi mihi haec omnia et aboleri  
 unius occasionis obtentu neque auferri mihi paternas benedic-  
 tiones, quas quidam ueterum sanctorum traditum etiam arte  
 furatus parente cibis et hirsutis pellibus falso. duae quidem 5  
 istae sunt causae, quibus praecipue cessi et quae intentionem  
 meam quam maxime mitigare potuerunt. et puto quod neutra  
 harum uideatur indigna, cui cedere debuerit ille cogitationum  
 tumor, quoniam quidem et uinci tempus est, sicut et omni  
 rei tempus est. et fortassis expedit interdum bene uinci quam 10  
 male uincere.

104. 105. Tertium uero est quod me maxime et supra omnia  
 subiecit et subdidit. quod cum exposuero, de reliquis iam  
 tacebo. recordatus sum dies antiquos et in tantis  
 rebus tam difficilibus tamque arduis non fui ausus satis cre- 15  
 dere consiliis meis, sed gerendi sententiam ex sanctorum  
 uirorum auctoritate quaesivi et exempla ueterum rebus praesen-  
 tibus regulam posui. neque enim superfluo haec nobis scripta  
 sunt neque ut Graecorum more ex his erudiremur aut delecta-  
 2 remur in uerbis. quod in fabulis eorum uel historiis fieri 20  
 solet, ut compositi carminis suavitatis et dulcedo ipsa narrandi  
 iniciat animos et delectet auditum; nostrae litterae, in  
 quibus iota unum uel apex otiosus non est, omnia quae uel  
 gesta referunt uel gerenda praecipiunt uitiae nostrae instituta  
 ac regulas ponunt, ut, si quando forte dubiis in rebus delibe- 25

5 cf. Gen. 27, 21—30 14 Ps. 142, 5

1 ducam *V* ipso *O* philosofactus *Ra.c.* philosofatus *C* ne] non *O* philosofari *RC* 3 oferri *Ca.c.* 4 arte *om. v* 5 furatus esse *Cp.c., v* parenti *v* furatus parente] figuratus parasse (ass *in ras.*) *R* cibis] ciuis (*s. cutis*) *O* set *R* 8 debuerat *O* 9 quoniam] quem *v* 10 est *om. V* expediat *V* 12 me *suo loco om.* post omnia *s. l. R* 16 consiliis *suo loco non perspicuum s. l. rep. O* gerundi *RCa.c., V* 19 gregorii *Ra.c.* grecorum *OC, Rp.c.* ex his *om. V* aut ut *R* ac *O* 20 uel] siue *V* 21 et *om. v* 22 inliceat *RCa.c., O* 23 unum uel *q̄ C* apix *Ca.c.* que *Cp.c.* 24 gerunda *VRa.c.* generanda *Ca.c.* 25 deliberandis *V*

randi nos necessitas inuenit, ad maiorum exempla redeuntes  
inde discamus quid nobis eligendum sit, quid cauendum.

106. Cuius ergo historiae recordatus sum et unde mihi  
occasio consilii huius exorta est? dicam ego breuiter et uos  
5 patienter audite. fugiebat aliquando Ionas a facie dei, immo  
potius fugere se putabat. sed comprehendebatur ab insecta-  
tione maris, a tempestate, a sorte, a uentre ceti et trium  
dierum ac noctium sepultura formam futuri mysterii praesa-  
gante. et ille quidem fugiebat, ne uel tristis nuntii Niniuitis 2  
10 minister existeret uel postmodum mendax inueniretur, si per  
paenitentiam ciuitas saluaretur; neque enim saluti eorum inui-  
debat, sed mendacii ministerium declinabat dignitati prophe-  
tiae in omnibus deferens, quam utique in se uelut deformari  
uidebat, si infamaretur macula falsitatis, dum uulgus ignarum  
15 et inperitum intellegere ac prospicere non potest profundam  
futurae dispensationis scientiam.

107—109. Ego autem audiui sapientissimum quandam uirum de  
his exponentem et rationem huius historiae, quae quasi absurdia  
uidetur, ita reddentem, quo ne hanc quidem causam fugae  
20 poneret beati Ionae, ut in Ioppen descenderet et ex Ioppe  
fugeret in Tharsis, quasi uero inquiens ignorare deum crederet

5 cf. Ion. 1, 8 sqq.

2 elegendum *RO*      3 unde (*ex ende*) *R*      5 faciæ *Ca.c.*      6 ab  
insectatione] obsecutione *v*      7 coeti *O*      8 sepulturam *V*      forma  
*Ca.c.*      presagante *C,O* (*ex presegante*) *psagiente v*      9 et ille  
quidem [ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν] et ideo ille quidem *Cp.c.v*      tristi *V*  
nineuitis *RCa.c.* nineuetis (i. s. alt. e) *O*      10 exsisteret *RV*      12 men-  
ditati *RO*      dignitatē propheticā\* *Cv*      prophetice *O*      13 differens *Cv*  
quem *O*      14 infirmaretur *O*      a uoce -retur *denuo inc. cod. A,*  
*cf. notam ad p. 75, 3*      15 et s. l. *O, om. A*      ac percipere non  
posset *v*      posset *Cp.c.*      17 audii (s. l. & u) *R*      uirum *om. V*  
18 exponentem *Ra.c.*      hystoriae *A*      19 quo] quoniam *v*      quidem  
*om. V*      fuga *V*      20 pone *Oa.c.* imponam *v*      beato *Cp.c.,v*  
ione *Av*      in *om. R*      iopen *VCv* iopem *A*      discenderet *O,Ra.c.*  
iope *VCv*      21 tarsis *O*      quasi] ut in *ras. V*      deum ignorare *v*  
ignoraret *O ignore Ca.c.*      deum] iam *V*

quod agebat, aut hoc esset fugere a facie dei, mari se et fluctibus dare. non dicam hoc propheticæ scientiae, cui etiam profunda innotescunt et obscura inluminantur, sed ne cuiusquam quidem hominis quamuis ignari et inperiti esse arbitror, quin immo et e contrario, quicumque ille ingressus 5 fuerit mare, tunc uero maxime salutem suam in manus dei  
 2 commisisse se dicit. non ergo ignorabat Ionas adesse et in mari et ubique praesto esse ualidissimam dei manum, quam etiam aliis praedicaturus mittebatur, neque effugere se usquam diuinitatis potentiam praesumebat — non hoc credendum est —, 10 sed quoniam praeuidebat id suo hoc ministerio ab spiritu praefigurari, quod spredo et abiecto populo suo Israhel donum propheticæ gratiae transferretur ad gentes, propterea subterfugit praedicationis officium, ne patriae gentis abiciendae  
 3 triste pæreberet obsequium. inde denique derelicto loco, qui 15 est contemplatio laetitiae — ita enim Hebraeorum lingua Ioppe interpretatur —, derelicata ergo ‘contemplatione laetitiae’, magnificentiae scilicet illius et dignitatis antiquae, in pelagus se maeroris ac tristitiae dedit. inde tempestas, inde somnus, inde naufragium, inde excitatur et in sortem mittitur 20 et confitetur fugam et praecipitatur et a ceto suscipitur et non consumitur, sed ibi inuocat deum et pro Christo ante Christum post tertium diem resurgit in Christo. uerum de

3 cf. Rom. 11, 33

1 esse *A* se *om.* *AV* 2 hoc *om.* *V* 3 nec *v* 5 e\* contrario *C*  
 7 commisisse *O* se *om.* *Cv* dicitur *Cv* adesse *eras.* *R*  
 8 mare *ex mari* *R* 9 praedicaturis *Ra.c.* usq; qñ (s. q: add.  
 nñ) *C* 11 sed] se *O* id *C*, *om.* *v* hoc ministeriu *Ca.c.* hoc  
 suo ministerio *v* a *v* 12 spetto *Ra.c.* isrl *R* israel *V* 13 pro-  
 feticæ *C* transferetur *RO* transfiguretur *V* 14 praeditiois *R*  
 15 relicto *OACVv* 16 hebreorum *ROCV* 17 iope *Vv* 18 et  
*om.* *OA* dignatatis *Ra.c.* indignitatis *Ca.c.* 19 ac] et *v* 20 som-  
 nis *Oa.c.* excitatur (*ἐξοντίζεται*) exercitatur *A* in sorte *O* 21 praeci-  
 pitatur] *add.* et non consumitur *V* coeto *A* suscepitur *Ca.c.*  
 22 antichristum *Ca.c.* 24 tertiam *OACv* in Christo] a mor-  
 tuis *A*

his nos sermo paulisper expectet, ut postmodum, si deus dederit, latius et diligentius explanetur.

110. Nunc autem id quo nobis sermo directus fuerat prosequamur, quoniam quidem illi fortassis et uenia fuit 5 propter hanc quam diximus causam officium differre propheticum; mihi uero quae excusatio sufficiet, quae causa subueniet, qui relinquetur satis faciendi locus ulterius reluctantis? et nescio utrum graue aut leue dicam sacerdotii quoquo modo inpositum iugum pertinacius recusanti.

10 111. Si enim hoc, quod solum inter omnes excusationes fortius habemus, concedatur nobis, quod longe inferiores sumus quam sufficiat ad sacerdotium perfungendum, sed quid faciemus quod ex alia parte perniciosius inoboedientiae crimen incurrimus? et erit nobis fortasse grauius ex contemptu quam 15 putamus esse ex temeritate discrimen, quoniam quidem delinquenti in hanc partem nullus emendandi ultra aut corrigendi superest locus.

112. Medius ergo inter duos istos timores ascendendi ac descendendi positus et memet ipsum hinc atque hinc aequa 20 lance perpendens et nunc in illam nunc in istam partem uelut uentis inpellentibus uergens ad ultimum cessi huic qui amplius praeponderabat inoboedientiae timori, quique depulso illo alio utpote ualidior ac uehementior totum me sibi vindicauit et

1 nos *om.* *R*      3 id quo] id ad (ad s. l.) quod *R* id in quod (id s. l.) *O* in id quo *A* id de quo *v*      5 profeticum *C*      7 reluctandi *A* et reluctandi *C* (di *in ras.*) *v*      8 leue aut graue *A* graue aut graue aut leue *R* quoquomodo *Cp.c.* 9 recusanti *Ca.c.* recusandi *Cp.c., v* 12 sufficit *R* perfugendum *Oa.c.*      sed *om.* *V*      13 pernetiosius *Cp.c.* 14 quam] quod *in ras.* *V* 15 ex temeritate] de extremitate *A* delinquendi *R*      16 in hac parte *AV*      18 timoris *R* timor\* *C* accedendi *R*      ac *Cp.c.* et *A* 19 discendendi *Oa.c.* descedendi *Ra.c.* discedendi *Rp.c.* des//cendendi *C*      positus ē *Cp.c.* 20 in *ante* illam *om.* *A*      21 uerguens (*alt.* u. s. l.) *O* urguens *A*      22 inoboedientiae (*ἀνεθείας*) *scripti* oboedientiae *codd. v*      23 utpote *Aa.c.*      ac *om.* *A* uendicauit *A,Cp c.,v*

2 tenuit. considerate ergo si recte et iuste nosmet ipsos inter hos medios libramus timores, dum neque adsumimus inconfessos honores neque eos qui delati sunt refutamus, quia in alio inopudentia, in alio inobedientia condemnatur, utrumque autem inperitiae uitium est. medii ergo quidam incedere 5 cupimus inter nimium timidos et nimium temerarios, ut simus quidem uerecundiores his qui ad indebitos honores foeda ambitione nituntur et paulo confidentiores his qui futuri iudicii metu etiam bonorum actuum cuncta refugint.

113. Ita ergo in talibus ego deliberans et unumquodque 10 suis ponderibus metiens addidi etiam hoc ad animi confidetiam, quod mereatur aliquid retributionis a deo oboedientiae fides et inpleatur id quod deest, dum integre creditur id quod est, ut efficiat fides perfectum quem metus habuit imperfectum. scriptum enim legimus quoniam qui timet non est perfectus 15 in caritate; perfecta autem dilectio foras mittit timorem. e contra uero videbam quod inobedientiae et incredulitatis periculo auxilia nulla succurrunt. nec aliquid inuenio quod fiduciam tribuat diffidenti, quin immo uereor, ne et pro his qui nobis crediti sunt illud audire necesse sit: animam ipsorum 20 exquiram de manibus uestris, et: sicut spreui stis me, ne essetis duces ac principes populi mei, ita et ego spernam uos, ne efficiatur aliquis ex uobis in regem, et: sicut non exaudistis uocem meam,

15 I Joh. 4, 18      20 Ezech. 3, 18      21 cf. Os. 4, 6      24 cf.  
Esai. 1, 15

2 libræmus C libremus v      3 dilati V delati (de s. ras.) O      refutamus—p. 82, 10 temporis om. A      4 alia inopudentia v      in alio s. l. m2R      condemnatur Cv      5 quidam] quideſ exp. m2C, om. v  
6 scimus R      9 actuum (s. monilia) C      11 metiens] metuens V  
13 impleatur p (p insert.) id quod est quod deest R      id quo deest C  
deest] est v      15 scriptum est (est paene eros.) O, (est exp.) C      16 foras  
s. l. O foris v      17 e contrario (rio s. l. man. rec.) O      inobedientia Ra.c.      19 ne] uę (t s. e) R, om. CV      22 principes et duces R  
duces et principes Cv      ita et ego (οὗτω κἀγώ)] ita ego O      23 aliqui O

sed dedistis dorsum durum et inobedientes extitistis, ita erit quando uos inuocaueritis me, ego autem non respiciam super orationem uestram neque exaudiam uos. non accidat nobis a iusto iudice 5 talia audire responsa neque ueniat ad nos uox ista ab eo, cui quamuis misericordiam cantemus, sed et iudicium simul cantabimus.

114. Sed iterum ad antiquorum historias et ueterum nobilium gesta reuoluimur. e quibus uidemus quosdam quidem, 10 cum ad regendos populos subrogarentur uel ad officium propheticum per dei gratiam uocarentur, promptissime cessisse inuitatos, alias uero aliquandiu inuitantis gratiam distulisse. nec 2 tamen alteros ex eis uidemus esse culpatos nec reprehensam esse aut in his oboedientiae promptam celeritatem aut in illis 15 timoris circumspectam cunctationem, quoniam quidem illi magnitudinem ministerii uerebantur, istis fides fiduciam dabat certis quod omnia possibilia sunt credenti. paratus erat Aaron, sed Moyses multum restiterat, Esaias promptus obtemperat, sed iuuenilem Hieremias formidabat aetatem nec prius prophetae ministerium suscepit quam a deo pollicitationem uirtutis 20 ac stabilitatis acciperet.

115. His ego rursum cogitationibus reparatus sum et huiuscemodi consiliis adsidua conluctatione mitigatus ac uelut

6 cf. Ps. 100, 1 17 Marc. 9, 22

2 uos *R* et uos *OCVv* inuocaueritis (*ζταν ἐπικαλέσησθε*) *R* inuocabitis *OCVv* 4 accedat (i. s. e) *O* accedat *C* 6 cantemus] *in mg. add.* Isaiam et hieremiam inducit *O m. rec.* 7 cantauimus *R* 8 antiquarum *O* 9 reuoluimur (*φέρομαται*) reuoluamur (*a ex corr.*) *R* reuoluimus (r. s. §) *O* 10 uel ad] uelut *R* 11 prumptissime *Oa.c.* prophettissime (ba s. phē *m2*) *C* inuitos *C* 12 aliquandiu *R* 13 uidimus *C* 14 esse om. *C* prumtam *O, Ca.c.* 15 circum inspectam *V* certi *OCv* 17 credēnti *R* haaron (h *in ras.*) *V* 18 moses *Ca.c.* multa praestiterat *R* multa *V, Ca.c.* isaias *V, Oa.c.* ysaias *v* prumptus *O* promtus *C* obtemperat sic *codd. omnes* 19 iuuenalem *Oa.c.* 20 suscepit *V* 21 acceperit *OCv* 22 ego (*ἐγώ*) ergo *ROV* 23 mit.] mollitus *O*

ferrum incudibus superpositum malleorum quibusdam ictibus  
mollitus sum et edomitus. accessit nihilo minus ad maturi-  
tatem consilii etiam cuncta mitigans et decoquens tempus,  
supra omnia uero illud quod scriptum est: consilia mea  
iustificationes tuae sunt, quibus ego omnem uitam <sup>5</sup>

<sup>2</sup> meam credidi. propter quod non resisto neque contra-  
dico, ait dominus meus, qui non ad principatum populi  
uocabatur, sed ut ouis ad occisionem adducebatur. pro-  
sterno ergo me et procido ac subdo me potentissimae manui  
dei et ueniam peto praeteriti temporis otii et dilationis, si <sup>10</sup>  
quid mihi forte ex hoc criminis nascitur. tacui, sed non semper  
<sup>3</sup> tacebo. secessi parum aliquid temporis, ut me ipsum discu-  
terem ac uisitarem et in quantum tristitiae meae conso-  
latio nasceretur. nunc uero ueni in ecclesiis exaltare domi-  
num et in cathedra seniorum conlaudare eum. si illud culpam <sup>15</sup>  
habuit, ueniam hoc meretur.

116. Sed quid adhuc uerbis prolixioribus opus est? habetis  
iam nos, o pastores et compastores; obtinetis nos, o sanctissime  
et dignissime grex Christi; obtinetis nos, pater, in omnibus  
uictos et cedentes in omnibus, magis tibi subiectos Christi <sup>20</sup>  
legibus quam naturae. ecce iam habes nostram subiectionem,  
<sup>2</sup> redde tuam benedictionem. dirige nos orationibus, uerbo instrue,  
spiritu confirma; benedictio enim patris confirmat domos  
illorum. et confirmer tam ego quam spiritalis haec domus, in

4 Ps. 118, 24    6 Esai. 50, 5    8 Esai. 53, 7    9 cf. I Petr. 5, 6  
14 cf. Ps. 106, 32    23 Eccli. 3, 9    24 cf. Ps. 50, 14    cf. I Petr. 2, 5

1 mallaeorum *O*    2 mollitus] mitigatus *O*    3 dequoquens *OC*  
4 super *Cv*    6 propter quod] propter ea *C* (ea *m2* s. *l.*) *v*    7 ait] ait  
*eras. et sed s. l. R*    8 oues *Ra.c.* oues (i s. e) *O*    ad s. *l.* *m2* *C*  
octisionem *V*    9 ego *R* [et] ac *O* procedo *CVv* [ac] et *O* 10 dei  
et ueniā dī et ueniam peto *C*    11 forte mihi *v*    12 et (s. ut) *R*  
memet ipsum *A*    13 quantumēq; (*ēq*; s. *l.*) *R* quantum posset *Cp.c.m2,v*  
14 ecclesias *Cp.c.,v*    16 mereatur *A*    18 optinete *V*    19 nos *om. v*  
o pater *C* (o insert.) *v*    20 magis subditos legibus xp̄i *V*    tibi subi.]  
ubi subditos *C*    xp̄e *O* 22 dirige] digne *Cv*    ue:boq; *C* (q; s. *l.*) *v*  
23 domus *O*    24 et (ut s. et) *Cm2*

qua requies mea in saeculum saeculi, in qua habitabo,  
quoniā elegi eam, ut ab hac ecclesia et ab hac domo ad  
ecclesiam primitiorum, quae in caelis adscripta est, trans-  
ferri pariter mereamur.

5    117. Nostra quidem haec est satisfactio apud uos et ser-  
monis nostri istud exodium. deus autem pacis, qui fecit utra-  
que unum et nos inuicem reddidit nobis, qui sedere facit  
potentes in sedibus et qui eleuat de terra in opem et de  
stercore erigit pauperem; qui elegit Dauid seruum  
10 suum et adsumpsit eum de gregibus ouium, cum ulti-  
mus esset et iunior in filiis Iesse; qui dat uerbum euangeli-  
zantibus uirtute multa ad perfectionem praedicationis  
suae, tenens manum dexteram nostram in uoluntate sua dirigat  
nos et cum gloria adsumat nos. ipse regat regentes, ipse dirigat 2  
15 dirigentes, ut possimus pascere gregem eius cum disciplina et  
non in uasis pastoris inperiti; ipse praestet uirtutem et forti-  
tudinem populo suo et exhibeat ipse sibi mundum et candidum  
gregem atque in omnibus inmaculatum ac supernis ouilibus  
dignum, ubi est habitatio laetantium in splendoribus sanc-  
20 torum, ut in templo eius omnes dicamus gloriam, grex simul  
et pastores, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in  
saecula saeculorum. amen.

1 Ps. 131, 14    2 cf. Hebr. 12, 23    6 cf. Rom. 15, 33    Eph. 2, 14  
8 I Reg. 2, 8    9 Ps. 77, 70    10 cf. I Reg. 17, 14    11 Ps. 67, 12  
13 cf. Ps. 72, 24    16 cf. Zach. 11, 15    cf. Ps. 67, 36    17 cf. Eph.  
5, 27    19 cf. Ps. 86, 7    cf. Ps. 109, 3    20 cf. Ps. 28, 9

2 ut] et R    4 mereamur pariter V    5 sermones Ra.c. sermones  
(i s. e) O    6 exodium *scripsi* exordium *codd. v*    7 reddidit (*ἀποδούς*)]  
redit R    9 erigit O    10 de] e s. l. R a OCv    11 et exp. R  
jet C    iuniori R    12 uirtute multa (*δυνάμει πολλῆ*)] uirtutem mul-  
tam AC    14 regat (t s. l.) O erigit A    ipse dirigat dirigentes  
om. V    15 et om. R    16 is ipse R    17 ipsi O    18 inmacu-  
latam (u s. alt. a) O    20 gloria V    21 ihu ROCv    22 amen] add.  
INCIPIT DE PRIMIS EPIPHANIIS ID EST DE NATALI (I ex E) DNI  
R LIBER APOLOGETICUS SCI GREGORII EPISCOPI EXPLICIT;  
INCIPIT DE EPIPHANIIS SIUE DE NAT DNI FELICIT O EXPLICIT

LIBER APOLLOGETICUS SCI GREGORII EPI. INCIPIT EIUSDEM  
DE EPYPHANIIS SIUE DE NL DNI A FINIT APPOLLOGETICUS  
SCI GREGORII NAZANZENI. INCIPIT DE THEOPHANIIS SIUE NA-  
TALIS DNI C EXPLICIT APOLOGETICUS SCI GREGORII NAZAN-  
ZENI V Explicit Apologeticus Gregorii Nazanzeni. INCIPIT DE THEO-  
PHANIIS SIUE DE NATALI DOMINI v

---

II.

DE EPIPHANIIS SIUE DE NATALI  
DOMINI.

- R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.  
*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.  
*A* = codex Atrebatensis 621 saec. X.  
*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.  
*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.  
*v* = editio princeps Argentinae 1508.

## II.

### DE EPIPHANIIS.

1. Christus nascitur: gloriamini; Christus e caelis: occurrite;  
Christus in terris: exaltamini. cantate domino, omnis  
5 terra, et — ut simul utrumque complectar — laetentur caeli  
et exultet terra propter caelestem, deinde etiam terre-  
strem. Christus in carne: cum tremore et laetitia exultate — 2  
tremore propter peccatum, laetitia propter spem —; Christus ex  
uirgine: uirginitatem, feminae, amplectimini, ut matres efficia-  
10 mini Christi. quis non adoret primum et nouissimum, initium  
et finem?

2. Ecce iterum tenebrae soluuntur, ecce iterum lumen  
exoritur, ecce iterum Aegyptus tenebris condemnatur et iterum  
Israheli columnam lucis accenditur. populus, qui sedebat in  
15 tenebris ignorantiae, uideat lucem magnam scientiae. uetera  
transierunt; ecce facta sunt omnia noua. littera  
iam recedit et spiritus incedit et obtinet; umbrae discedunt,  
ueritas inlustratur. Melchisedech adest et ille, qui natus fuerat  
primo sine matre, nunc quoque nascitur sine patre. naturae  
20 iura soluuntur. repleri oportet superiore mundum. Christus 2

4 Ps. 95, 1    5 ibid. 11    10 cf. Apoc. 22, 13. 1, 17. 8    13 cf. Ex. 10, 21  
14 cf. Ex. 13, 21    cf. Esai. 9, 2    15 II Cor. 5, 17    18 cf. Hebr. 7, 1. 3

3 christiani e caelis *O*    e caelo *V*    occurrit *O*    4 exaltamini  
(ὑψώθητε) exultamini *A, Ca.c.* exultate *Cp.c., v.* 5 et s. l. *R* (ut—com-  
plete) *sic uncis incl.* *O*    utraque *C*    complector *RCa.c.* 6 ex-  
sultet *AV*    7 exsultate *AV*    9 faeminae *C*    amplectimini *A*  
10 adorat *ACVv* 12 soluuntur tenebrae *Cv*    resoluuntur *OA* 13 egyp-  
tus *O*    condemnatus *Ra.c.* condemnatur *Cv*    14 ascenditur *Ra.c.*  
15 ignorantiae *om.* *R*    uideat *O*    16 et ecce *O*    facta] parata *V*  
17 et obtinet ( $\pi\lambda\sigma\omega\tau\epsilon\tau\epsilon\tau$ ) *om.* *RCVv*    descedunt *Ca.c.* 18 inlustratus *Ra.c.*

iubet et quis resistet? omnes gentes, plaudite manibus,  
quia puer natus est nobis, filius et datus est nobis,  
cuius potestas in humero eius — quia exaltatur in  
cruce, quam sibi ipse portauit — et uocatur magni  
consilii angelus, paternae scilicet uoluntatis nuntius atque <sup>5</sup>  
index fidelis. clamet Iohannes: parate uiam domini; ego  
autem diei huius clamabo uirtutem et gratiam nuntiabo.

<sup>3</sup> incorporeus carne uestitur, sermo crassescit, inuisibilis uide-  
tur, inpalpabilis atque incontrectabilis contingitur et palpatur,  
qui ante omnia saecula est initio censemur, filius aeternus <sup>10</sup>  
fit iterum filius, Iesus Christus heri et hodie ipse et  
in saecula. Iudaei scandalum patientur, gentiles inrideant,  
heretici linguae suae uenena commoueant: tunc credent cum  
uiderint eum ascendentem ad caelos; quodsi nec tunc, certe  
uel cum uiderint eum uenientem de caelis iudicis praeditum <sup>15</sup>  
maiestate.

3. Sed haec postmodum. nunc uero epiphaniae, id est  
natiuitatis Christi, nobis sollemnitas geritur; utroque enim  
modo appellatur et res una dupli uocabulo nuncupatur.  
apparuit enim deus hominibus per natiuitatem, quod erat semper <sup>20</sup>  
et qui est ex eo qui semper est — in quo non est cau-  
sas rationesque discutere; super haec enim omnia est;

1 Ps. 46, 2      2 Esai. 9, 6      6 Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Luc.  
3, 4      11 Hebr. 13, 8

1 resistit *RC* plaudete *Ca.c.* 2 filius et (*οὐώς καὶ*) *R* cum signis  
*transpositionis* et *om.* *OAV* filius et — nobis *om.* *Cv* 3 in humero  
(*ἐπὶ τῷ ὕψῳ*) in humeris *R* qui *Cv* exaltatur (*εὐεραιρεταί*) ex-  
altabitur *R* 4 portabit *R, Oa.c.* uocabitur (bi s. l. *m.2*) *R* 6 iudei  
*A* iohannis *O* 8 crassessit *Ca.c.* 9 inpalpilis *A* 10 secula  
*RC* sc̄la *O* censet uir *Ra.c.* 11 ihs *ROC* ihesus *V* ipse est et *Cv*  
12 iudei *Rv* patiuntur *C* 14 eum *om.* *V* in caelos *V* quod  
sine et tunc *O* 17 sed hoc *v* epiphanie *OV* epyfania *AC* epy-  
phanie *v* 18 natiuitas *C* solemnitas *O* solemnitas *Cv* geritur  
(*λα s. i.*) *R* 19 hoc modo *OA* appellatur *C* 20 quod erat (*τὸ μὲν*  
*ῶν*) qui (*ex quod m.2*) erat *R* 21 ex eo quod *O* 22 enim haec *V*  
omnia enim *v*

neque enim est sermo ullus sermonis antiquior aut ratio rationis anterior —; hoc autem, quod nouissime factus est propter nos, quos dudum esse fecerat, ut et bene nobis ac recte esse donaret, immo uero dilapsos a bono uitiae statu per malitiam peccati rursum repararet et ad se denuo per incarnationis suae gratiam reuocaret. nomen ergo diei ex eo quod apparuit — ἐπιφανῆς etenim Graeci nominant apparere — epiphania uel theophania nuncupatum est; pro eo uero quod natus est natalis dicitur dies.

4. Haec est ista sollemnitas, haec est diei huius magna et gloria festivitas: aduentum dei factum ad homines celebramus, ut nos ad deum proficiscamur, immo ut reuertamur ad deum — sic enim rectius dicitur —, ut ueteri homine deposito nouo induamur et, sicut in Adam omnes mortui fuimus, ita in Christo omnes uiuificemur. cum Christo ergo nascamur et cum Christo cruci adfigamur et consepeliamur ei in morte, ut cum ipso etiam resurgamus ad uitam. necesse est enim nos perpeti utilem hanc et necessariam uicissitudinem, ut, sicut ex bonis ad tristia deuoluti sumus, ita ex tristibus ad meliora reparemur. ubi enim abun-

14 cf. Eph. 4, 22. 24. Col. 3, 9. 10 15 cf. I Cor. 15, 22 *sicut*—  
p. 90, 3 *iustificet*] cf. August. contra Iulian. I 5, 15 (XLIV 649 sqq. M)  
17 cf. Rom. 6, 4 21 Rom. 5, 20

1 ullus] illius V sermone C (ne *m& ex nis*) v aut—anterior *om.*  
*ACv* ratio *om.* O 2 factum A 3 quod *Ra.c.* esse *exp.* et  
*ipse ss.* R ut et [ἴνα καὶ] ut R 4 hac *Ra.c.* esset C di-  
*lapsos* O 5 statum V 6 denuo] denuti (?) C nomen est ergo V  
7 epiphanei R ΕΙΠΦΑΝΗΝΑΙ O ΕνΙΙαΝΗΝΑΙ A epiphane V epifane C  
*epyphanie* v greci ROC grece nominatur v 8 apparere *Ca.c.*  
*epyphania* Av epyfania C theufania C 11 ista] illa R 12 et  
aduentum R dnī OA hominis *Ra.c.* 13 immo et reu. V 14 sic]  
si A ueteri O 16 fuimus R sumus OACVv Aug., fort. recte ita  
et in Cv Aug. 17 crucifigamur Aug. 18 mortem Aug. etiam *om.* R  
19 enim *om.* C 20 e bonis A tristia (τὰ λυπηρά) tristitiam AC  
21 habundauit RACVa.c., v

davit peccatum, superabundavit gratia, ut, quos gustus ligni uetus condemnauit, Christi crux gratia largiore 3 iustificet. ideo ergo diem festum celebramus non humanae deuotionis sed diuinæ dignationis, non eorum quae ex mundo sunt sed eorum quae supra mundum sunt, non infirmitatis nostræ sed remedii, non formationis nostræ sed reformationis.<sup>5</sup>

5. Propter quod nequaquam postes ac ianuas coronemus nec plateas et compita perornemus nec cantatricum statuamus choros, ut aures sonis musicis delectemus, nec lenocinantes oculis prouideamus aspectus neque odoratus nostros effeminateis nidoribus delectemus nec gustum inlecebrosis saporibus inritemus nec tactui concedamus male prospecta contingere.  
 2 neque ergo delicatis uestibus ac fluidis resoluamur neque ornamentorum splendore gloriemur, non auri fulgore, non colorum fucis fallentibus rapiamur, non comessationibus et ebrietatibus uacemus, quibus cubilia et inpudicitiae ab apostolo coniunguntur, quoniam quidem a malis doctoribus pessima doctrina procedit et de seminibus nequam seges criminosa  
 3 concrescit. non ergo altos toros tapetibus exstruamus nec pretiosa tentoria uentri et gurgiti praeparemus, non uini peregrina nomina et antiquos consules requiramus aut coquorum noua et exquisita commenta, neque terra et mare multi pretii

16 cf. Rom. 13, 13

1 superhabundauit *RAC, Va.c., v* et gratia *v* 2 uetiti *A* condemnabit *Ra.c.* 4 qui *Cv* 5 qui *v* mundo *Ca.c.* 8 propter hoc quod *A* potes *RCa.c.* 9 competet *RVa.c., OC* competit *Rp.c.* compita *Vp.c.* nec] et *C* cantatricum *ROa.c.* 10 aurisonis *A* delectemur *AV* ne *Cv* 12 delectemur *AV* 13 mala *A* 14 ergo eras. *V* enim *A* fluidis *V* 15 fulgoribus *Cp.c., v* 16 comeſsat. *V* cōmēſsat. *ROA, Cp.c.* comissat. *Ca.c.* 17 inpudicitia *R* apostulo *O* 18 coni.] condemnantur *R* 20 non] ne *R* alto † (*sequitur lacuna 6 litt.*) appetibus (*in mg. † hic deest*) *R* altis *CV* thoros *OA Vv* tappetibus *OC* tapetibus *A* extrahamus *R* extrahamus *OCv* neque *Cv* 21 tentoria] conuiua *OA* guttori *O* gutturi *v* 22 aut] neque *V, om.* *OCv* quoquorum *Oa.c.* cocorum *AV, Op.c.* quorum *Cv* 23 nunc terra nunc mari *Cp.c., v* ne *Vp.c.* terrae *R*

nobis stercora conferant; hoc enim nomine mihi uidentur honorandae deliciae. non ergo alter alterum uincere per 4 incontinentiam studeat; mihi enim incontinentia est omne quidquid plus est quam sufficit et hoc aliis esurientibus et 5 indigentibus his, qui ex eodem luto atque ex eadem massa formati sunt.

6. Quin immo, fratres, haec gentilibus concedamus; illorum sit talis ista sollemnitas, qui etiam deos suos usturis carnium et tetris putant nidoribus delectari. illi consequenter sollemnitas 10 diuinam uentris distensione concelebrent pessimorum daemonum et factores et praedicatores et cultores nequissimi. nos uero, a quibus uerbum dei colitur et adoratur, etiam si delectari oportet et deliciari, in uerbo dei delectemur et delicias nostras in legis dei intellegentia requiramus, ut pro 15 sollemnitatis ipsius ratione deliciarum nobis efficiatur causa conueniens. non sint ergo ab eo qui nos inuitauit aliena nobis 2 et peregrina conuiuia. me autem utimini ministro, ego uobis conuiuui huius epulas ministrabo: sermonem uobis, inquam, bonis et fidelibus amicis domini mei, exhibeo, dominicas 20 dapes, quam potero copiose, quam potero affluenter, utpote peregrinus ciuibus, urbanis rusticus, deliciosis agrestis, diuitibus pauper. hinc ergo iam incipiam; sed uos omnes, quibus 3 perfrui huiuscmodi deliciis cordi est, expurgatas mihi adhibete aures et purificata corda deferte, quoniam quidem de 25 deo fit uerbum et diuinus est sermo, ut percipere possitis

2 delitiae *R* diliciae *O*      4 quicquid *R, Op.c., v*      5 endigentibus  
*Oa.c.* ex adem massa *A*      7 gentibus *O*      8 talis *om. R* sol-  
lemnitas *O*      9 teoris *Ra.c.*      delectare *O*      10 distentione *Ra.c.*  
concelebrant *R*      11 demonum *RO* demoniorum *A*      factores (*πλάσται*)  
factores (*λιθοίς*) *R* fautores *OC, v*      13 oporteret *V*      diliitiari *R*  
diliciari *O*      14 dilitias *R*      intellegentia] explanatione *OA*      15 dili-  
tiarum *R* diliciarum *Ca.c.*      16 inuitant (*alt. n exp.*) *R*      17 magistro *V*  
19 exhibeo *A*      20 affluenter *ROv*      utpote *O, Ca.c.*      21 ciuiibus  
*Oa.c.*      deliciosus *Ra.c.*      dilicosis *O, Ca.c.*      agrestus *Cp.c.*      22 omnes  
quibus (*ζετούσι*) o quibus *RCVv*      23 diliciis *OC*      exhibete *ACv* ad-  
hibite *O*

cibum numquam egerendum. fiet autem et integer et breuis,  
ut neque contristet in eo quod deest neque efficiat ex satietate  
fastidium.

7. Deus erat quidem semper et est et erit, immo uero est  
semper; nam 'erat' et 'erit' saecularium et caducorum temporum 5  
partes sunt: semper ergo est. et ita de se ipso commemorat,  
cum Moysi daret in monte responsa dicens: qui est misit  
2 me ad uos. esse enim ipsius totum est et semper est, quod  
neque coepit umquam neque aliquando cessabit <uelut> insupe-  
rabile quoddam ac sine fine substantiae pelagus nullis termi- 10  
nis limitibusque circumdatum, omnem supergrediens sensum,  
omne tempus atque omnem naturam, quod solo mentis contem-  
plari possit intuitu et hoc subtili admodum et perexigua  
inspectione non ex his quae in ipso sunt, sed ex his quae  
circa ipsum sunt, ut ipsa ueritatis species non tam ex ipsa 15  
ueritate quam ex his quae ueritati sunt proxima contempletur.  
3 effugit enim priusquam teneri queat et priusquam adprehendi  
possit elabitur tantum se cordi offerens — et hoc si purum  
sit —, quantum humanos oculos ictus corusci perstringentis  
et cito praetereuntis inluminat: idcirco, ut ego arbitror, quo 20  
per hoc, quod omnino quantulumcumque ex eius lumine  
perspici potest, ad intuendum inuitet et prouocet. quod enim

7 Ex. 3, 14

1 ereendum *Ra.c.* (s. & reiciendū) 2 ut] et *R* quo deest *R*  
neque efficiat] queat s. *ras. m2* (s. neq: generat) *O* fiet *C* (a s. e) *v*  
4 *pr.* et *om. V* 6 et ita] etiam *V* de se ipse *V* 7 mosi *Ca.c.*  
8 enim] etiam *R* iam *O* *pr.* est *om. R* 9 cepit *Rv* cessabit  
(πανσόμενον)] cessauit *ROCVv* uelut (*οἶον*) addidi, *om. codd. v* in-  
suparabilem *C* 10 ac] hac *O*, *om. R* fine *om. C* substantiam *C*  
substantia *v* termini *Ra.c.* 12 *pr.* omnem *Ca.c.* contemplari]  
comprehendi *A* 14 inspectione] expectatione *Cv* quae—his *om. V*  
15 ipsas *Rp.c.* non] nam *R* 16 alt. ueterati *Oa.c.* 19 quan-  
tum ex *C* ictos *Oa.c.* chorussci *A* corusci fulgoris oculos  
perstringentis *v* 20 pretereuntes *Oa.c.* ut exp. *R*, *om. A* quo]  
quia in *ras. V* quoque *v* 21 quod] ut *Cv* omnino] domino *V*  
quantulumcumque *Ra.c.* 22 respici *A* perspice (re s. ce) *R* potens *R*  
intudum *Ra.c.* inuitat—prouocat *A*

penitus sentiri non potest nec adpetendi aut inquirendi tribuit spem. quod autem uel ex parte sentiri potest admirationi est,<sup>4</sup> et quod in admiratione est, et desiderari copiosius potest. cum autem desideratur desiderantes purificat, cum autem<sup>5</sup> purificat deo similes facit, cum uero eos sibi similes fecerit, tunc eos uelut proprios iam et domesticos facit etiam in conloquiis et sermone participes. audeat fortassis aliquid amplius fragilitatis nostrae sermo. deus iam diis effectis inseritur et dinoscitur, ut est illud: deus stetit in synagoga<sup>10</sup> deorum, in medio autem deos discernit. absque ullo<sup>5</sup> est ergo fine credenda diuinitas et ad sentiendum etiam ipsi difficilis menti, et hoc solum est quod ex ea comprehendimus, quia comprehendendi non possit. si uero quis putat ex eo quod simplicis naturae est diuinitas idcirco nihil prorsus de ea<sup>15</sup> posse sentiri, tamquam quae pro ipsa simplicitate effugiat intellectum, uel certe totam posse comprehendendi, quia simplex esse intellecta est, non mihi uidetur recte aestimare. quid enim horum quae sunt simplicis est naturae? nulli quippe natura sua simplicitas est, quia neque his quae composita<sup>20</sup> sunt natura uel substantia sua haec ipsa conpositio est.

8. Infinitum uero quod dicitur dupliciter intellegitur, secundum initium et secundum finem; quidquid enim extra haec est nec ab his clauditur hoc infinitum appellatur. nam cum in anteriora se mentis acies extendit et initii profundum<sup>25</sup> reuoluens nullam potest ubi stare possit principii dei inuenire

9 Ps. 81, 1

3 pr. et om. R admirationi Ca.c. alt. et om. OAV desiderare Oa.c. potest est O 5 fecerit] facerit V 7 sermo R participes (s. t particeps m2) R 8 fragilitas nostra Cp.c.m2 deus] di C 9 sinagogga R congregazione OCVv 10 deus O.Ra.c. 11 diuinitatis Ca.c. ipsi difficilis conatibus menti O ipsis difficilis conatibus mentis Cv 13 si uero ex co quis V 15 sentire A, Oa.c. quae om. A 16 totam (scil. diuinitatem) scripsi totum codd. 17 estimari V qui O 18 est eras. V 19 naturae V 20 naturae uel substantiae suae A 21 dupliciter quod dicitur V 22 quicquid Rv 24 extenditur Cp.c., v 25 dei om. v cum codd. quibusdam deterioribus

crepidinem, huius partis infinitum et inexplicabile aeternum,  
 2 id est sine initio, appellatur. cum uero ad inferiora et ad  
 ultima, id est quae futura sunt et sequuntur, aspicimus,  
 huius loci infinitum inmortale ac perpetuum nominatur. cum  
 uero utrumque simul dicimus, uel aeternum uel sempiter-  
 num nominamus; aeternum enim uel sempiternum neque  
 tempus neque partem temporis recipit — neque enim mensura  
 5 ulla concluditur —, sed sicut in hoc mundo tempus dicitur  
 quod solis cursibus designatur, ita in aeternis rebus aeternitas  
 appellantur illa ipsa spatia, quae aeternae naturae perpetuitate  
 10 signantur. haec mihi nunc interim philosophari de deo suffi-  
 ciat; neque enim ultra progredi uel res patitur uel tempus  
 indulget, quoniam quidem de assumptione carnis dicere sollem-  
 nitas admonet. cum autem dico de deo, de patre et filio et  
 spiritu sancto dictum intellegite. deitas enim neque supra  
 15 haec diffunditur, uti ne plebem deorum introducere uideamur,  
 neque infra haec angustatur, ne iterum paupertatem uideamur  
 suscipere et penuriam deitatis, id est neque Iudaice unum  
 deum dicentes neque secundum gentiles per plurimos ober-  
 20 rantes. in utroque enim similis est ex errore pernicies, licet  
 sibi uideantur utraque esse contraria. nostra etenim sancta  
 sanctorum, quae Seraphin et contegunt et glorificant trinis  
 sanctificationibus, in unam dominationem deitatemque concur-

21 cf. Hebr. 9, 3    22 cf. Esai. 6, 2. 3

2 et] add. etiam *v* et ultima (*om. ad*) *A* 3 secuntur *OC* aspi-  
 cieimus *V* 5 uel *alt. om. v* 6 nominamus] add. quomodo deus aeternus  
 et sempiternus dicatur et de horum nominum proprietate *in mg. R*  
 7 enim *om. A* 8 sicut] add. secundum philosophos *v* 9 cursibus *bis*  
*Ra.c.* 10 appellatur *O, Vp.c., v* illa—signantur *om. V* perpetue-  
 tate *C* 11 signatur *Ra.c.* de deo philosophari *A* philosophari *C*  
 13 solemnitas *O, om. R* 14 ammonet *O* de deo patre (*om. alt. de*) *A*  
 15 intellege *R* intellege *cet. v* 16 uti ne (*τινα μη*) *R* (*e s. r.*) ne *A*  
 deorum] iudeorum *C* 17 ne] neque *R* 18 pe nuriā *O* est  
*om. A* 19 gentes *A* oberrantes] obseruantes *A* 20 pernicies *Cp.c.*  
 22 seraphyn *A* seraphym *C pr. et om. OA* comtegunt *A* 23 dei-  
 tatemquae *Ra.c.*

runt, sicut et alius quidam ante nos sapiens magister optime magnificeque disseruit.

9. Uerum, ut dicere coeperamus, non sufficiebat diuinæ illi bonitati intellegentiam sui apud semet ipsam mouere et 5 intra se sui scientiam retinere, sed oportuit dignumque fuit ad diffundendum propagandumque latius bonum esse plures qui beneficiis in se perceptis bonum esse sentirent; sumnum etenim bonum est non solum esse bonum, sed et praestare bonum. idcirco ergo primo omnium caelestes animo uoluit esse 2 angelicasque uirtutes, et ipsa statim uoluntas eius effectus erat et opus creaturae uerbo adinpletum et spiritu consummatum. et ita extiterunt secundae claritates, ministeria primæ illius claritatis, siue hos intellectuales spiritus appellemus siue ignem incorporeum atque extra omnem materiam intelle- 10 gendum seu quolibet alio nomine nuncupandi sunt; uicino certe et proximo his quae supra diximus capiendi sunt intellectu. de quibus uelim quidem sentire quod inmobiles fuerint ad 3 malitiā et solos habuerint in se bonos motus utpote diuino ministerio praestolantes et ab aeterno illo lumine primis 20 claritatis traducibus inlustrati — nostra enim haec secundae deriuationis splendore gloriantur —, sed suadet me non eos inmobiles ad malum sed difficile mobiles aestimare et dicere ille qui pro fulgoris claritate Lucifer prius, postmodum uero propter superbiam tenebrae et factus et dictus est,

1 quidam *om. A* sapiens *om. A* 2 deseruit *Ra.c.* 4 ipsum  
*A* manere *v* 8 non solum bonum esse *Cv* 9 caelestis *O,Ca.c.*  
 animo uoluit esse = ἐννοεῖται animos *RA* animo (us s. o) *O* animas *v*  
 esse uoluit *R* esse *om. CV* angelicasque esse *V* 10 -asque  
 uirtutes—*p. 97, 10* creuerat corpus *om. A* 11 *alt. et]* est *R* sūmum  
*Ra.c.* consumatum *Ov* 12 extiterunt *R* extiterunt erunt *C*  
 secundae clar.] iidem: claritatis *v* claritates (λαμπρότητες) claritatis *O*  
 claritates—illius *om. RC* 16 his *om. C* intellecto *Va.c.*  
 17 uellim *Oa.c.* inmobilis *Oa.c.* 18 utpote *O,Ca.c.* 20 n̄//  
*V* enim s. l. *R* 21 depriuationis *Ra.c.* 22 difficile mobiles  
 (δυσκανήτους) difficile (s. l facile) mobiles *R* 23 pro] p[re] *V* clar-  
 itatem *Oa.c.* 24 et factus (καὶ γενόμενος) et factus est *R*

sed et omnes apostatae et refugae angeli, qui sub ipso effecti auctores malitia per declinationem boni tam sibi quam humano generi extiterunt.

10. Hoc ergo modo et propter haec intellegibilis ille extitit mundus, prout me possibile est de his philosophari sermone 5 exiguo et paruo magna et immensa pendentem. uerum cum bene et digne prima cessissent, secundi deinde mundi intuetur exordium, materialis scilicet huius et uisibilis, qui ex caelo constat et terra et his quae inter utrumque sunt spatiis et rebus, laudabilis quidem pro singulis quibusque speciebus, 10 multo uero laudabilius ex harmonia omnium uniuersorumque 2 conpage. in quo summa est et stupenda ex contrarietate concordia, dum inter se inuicem diuersa sunt, cum singulis tamen singula conueniunt et ad unius mundi perfectionem cum uniuersis cuncta concordant, ut ostenderet quia non 15 solum aptam sibi et conuenientem naturam, uerum etiam longe a se diuersam substituere potest. apta namque et conueniens est deitati intellectualis ac spiritualis natura, quae sola mente sentitur; alienum uero et longe a se positum est quidquid uisibile est atque corporeum, et multo magis ab eius 20 natura aliena ac diuersa sunt quaecumque ex anima sunt et 3 inmobilia uel caduca. sed fortasse dicat quis eorum qui cupidi sunt festiuitatis quae in manibus est audire rationem: 'quid haec ad causam? quid currus agis extra metas? illa nobis quae ad sollemnitatem pertinent dissere.' et sane faciam, 25 licet paulo superius coeperim raptatus excelsioris uerbi dei desiderio.

11. Igitur mens et materia hoc modo quo superius diximus

1 sed et omnes *bis pos., semel exp.* R apostestate R apostatae C refugae (s. l i) R refugia C 4 extetit Ca.c. existit v 5 sermo Ra.c. 7 cessent v intuitur Ca.c. 8 materiales Ra.c. 9 quae inter] qui in Cv 10 laudabilibus v 11 laudabilius O armonia ROV,Ca.c,v 12 ex om. R 18 intellectuales Oa.c. 19 quicquid Rv 22 uel] et Cv 23 est] et C 24 qui haec Ra.c. metus Ra.c. 25 pertineant O disserere Oa.c. 26 excelsiores Oa.c.

a se inuicem discreta, unumquodque intra naturae suaे terminos, existebant et magnificentiam creatoris uerbi ipsa sui prolatione monstrabant uelut quidam laudatores ac praedicatores taciti excellentiae conditoris. nondum tamen facta fuerat utrorumque commixtio nec sibi inuicem natura discordans in concordiam uenerat. uerum ut ars inmensae dei sapientiae nosceretur et bonitatis eius maiora munera sentiremus, unum animal ex diuersis atque contrariis, id est ex inuisibili et uisibili substantia, opificis uerbi dei molitione construitur. et ex materia 2 quidem, quam et ipsam nuper creauerat, corpus adsumitur, uita uero ab ipso inseritur, quam rationabilem animam et imaginem dei praedicat sermo diuinus. et hoc modo factum hominem uelut alterum quandam mundum in breui magnum atque in exiguo totum statuit in terris, alium angelum, 15 cultorem sui, e caelo terraque commixtum, qui intueri quidem posset uisibilem creaturam, inuisibilis autem facturae intellegere ac sentire mysterium, et regnaret quidem in terris, ipse uero a superioribus regeretur. idcirco etenim et terrestris 3 est et cælestis, temporalis et inmortalis, uisibilis et inuisibilis, 20 humilis et excelsus, spiritus propter gratiam, caro propter elationem: illud ut intellectum habens gratiae magnificet et conlaudet auctorem, hoc ne magnitudine muneris elatus lapsum ruinae excelsioris incurrat. est ergo animal quod hic quidem instituatur, alio uero transferatur et, ut pandatur summa 25 mysterii, animal quod imitatione dei efficiatur deus. ad hoc 4 nobis namque uitae huius proponitur cursus, ad hoc nobis exiguum licet in hoc mundo ueritatis lumen accenditur, ad

2 existebat RO,Ca.c.      creatores Oa.c.      ipsa om. RO      sua v  
 probatione R      4 et excellentiae O      5 in concordia C      6 et uerum C  
 nasceretur O      9 opifices (s del. uid.) O      18 uelut in alterum A  
 15 intueretur (e pr. mꝫ ex i C) quidem (om. posset) Cv      possit OA  
 16 inuisibiles Ca.c.      intellegeleret Cp.c.,v      17 sentiret Cp.c.,v      regnare A  
 18 et om. RA      et cælestis et terrestris Cv      19 est om. C      21 illud  
 ut] illut C      22 magnitudinem Ca.c.      elatum Ca.c.      24 alias (s s. l.) O  
 pandantur Cv      25 efficitur A

hoc diuina nobis claritas reuelatur, ut et agnoscendus nobis pariter et imitandus sit ille qui nos ex diuersitate coniunxit quique et resoluet et rursus magnificentius colligabit.

12. Hunc ergo ab se hominem, sicut supra diximus, creatum in paradiso posuit — quisque ille est iste paradisus — liberi arbitrii facultate donatum, ut omne bonum non minus esset eius qui eligeret quam illius qui boni semina in conditione praestiterat. posuit igitur eum uirgultorum uel arborum immortalium colonum, id est diuinorum sensuum cultorem uel eorum qui simpliciter cogitantur uel eorum qui profundius et perfectius uoluuntur in mente. nudum eum conlocat, id est uitae simplicis statum tribuit et nullius artis uelamine indumentoque circumdat; talem namque oportebat humani generis esse principatum. huic dat legem, quo scilicet haberet operandi materiam libertas arbitrii. lex autem erat mandatum et distinctio, quarum fructibus arborum utendum ei esset et a quibus abstinentia. abstinentia uero erat ab arbore sciendi bonum et malum, quae tamen arbor neque ab initio male plantata est neque postmodum prohibita per inuidiam — non illuc iacentur linguas suas hostes dei neque imitatores serpentis existant —; bona enim est, si in tempore sumatur et oportune capiatur. scientiae namque et intellectus erat haec arbor secundum meam scientiam, cui soli operam

6 cf. Gen. 2, 8 18 cf. Gen. 2, 17

1 nobis <i>om.</i> <i>Cv</i>	ut <i>om.</i> <i>V</i>	agnoscendos <i>Ra.c.</i>	3 resolut <i>C</i>
et <i>alt. s. l.</i> <i>R</i>	rursum <i>OAV</i>	colligauit <i>C, Ra.c.</i>	5 hunc a se
hominem ergo <i>A</i>	6 quisque ille est, est iste par. <i>v</i>	7 facultatum	
<i>Oa.c.</i>	donatus <i>Rv</i>	<i>OA</i>	12 nudum]
nondum <i>A</i> eum]	enim <i>v</i>	collogat <i>Ra.c.</i>	13 uite
<i>Ca.c.</i>	uelamina <i>Ra.c.</i>	collocauit <i>A</i>	
14 circumdatae <i>V</i>	tale		
<i>OCv</i> ac tale <i>A</i>	15 principatum ( $\tauὸν ἀπ' ἀρχῆς$ ) <i>R</i>	<i>cet. v</i>	
materiam operandi <i>V</i>	18 quibus <i>R</i>	abstineat	
abstinentia <i>V</i>	quibus fructibus <i>cet. v</i>		
male ( $\kappaακῶς$ ) <i>R</i>	22 exstant <i>R</i>		
<i>Oa.c.</i>	23 opertunae		
scientia ( $\θεωρία$ ) <i>OACVv</i> ; sed aliter intellexit locum			
<i>Graecum Rufinus</i>	24 meam] eam <i>OC</i>		

dare illis tantummodo utile est, in quibus iam perfectioris capacitas intellectus est. aut non uidemus cibum fortē et 4 solidū perniciōsum esse lactantibus paruulis, qui nullo alio nisi solo lacte ali possunt? uerum quoniam inuidia diaboli 5 et deceptiōne mulieris, quam et ipsa perpessa est ut fragilior et uiro intulit ut ad persuadendum aptior — miserū me! mea enim miseria est lapsus parentis —, inmemor efficitur dati sibi praecepti et mortiferi saporis gustu inlecebroso superatur ibique omne illud opus magnificum humanae construc- 10 tionis effunditur. simul enim et a ligno uitiae et a paradisi 5 cultu et a deo propter peccatum exsul agitur et extorris effectus pelliciis circumdatur indumentis, crassiori quippe hac et mortali uel corruptibili carne. et hoc est per quod primum agnoscit confusione suam et abscondere se atque occultare 15 a deo gestit. aliquid tamen etiam in hoc lucri consequitur: mortem, per quam intersecari quodammodo possit terminarie peccatum, ne perpetuum atque immortale permaneat malum. et quodam genere fit ei poena remedium; ita namque intellegendus est punire deus.

20 13. Uerum cum in hunc res nostrae deuenissent statum, nusquam abest deo eruditio[n]is cura, nusquam emendationis nostrae sollicitudo discedit. nam pro multitudine peccatorum, quae radix illa malitia pullulabat, diuersis et temporibus et causis remedia quaerebantur uerbo lege prophetis, beneficiis comminationibus 25 uerberibus, aquarum inundationibus ignis incendiis, bellis uicto-

1 utilis *R* perfectioris (*τοῖς τὴν ἔξιν τελεωτέροις*) profectoris *A, Op.c.*  
 perfectiōis *v* 2 capacitatis *A, Op.c.* 3 lactentibus *A, Cp.c., v* 4 dia-  
 buli *Ca.c. zabuli OA* 5 est perpessa *V* 6 o miserū (o s.) *O*  
*mē R* 7 mea (a s. l.) *R* parentis lapsus est *A* lapsos  
 parentes *O* 8 percepti *A* 9 omne *om. V* 10 a *alt. om. RA*  
 11 exul *O, Cp.c.* exterioris *R* extoris *Ca.c.* 12 affectus *R* cir-  
 cumdatus *O* crassiore *v* hac *Op.c., om. V* 13 immortali *Ra.c.*  
 per *om. Cv* 14 cognoscit *A* 15 a *om. V* gessit *V* etiam  
*om. A* hac—morte *V* 16 intrasecari *v* 17 ne\* *O* 20 in hunc]  
 huic *C* 21 abest *Va.r. a Vp.r.m.2* cura] causa *V* nusquam *om. V*  
 emendationisque *Vp.c.*

riis prostrationibus, e caelo prodigiis, signis ex aëre e terra  
e mari, uirorum urbium gentium insperatis subitisque subuer-  
sionibus, ex quibus omnibus adterere atque elimare malitiam  
2 studium gerebatur. uerum quia cor hominum a iuuentute  
diligenter crescebat ad mala uehementius inualescente lan- 5  
guore, mortalium genus longe lateque labes populata grassatur  
diffusis ubique homicidiis adulteriis periuriis inpudicitiis stupris  
et, quod est nequius omnium, cultibus idolorum; scilicet  
diuinus honor a creatore ad opera eius creaturasque transla-  
3 tus. quae omnia quoniam maiore ope atque auxilio indigebant, 10  
maiora sine dubio etiam remedia deposcuntur, hoc est ipse  
sermo dei, qui est ante saecula, qui est inuisibilis et  
incomprehensibilis et incorporeus, qui est initium ab initio, qui  
est lux de luce, fons uitae et inmortalitatis, figura uera et  
expressa substantiae dei, signaculum ueritatis, imago inuisi- 15  
4 bilis dei patris, sententia et sermo. hic ad imaginem suam,  
quam prius ipse condiderat, uenit et carnem suscepit  
propter carnem et animae rationabili propter animam meam  
miscetur similia similibus purificans et expurgans. et fit per  
omnia homo absque peccato editus ex uirgine etiam ipsa 20  
anima et corpore inmaculata; oportebat enim honorari quidem  
natuitatem humanae conditionis, gloriam tamen uirginitatis  
5 praefferri. cum ergo processisset ex uirgine deus in ea quam

19 cf. Hebr. 9, 14

1 signis *ex ignis C* e terra e mari [ἐκ γῆς ἐκ θαλάττης] terrae  
maris O terra mari A et terra et mari Cv 2 inseparatis R 3 ad-  
terrere R,Ca.c. adherere V malitiae Cv 5 diligenter om. A  
ad mala] ad malitia R ad malum A uehementius—languore om. R  
inualiscente O 6 crassatur AV 7 adulteris Oa.c. in pudicis  
RVa.c. inpudiciciis RVp.c.,C 9 honor ē Cp.c.,v creaturasque eius C  
tralatus (*add. s. l. est*) R 10 auxilio] alio R 14 mortalitatis V  
et alt. om. C 16 sententia [ὅρος] scientia R essentia V hic  
propter hunc ad imaginem suam quem prius ipse condiderat uenit A  
18 animae] anima A 23 processisset A in eam Ca.c.

adsumperat humana natura, unum e duobus sibi inuicem contrariis existens, carne ac spiritu, aliud in deum adsumitur, aliud deitatis gratiam praestat. o noua et inaudita permixtio! o mira et exquisita conpago! qui erat fit et creator creatur et 5 qui immensus est capitur mediante anima deo et carni. et ille qui omnes diuites facit pauper efficitur; pauper namque est in mea carne degens, ut ego possim suscipere diuitias deitatis eius. ille qui perfectus et plenus est euacuatur; euacuavit enim se a forma et gloria dei ad tempus, ut ego possim de illius perfectione 10 ditari. quaenam sunt istae diuitiae bonitatis dei? quidistud, queso, 6 est quod erga me mysterium consummatur? suscepit imaginem diuinitatis eius, non seruauit. ipse nunc suscepit imaginem carnis meae, ut et imaginem quam dederat repararet et carnem immortalitate donaret. secunda utitur participatione nobiscum 15 multo magnificentiore quam prima; tunc enim de suis meliora donauit, nunc ex nostris deteriora suscepit. hoc dono priore diuinius, hoc intellegentibus uirtutem mysterii nobilius et excelsius.

14. Sed quid aiunt nobis in hoc loco calumniosi isti, qui 20 nobis uelut seuerissimi quidam discussores diuinitatis procedunt accusantes ea quae omni ueneratione digna sunt et honore, tenebrosi etiam in luce, inperiti erga sapientiam, pro quibus Christus gratis mortuus est, creature ingratae aduersum crearem suum, figmenta diaboli, exprobrantes deo beneficia sua? propterea minor est, quia propter te humilis est, 25 quia ad errantem ouem uenit pastor bonus, qui animam suam

23 cf. Gal. 2, 21 26 cf. Ioh. 10, 11

1 humana—existens *in mg. O* 2 exsistens *R* ac] et *Av* aliut *O, Ca.c.* 3 aliut *OC* gratiam—mira et *in mg. O* 4 inexquisita *OCVv* 5 immensus *ex inmissus Om2* et *alt. om. A* 7 ille es *R* 8 plenus *R* uacuatur *Cv* se enim *v* 9 ut et ego *V* illis *Ra.c.* 10 quaenamque *ACv* quid *Rp.c.* quod *cet. v* 11 misterium *O* consumatur *O* 16 dono] donum *RCp.c.* 17 uirtute *R* misterii *O* 19 qui] quid *A* calumn.] add. contra arrianos *R in marg.* 20 quide *R a.c.* 22 periti *V* 23 aduersus *V* 24 diabuli *Ca.c.* zabuli *OA* 25 te s. l. *R* 26 quia] qui *C* ut pastor *V* quia *OCv*

posuit pro ouibus suis, quia montes et colles circumiens, in quibus idolis immolabas, errantem te requisiuit et inuenit et inuentum humeris suis inposuit, quibus et lignum crucis portauit, et reuocauit te ad supernam et caelestem uitam et illuc reuocans inter eas te oues quae non errauerant conlo- 5 cauit? quia lucernam accendit carnem suam et domum mundauit expurgans mundum peccatis et dragmam requisiuit, imaginem deitatis stercore uitiorum et ruderibus passionis oppressam, et conuocat amicas sibi caelestes uirtutes ad laeti- 10 tiam dragmae repertae, ut et ipsae efficiantur participes laeti- 15 3 tiae, quae fuerant conscientiae mysterii carnis adsumptae? inputas quia praecurrente lucerna Iohanne uera lux Christus adest et uocem sermo subsequitur, quia paranympnum praeparantem domino populum substantium et prouocantem per aquam ad testimonium spiritus prosequitur sponsus? haec sunt quae 15 inputas deo? propter haec eum minorem putas, quia linteo praecinctus lauat discipulorum pedes et ostendit tibi optimam uiam altitudinis humilitatem? quia propter incuruatum animam, quae Chananaea dicitur, ipse se humiliat, ut illam secum exaltet, quae pro peccato inclinabatur et mergebatur in terram? 20 4 illud autem quomodo non accusas quod et cum publicanis manducabat et apud publicanos et ex ipsis discipulos adsumebat, ut lucrifaceret quid? peccatorum salutem. nisi forte et medicum culpes, si eum inclinantem se ad uulnus

2 cf. Luc. 15, 4—6      6 cf. Luc. 15, 8—9      16 cf. Ioh. 13, 4 sq.  
19 cf. Matth. 15, 22—28      21 cf. Matth. 9, 11. Marc. 2, 16. Luc. 5, 30

1 ponit *OA*      qui *A*      circuiens *V*      2 te *om. A*      et etiam  
inuenit *v*      3 umeris *Ra.c.*      4 portabit *Ra.c.* [reuocauit] reportauit *V*  
5 illuc *om. R*      errauerunt *OCv* erant *R*      8 sparsionis *R*      9 amicas  
*bis OA, RCa.c.*      11 consci *O*      misterii *O*      12 xp̄i *R*      13 uoce *V*  
15 subsequitur *v*      17 optiuā (corr. optatiuā et s. *m2* & oportuā) *R*  
optiā *Ca.c.*      18 uiam *om. R*      incuruatum *Ca.c.*      19 cananea *ROAv*  
chananea *VC*      20 in terra *Av*      21 accuses (s. alt. *m2*) *R*      23 ut]  
et *Ra.c.*      ut lucrif. quid?] ut lucrif. quidem *OA* ut lucrif. peccatores  
qui *V* ut lucrif. et quid *C* ut lucrif. *v* ut <et ipse quid> lucrif.? quid?  
(*τινα καὶ αὐτός τις κερδάνης; τις τοῦτο;*) *Wrobel*      salutem] *add.* expecta-  
bat *V*      24 se *om. A*

uideas et corporum contrectare ac ferre putredines, ut sanitatem laborantibus tribuat, aut eum qui in foueam uel uoraginem caeni deiecto manum porrigit pro misericordia, ut liberet eum qui incidit prolapsus in foueam. quod etiam in legis 5 umbra designabatur, cum conlapsum iumentum erigi mandabatur.

15. Missus est quidem, sed ut homo — duplex enim erat in eo natura —; inde denique et laborauit ex itinere, inde et esuriit et sitiit et contristatus est et fleuit humani corporis 10 lege. quod si etiam ut deus, quid hoc derogat? missum putato per hoc quod uoluntatem patris libenter amplectitur, ad quem etiam refert omnia quae agit et ut patri deferens, a quo exiit et uenit in hunc mundum, quo scilicet omnia ad originem referantur, et ut ne uideretur esse contrarius deo. nam et 2 15 traditus dicitur et se ipsum scribitur tradidisse, et a patre dicitur suscitatus et se ipsum, id est corporis sui templum, suscitasse perscribitur et adsumptus dicitur in caelum et ascendisse designatur. in quibus omnibus ostenditur in altero paternae concordia uoluntatis, in altero propriae potestatis 20 auctoritas. tu autem ea quidem profers quae inferiorem eum 3 uidentur ostendere, quae autem excelsum et aequalem deo designant pertransis et retices. et quod passus est quidem inputas, quod autem uoluntate passus est non commemoras. ecce quae patitur etiam nunc uerbum dei: ab aliis quidem 25 ueneratur ut deus, sed confunditur et permiscetur, ab aliis uero pro carnis adsumptione inferior habetur et a deitate separatur. quibus magis irascatur, immo quibus magis indulget? his 4 qui male iungunt an his qui sceleratus separant? nam et

4 cf. Deut. 22, 4 16 cf. Ioh. 2, 21

1 putrudines *R* putridines *O,Ca.c.* putredine *A* 4 inciderat lapsus *R* umbra legis *A* 5 post mand. *add. glossema v.*, cf. *Praef.* 7 est s. l. *Cm2* ē quidē christus *v* in eo erat *O,A* 9 sitit *C* 10 derogas *Op.c.,v* missum puto *A* 11 ad quem] Namq: *C* 14 ne] non *VCv* 15 semet *V* 17 suscitare *Cv* 19 proprie *O* 22 pertransire et reticere *V* pertransisse retices *A* 23 in uoluntate *O* 24 uerbo *Ca.c.* 28 et *om. Cv*

illos oportebat secernere et istos sociare, id est illos proprietatem filii patrisque secernere, istos deitatis substantiam in nullo penitus separare. offendit te caro? hoc et Iudeos et Samaritas. non credis deitati? hoc iam nec daemones fecerunt. quid agitis uos, si et supra Iudeos infideles et supra daemo- 5  
 5 nes increduli inueniamini? Iudei cognominationem filii aequalitatem deitatis intellexerunt, daemones eum, qui se de obsesis corporibus effugabat, deum credebant — persuadebantur enim ex his quae patiebantur —, uos neque aequalem patri filium cum Iudeis cognoscitis neque cum daemonibus 10 confitemini deum. expediret uobis, ut arbitror, uel circumcidet uel daemone urgeri — ut ridiculi aliquid dicam — quam in praeputio et sanitate et Iudeis et daemonibus grauius blasphemare.

16. Et paulo quidem post uidebis etiam fluento Iordanis 15 purificari Iesum, sed purificationem meam, immo potius sui purificatione sanctificantem aquas — non enim ipse purificatione indigebat qui tollit peccatum mundi —; simul tamen uidebis etiam diuidi caelum et consanguinei — si dicit potest 2 — spiritus eum testimoniis praedicari. iterum uidebis eum 20 in temptatione, sed uincentem, et angelos ministrantes, curantem quoque omnem languorem et omnem infirmitatem, et uiuificantem mortuos — atque utinam uiuificet et te, quem video incredulitate iam mortuum! —, uidebis quoque eum fugantem daemones nunc per semet ipsum, nunc etiam per 25

15 cf. Matth. 3, 13—17. Marc. 1, 9—11. Luc. 3, 21. 22 18 Ioh. 1, 29 21 cf. Matth. 4, 1. 11. Marc. 1, 13. Luc. 4, 2

2 fili *Ra.c.* 3 iudeos infideles *Ov* 4 samaritanos *v* iam] etiam *V* demones *O* (*passim*) 5 iudeos *O* doemones *A* 6 fili *Ca.c.* 7 doemones *A* demon *V* oppressis *v* 8 credebat *V* 11 expediret ex expeteret *C* 12 urgueri *OAC* 13 in (n s. l.) *R* p iudeis (p s. l.) *O* grauius *om.* *O* 15 uidebis ihm *V* fluentis *Cp.c., v* 16 purificationem meam ( $\tau\eta\gamma\ \epsilon\mu\gamma\ \kappa\alpha\theta\alpha\sigma\tau\eta$ )] purificatione mea *CVp.c., Av* 18 iegebat *R* peccatum ( $\tau\eta\gamma\ \acute{\alpha}\mu\alpha\tau\eta\alpha$ )] peccata *A* 19 si dici potest *om.* *R* 23 et atque *OV, RCa.c.* et ad quae *A* et ante te *om.* *ACv* 24 uidet *v* in incredulitate *A, Cp.c., v* 25 demonas *O, Ra.c.*

discipulos suos, et paucis panibus innumeris multitudines satiantem, sed et pelagus pedibus incidentem. tum deinde uidebis eum proditum et cruci adfixum secumque simul cruci mea peccata adfigentem. uidebis eum uelut agnum offerri 3  
 5 hostiam et uelut sacerdotem se ipsum hostiam offerentem. uidebis eum ut hominem sepultum et ut deum resurgentem et ascendentem ad caelos, unde et uenturus est. o quantae mihi per haec singula festiuitates nascuntur! quanta in unoquoque eorum Christi latent adoperta mysteria! quorum tamen 10 omnium haec summa est: perfectio et reformatio mea et status illius, quem Adam primus acceperat, reparatio.

17. Sed nunc interim nativitatis eius suscipe sollemnitatem et exulta, si non potes ut Iohannes ex utero, certe uel ut Dauid in conlocatione arcae testamenti tripudia. uide eum 15 propter te etiam capite censis adscribi, ut et tuum nomen adscribatur in caelis. uenerare nativitatem, per quam terrenae nativitatis uinculis liberatus es; honora Bethleem pusillam et minimam, per quam tibi regressus ad paradisum patefactus est; uenerare praesaepe illud, per quod, cum essem 20 paene iam mutum animal, pasceris nunc uerbo et ratione dei. agnosce ut bos possessorem tuum — Esaias praecipit 2 tibi — et sicut asinus praesaepe domini sui, siue tu mundorum animalium quis es et eorum qui ruminare norunt et uerbum dei ad memoriam sui recordationemque reuocare, 25 quique etiam diuinis sacrificiis atque altaribus apti sunt, seu

13 cf. Luc. 1, 41 14 II Reg. 6, 14 16 *uenerare—liberatus es*] cf. August. Op. imperf. c. Iulian. 52. 53. 70 (XLV 1075. 1077. 1093 M.); *uenerare—patefactus est*] cf. August. c. Iul. I 5, 15 (XLIV 650 M.)  
 17 cf. Mich. 5, 2. Matth. 2, 6 21 cf. Esai. 1, 3

2 supra pelagus *v* pelagos *OCa.c.* tunc *C* 3 crucifixum *v* cruci *om. Cv* 4 mea pecc. adfig.] adfixum mea pecc. *V* 5 semet *V* 6 ut *pr.* *om. v* 7 in caelos *Cv* 8 singula iam enumerata *v* noscuntur *R* 9 mysteria adoperta *V* adoperata *A* 10 summa hec est *v* 11 prius *OACVv* 13 exul *R* iohannis *O* 15 censis *Engelbrecht* census *codd. v* 17 est *O* bethlem *RO* 20 paenitus *R* 21 precepit *OCv* 22 sui] tui *V* 23 quis es *O* qui es *C* uis esse *V* *pr. et om. VCv* quae *V*

certe ex inmundis es animalibus et neque cibis neque sacrificiis deputatus es, sed es ex parte gentilium. duce utere stella, usque quo peruenias ad puerum, et cum magis offer munera aurum tus et myrram ut regi et deo et propter te 3 etiam morituro. cum pastoribus uenerare, cum angelis hymnum 5 dicio, cum archangelis choros ducito. sit nobis communis ista sollemnitas terrestribus cum caelestibus. certus sum etenim quod etiam caelestes uirtutes hodie nobiscum pariter in hac sollemnitate gloriantur; diligunt enim et homines et deum. denique docet nos et Dauid cum inducit caelestes uirtutes 10 ascensionem ad caelos domini comitantes, alias quoque in occursum uenientes et portarum adleuationem sibi inuicem iniungentes in honorem regis a magnifico proelio cum triumpho redeuntis.

18. Admirare etiam illa in natuitate Christi paruolorum 15 prima martyria Herodis scelere perpetrata, et statim ab initio natuitatis ac manifestationis Christi ad patientiam mortis armare; et prima iam tibi aetas meditetur ferre martyrium. si in Aegyptum fugerit, tu quoque imitare et sequere fugientem; inuenies etenim eum in Aegypto ignorantiae tenebras 20 effugantem et idolorum uanitate discussa dei ueri cultum 2 uenerationemque reparantem. percurre sine querela singulas quasque aetates Christi uirtutesque eius singulas imitare sicut fidelis discipulus. ne circumcisionem quidem eius erubescas accipere et circumcidere abs te omne quidquid illud est 25 quod humanae naturae uitio in te operitur et tegitur. sed et

10 cf. Ps. 23, 7—9

1 animalibus es *V* 3 quo usque *A* peruenies *Ca.c.* puerum ihesum *v* 4 thus *ROACv* mirram *AVv* et *ante deo om. OA* 5 etiam] iam *v* hymnum *RAV* 6 chorū *R* 10 inducit *RCa.c.* 11 in caelos *V* committantes *R* alios *A* 13 in honore *A* a] et *RCa.c.* e *V* de *Cp.c,v, om. OA* 16 martyria] mysteria *Cv* scelerata *C* 18 tibi iam *OA* 19 egyptum *RO* 20 egypto *R* 22 querella *RCa.c.* quaerella *O* 23 imitare per singula *Cv* per singulas *OAV* 24 nec—quidem *Cv* circumcisionem *A* 25 circumcidet// *O,v* quiequid *Rv* 26 quo id *ex quod O quo Cp.c.* uitio] uis *CV,Ra.c.* uitii *Ov ui Rp.c.*

in templo eum imitare interrogantem seniores et docentem  
 ignorantes. imitare etiam eum effugantem et eicientem de  
 templo eos qui religionem dei quaestum esse arbitrantur et  
 uendunt ea quae in domo dei geruntur. sed et si lapidandum 3  
 5 tibi fuerit sustine et patere; transies sine dubio per me-  
 dium eorum, quia sermo dei, sicut alligari non potest, nec  
 lapidari potest. et si Herodi fueris oblatus, nec respondeas;  
 admirabitur enim et eo magis erubescet silentium tuum. sed  
 et si flagella adhibebuntur et uerbera, libens gaudensque  
 10 suscipe, quia dignus habitus es pro Iesu nomine pati. si fellis  
 tibi gustus adhibetur et aceti, amplectere; per hoc enim  
 diluetur primus ille male delectabilis gustus. sputa palmas 4  
 colaphos suscipe, nec spineam refugias coronam; aspera enim  
 et dumis ac sentibus horrida est uirtutis uia. induere ueste  
 15 coccinea et totis Christi passionibus adornare; accipe calatum  
 uelut discipulus scribae uelociter scribentis; adorare ab inluden-  
 tibus ueritatem; ad ultimum simul cruci adfigere, simul et  
 consepeire cum Christo, ut et simul resurgas cum Christo  
 et simul glorificeris cum eo simulque conregnas uidens deum,  
 20 in quantum uideri possibile est deum, quem in trinitate

6 cf. II Tim. 2, 9 18 cf. Rom. 6, 4

1 templum *Ca.c.* 2 eum *om. v* de] e *v* 3 eos] eius *RA* arbi-  
 trantes uendunt *Cv* 4 si lapidandum tibi fuerit (*λιθάσθητι, ἀν τοῦτο*  
*δέη παθεῖν*); *suspiciatur quispiam duo enuntiata haec* ‘*si lapidandus fueris*’  
*et ‘si moriendum tibi fuerit’ in unum esse confusa, quae tamen ratio*  
*argutior uidetur esse quam uerior; facilius rem expediās, si tibi datiuūm*  
*loci esse destinatiue statuas, quo lapidandi actio dirigatur, uel, si ma-*  
*uīs, datiuūm incommodi* 5 *transiens OA* medio *Ra.c.* 6 dei]  
*domini v* allegari *Ra.c.* 7 Herodi] ante iudicem *Vp.c.* ne *O,Cp.c.,v*  
 8 erubescit *R* 9 adhibebantur *O* 10 quia] si *OACVv* pro (iesu  
*s. l. m2) nomine C* pro eius (eius *R s. l. om. O*) nomine *RO* ihū pro  
 nomine *V* pro nomine eius *A* fellis] flagellis *Oa.c.* 12 diluitur *CVv*  
 palmos *V* 13 colafos *RO* colaphas *A* suscipere *R* aspera etenim  
 et dumosa *A* 14 et dumis *om. R* horrenda *R* uia uirtutis *V*  
 15 coctinea *V* 16 discipulis *Aa.c.* 17 ueritatem *R* adçonfigere *R*  
 configere *cet. v* 19 uides *ACv* dn̄m *R* 20 in quantum (*ζεον*)  
 ut *OACVv* possibile ē uidere deum *A* uidere *AC*

ueneramus et adoramus et colimus, quem et nunc manifestari nobis optamus, in quantum uinctis in carne possibile est, per Christum Iesum dominum nostrum, cui est gloria et potestas in saecula saeculorum. amen.

2 optamus om. *R*      3 Iesum om. *Cv*      nostrum—*p. 113, 9* oculis et abditis om. *A*      4 amen om. *O*; add. DE LUMINIBUS QUOD EST DECUNDIS EPIPHANIIS *R* GREGORII EPISCOPI DE EPIPHANIIS. SIUE DE NATALE DNI. EXPLICIT LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER TERTIUS DE LUMINIBUS QUOD EST DE SECUNDIS EPIPHANIIS FELICITER *O* EXPLICIT SCDS LIBER. INCIPIT EIUSDE TERTIUS DE LUMINIB; Qd EST SECUNDIS EPIPHANIIS *V* EXPLICIT DE EPIPHANIIS SIUE NATL DNI. INCIP DE LUMINIB; QUOD È SCDS EPYPHANIIS *C* EXPLICIT DE THEOPHANIIS SIUE NATALI DOMINI Incipit de luminibus id est de secudis theophaniis *v*

---

III.

DE LUMINIBUS QUOD EST DE  
SECUNDIS EPIPHANIIS.

*R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.

*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.

*A* = codex Atrebaten sis 621 saec. X.

*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.

*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.

*v* = editio princeps Argentinae 1508.

### III.

#### DE LUMINIBUS.

1. Iterum Iesus meus et iterum mysterium, mysterium non erroris alicuius aut turpitudinis, sicut se habet gentilis error  
5 et temulentia, sed mysterium excelsum et diuinum, quod etiam hominibus superna conciliat. sanctus etenim hic lumen dies, 2 ad quem conuenimus et cuius sollemnitatem hodie celebramus, de baptismo quidem Christi sumit exordium — est enim uerum lumen, quod inluminat omnem hominem uenientem 10 in hunc mundum —, efficit autem meam purgationem et reparat illud lumen, quod ab eo acceptum ab initio per peccatum obscurauimus et obteximus.

2. Quam ob rem audite uocem diuinam, per quam nobis caeleste mysterium de superioribus personat; dicit enim: ego 15 sum lux mundi. et ideo accedite ad eum et inluminamini et uultus uestri non erubescet, dum uero lumine consignantur. regenerationis tempus est: renascamur denuo; reformationis tempus est: in id quod fuit prius Adam reformemur; non permaneamus quod sumus, sed efficiamur quod fuimus. lux in tenebris luceat, in hac scilicet 20 uita et in hac carne, et tenebrae eam sectantur quidem, sed non comprehendetur, id est contrariae uirtutes, quae pro-

8 Ioh. 1, 9    14 Ioh. 8, 12    15 Ps. 33, 6    20 Ioh. 1, 5

3 ih̄s OCV    4 gentis R    5 temulentia O    7 conuenimus (c s. l.) R  
solemnitatem O solemnitatem v    8 sumit (λαμβάνει) sumpsit (p s. l.) C  
11 ab eo] \*abeo O    acceptum est R    12 obscuratum// (tum in ras.) P  
obteximus (ctū m2 s. x̄im̄us) R    14 sonat OV    16 erubescunt V  
17 est om. V    et renascerunt V    18 prius fuit v    19 refor-  
metur (m s. t.) R

siliebant quidem uisibili Adam, sed uincebantur ab inuisibili uerbo dei, ut nos abientes opera tenebrarum accedamus ad lucem et efficiamur etiam ipsi lux participatione lucis aeternae. haec est diei huius gratia, haec est mysterii huius uirtus, quae uos humo eleuet et caelo societ, sicut et sermo progre- 5 diens edocebit.

3. Numquid tale aliquid purificatio legis habuit umbram habens futurorum bonorum et temporales aspersiones cinere uitulae respergens et purificans pollutos? numquid tale aliquid in mysteriis suis habent paganorum delira commenta et 10 mysteria obscura, adinuentiones daemonum aut furiosae mentis uesana figmenta tempore confirmata et fabulis commendata?

2 ea enim quae tamquam uera adorant rursum ficta esse et composita per fabulas docent, quod, si essent uera, utique fabulosa non essent, cum sit omni genere contrarium sibi 15 ueritas et figmentum. sed agunt omnia tamquam uere pueri in plateis ludentes ac sibi inuicem inludentes: nulla ibi uirilis sensus et perfectae rationis assertio, nihil quod proferre ualeant aduersum cultores uerbi dei, a quibus omnia haec eorum uana commenta et sordida deteguntur. 20

4. Non ergo hic furtiu generatio Iouis, Cretensium tyronni. — licet gentilibus non placet — neque Curetum uoces et cymbala et armorum sonus plorantis dei sui furantia uagitum, quo saeu parentis parricidales haustus puer et ipse patricida

1 ad (b s. d) *O* 2 accendamus *C* 4 dei *R.a.c.* haec \*st (corr.  
*m.2*) mysteria huius uirtutis *C,v* est *om. R* 5 et alt. *om. V* 8 et  
 temporalis aspersionis cinerem *'Cv* adspersiones *R* cineris *V*  
 9 pollutus *O.a.c.* 10 habent in mysteriis suis *O* delira (delubra *C*)  
 commenta *RCV* delubra commenta *v* deliramenta *O,Vp.c.* 11 ad-  
 inuentiones mut. *m.2 in* aut inuentiones *C* aut inuentiones *v* 13 ea]  
 ecce *Ov* 14 fapulas (b s. m) *R* 15 cum sint—contraria *v* 16 ueri *V*  
 17 laudantes (s. & ludentes *m.2*) *R* ac sibi inuicem inludentes *om. V*  
 19 aduersus *V* 22 placeat *Cp.c.,v* uocis *C.a.c.* 23 plorantia dei  
 sui furtiu uagitu *v* 24 quas (o *m.2 s. a*) aeu parentis (i s. e) parici-  
 dales (e ex i) ausus (haustus fuit) *C* parentes *O* parricidalis *R*  
 ausus *v* parricida *ACv*

futurus effugeret et digno parente dignus heres, pro quo  
 lapidem absorbuerat, nutriretur. non hic Phrygum secturae <sup>2</sup>  
 furiosae nec tibiae uel Corybantes sonant uel quaecumque  
 deorum matri tamquam matri talium filiorum obscenis et  
<sup>5</sup> inuerecundis celebrantur arcanis, quae occultantur diligentius  
 et teguntur non pro numine sed pro turpitudine. neque puellae  
 apud nos raptus celebratur et matris error ac planetus, non  
 Triptolemus nec dracones, non illa quae mystae talium in  
 occultis et abditis uel faciunt uel patiuntur. erubesco etenim <sup>3</sup>  
<sup>10</sup> in lucem proferre et in diem nocturna dedecora, in quibus  
 turpitudo mysterium nominatur. norunt Eleusiniaci mystae  
 quod silentio premitur, quod uere silentio dignum est. non  
 hic Dionysiae teletae et informis partus ex femore nec uirilis  
 species in feminam resoluta nec ebriosorum chorus uel solu-  
<sup>15</sup> torum militum turmae, quae insipientibus Thebaeis honori  
 sunt, nec Semeles fulmen adoratur. non apud nos lupanar <sup>4</sup>  
 Ueneris et meritorium mysterium ducitur, cuius, ut ipsi dicunt,  
 turpitudo consecrationi est. non phallos aliquos neque ithy-

1 effugiret *Ca.c.Op.c.m.2* parenti *OCVv* dignos (u s. o) *O*  
 2 obsorbuerat *V* frigum *RCv* fri\*gium *O* frigidum *V* satyre *v*  
 3 tybiae *O* coribantes *Cv* choribantes *V* 4 obscelis (n s. l) *R* et  
 obscenis *v* 5 inuerecundijs *O* archanis *OCVv* 6 numine *v* nomine  
*codd.* turbidine *Oa.c.* apud nos puellae *V* 8 treptolemus (i s.  
 pr. e) *O* treptolemus *CV* treptolomeus *v* myste talium *O* mysta et  
 aliud *R* (ud *ex* u) *C* miscet alium *V* 9 abdytis (b s. l) *R* ditis *V*  
 10 post proferre *eras. pferre R* 11 nominantur *A* eleusini ac miste  
*v* eleusini acymiste *C* myste (riū s. e) *R* misteria *Vp.c.* mistae *A, Va.c.*  
 12 silentiū *utroque loco C* premitur—silentio s. l. *O* et uere *V*  
 silentium *A* 13 dionisię teletę *V* dionisiae delece (s. l delicie) *R*  
 dionisi et aeletaę *O* diunisi et æleteę *C* dionisiae telatae *A* dionisi et  
 clete *v* 14 resolutam *OCv* choros *V* [solutorum] lutorum *V*  
 15 quae insip. Theb. honori sunt = Θηβαίων ἄνων τοῦτον (scil. στρατὸν)  
 τριμῶσα thebeis *ROCv* 16 similis (l e s. *utroque* i) *R* similis cet.  
 adoratur fulmen *v* flumen *A* non apud—18 consecr. est om. *A*  
 17 et (e s. et) meritorium *R* et meretricū et meritoriū *v* meretorium *C*  
 ut] et *C* 18 consecratio *R* fallos aliquos *exp. R* fallos *OCVv*  
 falsos *A* isty' fallos *R* ytyfallos *O* ityfallos *CVv* ityfalsos *A*

phallos turpes et habitu et actibus ueneramur. non cruenta Taurorum gentis hospitia nec Laconum puerorum flagris productus sanguis offertur altaribus nostris; et in hoc solo male fortes, cum in ceteris effeminatius deam uirginem colant et idem in religione molles quidam sint et soluti, in mysteriis 5 uero crudeles et truces.

5. Non Hecates apud nos nocturni silentii terribiles aguntur ululatus nec Trophonii sub terra ludicrae diuinationis incerta nec Dodonaeae quercus responsa incerta nutantibus ramis. non Delphici tripodes ancipiti elocutione fallentes nec Castalii poculi 10 inaniter persuasa diuinatio, quae silentium suum diuinare non 2 potuit. nulla apud nos magorum inmolatio et in fibris quae sita praescientia; nulla apud nos Chaldaeorum astronomia et nativitates humanae astrorum caelestium cursibus ponderatae, qui nec se quidem ipsos quid essent agnoscere potuerunt. non 15 orgia Thracum apud nos sunt, a quibus et initia errorum huiuscemodi feruntur inuenta; non Orphei apud nos mysteria et traditiones, quem in tantum Graeci ut sapientem admirati sunt, ut chordarum eius pulsibus et citharae sonis obtempolare atque oboedire simulent uniuersa; non Mithrae apud 20 nos cruciatus et iusta supplicia his qui inbui talibus persuasi 3 dentur. nec Osiris membra diserpta et Aegyptiorum lamen-

1 cruentae **A** 2 tantalorum (ntal *in ras.*) **R** hospiciam **C** lac  
 omnium **C** fragilis **C** 3 solo *in ras.* **O** 4 fortes (i. s. e.) **O**  
 effiminati **R** colent eidem in regione **C** 5 iidem **v** quidem **OAv**  
 7 haecatis **R** haecaqtis **O** ecatis **V.a.c.** hecatis **A**, **Vp.c.** attis **C** 8 nec  
 Trophonii et typhonia **R** tritonia **OCv** triphonia **AV** terre **Ra.c.**  
 ludibrice **C** lubrice **v** 9 incertum **OACv** nutatibus **C** 10 delfici  
**ROC** defici **A** tripotes **C** anticipiti **R** anticipi **V** eloquutione **O**  
 fallentis **C** cartalii **A** 12 caldeorum magorum **v** febris **C, Oa.c.**  
 13 praescientia (ci. s. l.) **R** chaldeorum (l. s. r.) **R** chaldeorum **OC**  
 caldeorum **A** astrologia **R** nativitatis **ROC** 14 pondurate **C**  
 que **v** 15 ne **OAV** de se **v** ipsis **v** 16 trachum **C** 17 orfei  
**ROC** 19 cordarum **AC, Oa.c., v** pulsui **v** cytharae **RO** tithitrae **A**  
 20 mitrae **ROA** ithreeq **C** mitre **V** icheree cruciatus apud nos **v** 21 hii **V**  
 22 ne cosiris membre discerte (tq m2 corr. *in ta*) **V** menbra **C**  
 egyptiorum **RC**

tationibus perquisita; non Isidis error infelix neque hirci Mendesii nec Apidos uituli praeſaepe Memphiticis cultoribus stulta adulatione ueneratum neque illa quibus infamant magis quam honorant frugiferum Nilum, cum eum spicis comantem et 5 ulnis florentibus inundantem uitiae suae auctorem ac parentem putant.

6. Omitto pecudum et serpentium omnigenumque deorum monstra retexere, quibus singulis propriae festiuitates et dedecoris propria sunt deputata mysteria: sed — o error infelix! — 10 numquid in tantum sopiri et obrui in uobis debuit humanae naturae iudicium, ut, si forte deuiandum fuerat a ueri dei cultu, usque ad hoc ueniretur, ut simulacra uoce et sensu motuque carentia, humanae artis opera manuumque figmenta, colerentur? quid aliud uobis imprecarentur inimici, nisi ut 2 15 talia coleretis et in talibus spes et religio uestra penderet, ut mercedem quam oportuit erroris uestri, sicut ait apostolus Paulus, in his ipsis reciperetis, in quibus colitis? non enim tantum illis honoris desertis, quantum ex illorum dedecore uos iniuriae sumitis. o error exsecrabilis, sed exsecrabilior turpi- 20 tudo! stulti quidem qui adorant et, cum ipsis sint miseri et uiles, uiliora tamen sunt et miseriora quae colunt.

7. Sed in his inludantur familiae gentium et discipuli pagorum decepti fallacia daemonum. ab ipsis enim honor diuinus

16 cf. Rom. 1, 27

1 perquesita *O* perquesita *A*      ysidis *Op.c.*      hyrci *OA*, *om.* *R*  
 2 apidos (i s. o) *O* apidis *v*      memfiticis *R* mentifictis *A* menfictis *C*  
 sculpta *Cv*      4 eum *eras.* *V*      5 ulnis ( $\pi\hat{\eta}\chi\sigma\tau\omega$ ) culmis *O* (m s. n) *v*  
 culmen *C*      florantib; *C*      7 obmitto (b s. l.) *R*      pecudum *C*  
 serpentum *V*      deorum m. ret.] orsum (t s. §) monstrarent (n alt. s. l.)  
 exere *R*      8 monstra cetera ret. *v* monstrare texere *C*      singule *C*  
 et proprie festiuitatis *v*      et festiuitates *V,Ra.c.* et festiuitatis *C*  
 decoris *R*      10 soporari *Cp.c.,v*      manumque *Oa.c.*      15 in alia (t  
 s. in) *R* alia *Ca.c.*      uestra *om.* *Cv*      18 illis tantum *Cv*      honores *O*  
 19 iniuria *R*      21 uilis *Oa.c.*      22 includantur *v*      gentilium *OCV*  
 de deceptione demonum decepti fallacia dēmonum *C*      fallacie (a s. e)  
*O*      ab his *v*

idolorum ceterorumque similiū obiectione furatur et per diuersa errorum ac turpidinum genera humanum ab his genus uolutatur et mergitur iam inde, ex quo eiectos nos a ligno uitae per lignum sciendi bonum et malum non in tempore neque oportune commodeque gustatum habuere captiuos et <sup>5</sup> animum ipsum, qui in nobis dux et rector uitiae nostrae positus est a deo, falsis persuasionibus ac uitiorum adulatio-  
<sup>2</sup>nibus decepere. neque enim ferebant inuidi spiritus impune humanum genus ad caelum migrare de terris, cum ipsi de supernis in inferna deciderint. successio gloriae excitauit inui-<sup>10</sup> diam, et malorum suorum solatium putant, si, unde ipsi ceciderunt, illuc nullus ascendat. ista est inter nos et illos odiorum causa, ista certaminis; propter hoc imago dei obruitur et obscuratur in nobis. et quoniam non probauimus seruare mandatum, traditi sumus infidelitatis nostrae-legibus, ut erroris <sup>15</sup> nostri turpidinem turpitudo culturae ac religionis argueret et qui factorem caeli nostrumque dimisimus facturas nostrarum  
<sup>3</sup> manuum coleremus. nec sufficiebat hoc solum malum, ut qui creati sumus ad laudem creatoris et gloriam et ad imitandum eum qui nos fecit — in quantum possibile erat naturae huic <sup>20</sup> progredi — efficeremur uas quoddam uitiorum foedantium et consumentium interiorem hominem. nunc uero etiam in hoc progressi sumus, ut tam criminosos nobis deos statueremus, quorum exemplo uitiis nostris daretur auctoritas, ut non solum sine reatu fieret peccatum, uerum etiam instar diuinae simili- <sup>25</sup>

<sup>4</sup> cf. Gen. 2, 17

1 obiectionē *Cp.c.* per diuersa] peruersa *A* 2 turpidinum *R*  
<sup>3</sup> iam inde] deinde *v* nos *om. v* 5 commodequae *RO* gestatum  
 (*u.s.e.*) *R* 7 adolationibus *C,Oa.c.* 8 decipere *V,RCa.c.* ipnone  
 (*u.s.o.*) *R* 10 in inferno *R* ad inferna *v* deciderūt *v* successo  
 (*u.s.o.*) *O* 14 probauimus (*ἐδοξιμάσαμεν*) preualuimus *RO Cv* seruire *C*  
 17 et *om. V* qui *om. R* nostrorumque *Cv* demisimus *O* ut  
 (*s.l.*) facturas *R* manuum nostrarum *Av* 18 coloremus (*e.s.alt.o.*) *R*  
 21 fedantium *O* 23 progressimus (*om. sumus*) *A* deos nobis *Cv*  
 nos *R,Vp.c.* deos *om. V* statuerimus *Ca.c.* 25 fieri *Ca.c.* di-  
 uine *Cp.c.*

tudinis duceretur, nec ultra prorsus argendum uideretur quod deorum imitatione gerebatur.

8. Nobis uero, quibus iam donauit deus labem superstitionis erroris effugere et in ueritate seruire deo uiuenti et uero et 5 supergredi atque euadere totius creaturae cultum et quaecumque uersantur in tempore atque ipsos primos superare motus, debemus tam digne philosophari de deo et de diuinis rebus, quam nos edocet diuinae scripturae traditio. unde ergo nobis 2 incipiendum est nisi ab his quae prima esse omnium sapientissimus pronuntiat Salomon? ait enim: initium sapientiae timor domini. primum ergo incessum atque aditum ad sapientiam dei timorem dicit. non enim a theoria et rationabili inspectione sumentes initia in timorem peruenire debemus ad finem, quoniam scientiae desiderium et inquisitio quaestionum, 10 nisi timor dei praecesserit, effrenatos animos in praeceps agit. si uero anima timoris dei prima elementa suscipiat et per hunc purgatior et, ut ita dixerim, subtilior fiat, tunc poterit ad superiora condescendere. ubi enim timor dei est, ibi et 3 obseruatio mandatorum, ibi et purgatio carnis, quae se uelut 20 crassior quaedam et obscurior nubes animae obiciens considerare eam diuini splendoris radios non sinit. ubi autem carnis fuerit facta purgatio, ibi continuo erit et inluminatio; ubi autem fuerit inluminatio, ibi iam desiderii uota complentur et per

10 Prou. 1, 7, 9, 10

1 duceretur] dilueretur *v*      urgendum *O*      2 deorum] de eorū *R*  
 3 nobis (*ημῶν*) *per attractionem relatiui inuersam*] nos *V*      4 et *fin.*  
*om. v*      6 uersantur] probantur *Cv*      motos (*u.s. alt. o*) *RO*      7 de  
*alt. om. V*      diuinis *O*      8 per quam *A*      nos *om. Cv*      10 ait enim  
 de timore domini *v*      12 A THEOHUPIA (*s. a teoria*) *V*      theorea (*i.s.*  
*e*) *O*      rationabile *O* (*i.s. e*) *Ca.c.* irrationabili *A*      13 in timore *v*  
 14 inquesitio (*i.s. e*) *O*      15 ubi timor domini cesserit *v*      effrenatos *O*  
 16 elimenta *R* aelimenta *O*      19 post mandatorum *add.* dei *A*      carnis  
*om. R*      20 quaedam *om. C*      nubis *O* nobis *A*      21 ubi hec fuerit  
 carnis facta purg. *v* carnis facta fuerit *A* facta fuerit carnis *V*      22 pur-  
 gatio—autem fuerit *om. V*      erit et inluminatio—120, 13 sapientiam  
 in mysterio absconditam *om. R* post finem folii uersi      autem] hec *v*

illos primos aditus, quos aperuit dei timor, in ipsam iam sapientiae aulam atque ad interiora eius atria peruenitur.

9. Propterea ergo expurgari oportet prius et ita accedere ad eum qui purus est, ne forte etiam in nobis fiat illud quod accidit populo Israhel, qui non poterat ferre gloriam uultus 5 Moysi et propterea uelamen ponebat Moyses super faciem suam; uel certe quod Manue dicebat, unus ex iudicibus, cum ait: *peribimus, o mulier, quoniam deum uidimus.*

2 tale aliquid fortassis dicebat et Petrus, cum uelut grauari se putabat ex praesentia Iesu et dicebat ad eum: *exi a me, 10 domine, quia homo peccator sum;* uel ut Paulus auditu uocis diuinae orbatur lumine; nondum enim purgatus a persecutionis caede eum quem persequebatur arguentem se audit e caelo. tale aliquid docet nos etiam fidelissimi illius centurionis laudata responsio, qui cum sanitatem serui decumbentis 15 expeteret, praesentiam tamen et ingressum ad se domini recu-  
3 sabat. unde et fides eius magna pronuntiatur a domino intellegentis in illud hospitium inuitari et suscipi debere sapientiam, ubi iam nullus languor est, nulla infirmitas uitiorum, ubi nemo militans deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei 20 placeat cui se probauit, ubi iam nihil debetur Caesari et principibus huius mundi, ubi non diligitur mundus neque ea quae in mundo sunt. quodsi in aliquo adhuc horum detinemur et adhuc centuriones saeculi sumus, dicamus et nos ad sapientiam quia non sum dignus, ut intres sub tectum 25

6 cf. Ex. 34, 33    8 Iudd. 13, 22    10 Luc. 5, 8    11 cf. Act. 9, 8  
 14 cf. Matth. 8, 5—8    17 cf. Matth. 8, 10    18 cf. I Cor. 1, 30  
 19 II Tim. 2, 4    22 cf. I Ioh. 2, 15    25 Matth. 8, 8

1 timor dei *A*    deus *C.a.c.*    2 ad] in *C s. l. m2, v*    5 accedit *O* israheli *OCv* israel *V*    potuit *A*    6 mosi *C.a.c.* moisi *V*    ponebat uelamen *A*    moses *C*    7 manoe *OCV*    8 periuimus *V*    quoniam uidimus dominum *v*    10 ihesu *v*    11 uelut *v*    12 orbatus *A*    13 de celo audit *v*    14 e] de *C*    18 gentes (i s. e) *O*    in *om.* *A*    in illo hospitio *OCv*    inuitare *v*    suscipe (i s. e) *O*    19 langor *V*  
 22 principi *AV*    23 in aliquo *om.* *A*    adhoc (u s. o) *V*    et *om. v*

meum. si uero desideras et nimia cupiditate raptaris uidere Iesum, etiamsi breuis es in spiritu et exiguae proceritatis, erumpe et eleuare de terra, ad altiora concende, quaere aliquam sycomori arborem, sicut beatus ille Zachaeus. efficere 4  
 5 stultus huic mundo, ut sis sapiens apud deum, ac mortifica membra tua quae sunt super terram, efficere superior a corpore humilitatis huius, corporea omnia et caduca transcende: tunc audies uerbum dei dicere ad te: festina descendere, quia hodie apud te oportet me manere. et cum te 10 totum ac tua omnia prompto animo obtuleris, audies iterum quia hodie salus domui huic facta est propter quod et ipse filius est Abraham.

10. Idem enim ipse sermo dei et terribilis est pro maiestate naturae his, qui indigni sunt, et pro nimia bonitate aptat se 15 et inserit his quos inuenierit praeparatos, id est quicumque ex se nequam spiritum mundi huius fugauerint et animas suas diuina agnitione purgauerint et purgatas non torpori atque otio dereliquerint, sed bonis eas actibus et sensibus occuparint, uti ne spiritus ille nequam, qui fuerat electus, inueniens eam 20 mundatam et uacantem rursum adsumat alios septem spiritus nequiores se et habitet in domo illa, numerum spirituum malignorum contrarium numero spiritus bonitatis. sicut enim est 2

4 cf. Luc. 19, 2—4      5 cf. I Cor. 3, 18      cf. Col. 3, 5

6 cf. Phil. 3, 21      8 Luc. 19, 5      11 Luc. 19, 9      19 cf. Matth. 12, 43—45. Luc. 11, 24—26

1 uideri *O.a.c.*      2 ihm *C*      in *om. O*      3 descendere *OCa.c., A*  
 quere *Cp.c.*      4 sicomorari *O* sicomori *Cv*      zacheus *O* zaccheus *Ca.c.*  
 6 menbra *O, Ca.c.*      corpore] torpore *O*      7 huius humilitatis *Cv*      trans-  
 cendere *O*      8 uerba dei (*om. dicere*) *A*      ad te *s. l. O*      discende *O*  
 descendere *VA*      9 quia hodie op. me man. a. te *C* oportet me apud te  
 manere *A*      10 prupto *O*      12 abrah<sup>q</sup> *V*      13 magestate *O*      15 inserit  
 ut se his *v*      16 spiritum nequam *Cv*      18 derelinquerit *C*      19 inueniens  
 illam uacantem et mundatam *Cv*      20 adsumet *Ca.c.*      septem  
*om. O* *A*      nequiores *Ca.c.*      21 numerum—bonitatis (ζει καὶ τῆς  
 ἀρετῆς ἀπηριθμηται)] *accusatiuus ex adsumat pendens appositionis ad*  
*alios septem spiritus uice fungitur*      numerus *C, Op.c., v* numerum <ha-  
 bens> *mauult Wrobel*      22 contrarium (s. s. m.) *O* contrarius est *Cv*

Christus et Antichristus, ita — si dici potest — et spiritus et antispiritus. propterea ergo non sufficit effugere malum, sed oportet continuo etiam operari bonum, ut per singulas uitatum species introducamus Christum in habitaculum cordis nostri, ita ut nihil uacuum innueniat in nobis spiritus nequam, 5 in quod se uelut in uacuam possessionem ingerat et inmerget 3 et faciat nouissima nostra peiora prioribus. ideo ergo omni custodia serua tuum cor et ascensus in tuo corde dispone et innoua tibi noualia, ut non semines super spinas, sed semines iustitiae semina, sicut Salomon et Dauid 10 et Hieremias te commonent. et inluminemus nobis lumen scientiae, et ita demum loquemur dei sapientiam in mysterio absconditam, cum et inluminantis clarius fuerit lumen accensum et auditores purgatas aures et corda purificata detulerint, ut simul et dicentes et audientes diuina luce radiati et particeps horum quae dicuntur effecti mereamur in eandem imaginem transformari a gloria in gloriam tamquam a domini spiritu.

11. Quia ergo adtentiores iam et purgatores per uerbum fecimus auditores, quod superest — quae ad praesentem solemnitatem pertinent — disseramus et communem ducamus festiuitatem cum animabus religiosis et sanctis. caput ergo et principium sollemnitatis sit memoria dei. memorem enim esse

7 cf. Matth. 12, 45      Prou. 4, 23      8 cf. Ps. 83, 6      9 cf.  
Hier. 4, 3      10 cf. Os. 10, 12      11 cf. II Cor. 4, 6      12 cf. I Cor. 2, 7  
16 cf. II Cor. 3, 18

1 antechristus *O*      et *pr. om. Av*      2 antespiritus *OC*      effugire  
*Ca.c.*      3 oportet *cod. Bononiensis* 30 saec. *X m2, om. codd. nostri* haud  
scio an recte, si per zeugmatis figuram sufficit etiam ad operari pertinere  
statuimus      etiam et operari *Cv*      6 se *exp. C, om. v*      inregat (p.s. g  
*m2) C irrepatur v*      7 nostra nam *C*      ideo ergo dicitur *v*      8 cor  
tuum *v*      ascensores *O*      in corde tuo *V*      9 seminis *Oa.c.*      10 seminiş  
(a.s. is) *O*      sicut et salomon *Cv*      11 et *om. A*      iheremias *V*  
commonet *OAV*      12 loquimur *O*      13 a uoce cum denuo incipit *R*  
inluminati *Cv*      fuerimus *Cv*      lumine *Cp.c. man. rec.*      15 et *pr.*  
*eras. V*      16 eadem *OC*      17 transformare *A*      a *fin. om. R*      20 superest  
(est s. l.) *R*      21 disperamus (s.s. p) *R* disceramus (s.s. ç) *O*      22 ergo *om. v*

dei haec est uox laetitiae et salutis in tabernaculis iustum  
 rum, ubi de deo sermo est et dei gloria praedicatur. sane, si aliquid <sup>2</sup>  
 ex his quae prius diximus etiam hodiernus hic sermo praesumperit,  
 nemo miretur. neque enim uidetur absurdum eadem  
<sup>5</sup> saepe repetere, cum eadem dicendi materia proponatur, maxime  
 cum metus ingens obsideat linguam et horror inmensus  
 mentem animumque percurrat, cum de deo loqui proponimus.  
 opto autem etiam uobis auditoribus inesse affectum huiuscet-<sup>3</sup>  
 modi timoris in audiendo. deum cum nomino, uno lumine  
<sup>10</sup> inluminamini et tribus: tribus quidem secundum uniuscuiusque  
 proprietates siue subsistentias, ut aliquibus dicendum uidetur,  
 siue personas — nihil enim pro uocabulorum diuersitate dis-  
 sidendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas  
 prouocet intellectum —, uno autem secundum substantiae  
<sup>15</sup> uel deitatis rationem. diuiditur ergo, ut ita dicam, indiuisibiliter <sup>4</sup>  
 et coniungitur diuisibiliter; una est enim in tribus deitas et  
 tria sunt, in quibus est deitas, immo, ut uerius dicam, in quo  
 est deitas. amplius autem aliquid uel minus relinquamus, ut  
 neque fiat in unitate confusio neque in diuisione discidium.  
<sup>20</sup> pariter etenim abicienda est et Sabellii commixtio et Arrii  
 separatio; contraria etenim sibi, sed aequa in pia protulerunt.

12. Nobis autem unus deus pater, ex quo omnia,

1 Ps. 117, 15 23 I Cor. 8, 6

1 est om. R 3 prius om. v cum codd. quibusdam deterioribus pre-  
 sumperat O.a.c. 4 enim om. Cv 6 obsedeat (i.s.e) O 7 animum-  
 quae R 8 autem] hic v, om. A 9 ad audiendum A audiendo v  
 nomino R 10 inluminamini est imperatiuus ( $\pi\epsilon\rho\alpha\sigma\tau\rho\alpha\vartheta\eta\tau\varsigma$ )  
 add. R in mg.: recta fides de unitate substantiae et trinitate personarum  
 contra arrianos et sabellianos et om. Cv 11 proprietatis O siue  
 subsistentias—uidetur om. v subsistentias ( $\delta\pi\sigma\sigma\tau\alpha\sigma\varsigma$ ) substantias C  
 ut om. RC 12 siue V.a.c. diffidendum v 14 unum O autem]  
 hoc v secundum substantiam V 15 uel om. Cv 16 uisibiliter OC  
 17 trea (i.s.e) O immo—est deitas om. v 18 autem om. V hic v  
 20 commixtio] add. in mg. inf. cogita de natali domini R man. rec.  
 21 aequa] adaeque C

et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia,  
 et unus spiritus sanctus, in quo omnia. hoc ipsum autem  
 quod dicimus 'ex quo' et 'per quem' et 'in quo', non natu-  
 ram secamus; neque enim praepositionum syllabae mutatae  
 naturae ueritatem mutabunt, sed unius naturae sui cuiusque 5  
 2 nominis proprietatem designant. quod manifestissime indicatur  
 ex eo quod rursum in unum reuocatur ista ipsa diuersitas, si  
 quis tamen non transitorie apud ipsum apostolum legat illud  
 quod scriptum est, cum dixit: quia ex ipso et per ipsum  
 et in ipso omnia, et addidit: ipsi gloria in saecula 10  
 3 saeculorum. pater ergo pater est sine initio; non enim est  
 aliud aliquid, unde pater est. filius filius est, sed non absque  
 initio; de patre enim est. si uero temporale spectas initium,  
 et ipse sine initio est; creator namque est temporum et non  
 ipse initium sumit ex tempore. sanctus spiritus uere spiritus 15  
 sanctus est procedens quidem ex patre, sed non et ipse filius;  
 non enim generatur sed procedit, si tamen etiam in rebus tam  
 arduis et tam difficultibus explanationis gratia uti nouis appel-  
 4 lationibus fas est. neque ergo defraudatus est pater eo quod  
 ingenitus est, quia genuit; neque filius defraudatur eo quod 20

9 Rom. 11, 36 16 cf. Ioh. 15, 26

1 ihs RCVv 2 unum v in quo omnia et per quem omnia Cv  
 hoc autem ipsum A autem om. Cv 3 et in quo om. C natura C  
 4 secamus ( $\tau\epsilon\mu\nu\acute{\alpha}\tau\omega\eta$ ) separacamus R sillabae praepositionum A  
 6 manifestissime] mansuetissime O 7 in unum rursum OA 8 transito-  
 riae RCa.c., O 9 dicit A 10 sunt omnia A addidit OA ipsi  
 honor et ḡla in sc̄la sc̄lorum amen ( $\alpha\acute{\nu}\tau\phi\,\dot{\eta}\,\delta\acute{\nu}\acute{\alpha}\,\varepsilon\acute{\iota}\,\tau\omega\acute{\sigma}\,\alpha\acute{\iota}\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\acute{\sigma}$ .  $\dot{\alpha}\mu\acute{\nu}\gamma$ ) A  
 12 unde pater ē filii. (ex filius) filius ē R 13 temporale R expetis  
 Cv 14 et ipse—ipse initium om. R est alt. om. V 15 spiritus  
 sanctus OCv spiritus V uero OA 16 sanctus om. v ut (eras.  
 et) V 17 sententia si tamen—fas est inde explicatur, quod in textu  
*Graeco uerbis antecedentibus* non enim generatur sed procedit respondet  
*noua atque inuisitata dictio* οὐδὲ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς etiam  
 et in rebus R 18 difficultibus Ca.c. explanationibus V nouis  
 (uti nouis appellationibus = καινοτομῆσαι περὶ τὰ δινόματα) in nobis R  
 nobis ACV, om. v 19 ergo] enim Cv 20 est om. R genuit\*\* C  
 neque] nec (c s. l.) R , eo om. A

generatus est, quia ex ingenito generatur; neque spiritus sanctus in patrem refunditur uel in filium, quia deus est; etiamsi id inpiis non uidetur. proprietas ergo unicuique immobilis est, alioquin nec erit proprietas, si transfunditur et transfertur in alterum. isti uero qui ingenitum et genitum, id est 5 innatum et natum, ad naturae accipiunt diuersitatem, sine dubio etiam Adam et Seth diuersae inter se naturae fuisse defendant, quoniam Adam quidem plasmatus et factus est, Seth autem ex Adam et Eua per coitum generatus est. unus ergo deus 10 in his tribus et haec tria unus est deus secundum ea quae superius exposuimus.

13. Uerum quia oportebat non in supernis tantum adorari deum, sed esse aliquos etiam in terris qui adorarent deum in spiritu et ueritate, ut omnia replerentur gloria dei, quia omnia 15 plena erant deo, idcirco etiam homo diuinis manibus fabricatur et imagine eius honoratur. hunc autem inuidia diaboli et contaminatione peccati a creatore diuulsum despicere et neglegere non fuit dei. sed quid fit? quid de nobis agitur uel pro 20 nobis? noua quaedam et inaudita efficitur permutatio naturarum 25 et deus homo fit; et qui ascenderat super caelum caeli ad orientem sublimitate suae claritatis et gloriae, ad occidentem conuertit gloriam suam et occasum splendoris sui in hac uili et humili carne nostra recondit, et deo filius suscepit esse etiam hominis filius et hoc sui cognomen de se ipse profitetur

13 cf. Ioh. 4, 23      20 cf. Ps. 67, 34

2 in patre C      in patre] funditur (pat s. l.) R      uel] et v  
 3 etiamsi ab impiis (ab e corr.) R      proprietas] proprie R      immo-  
 bilis R      7 diuerte RO      defendunt R denfendant O      8 quoniam  
 quidem adam OA V      finctus OC      9 coetum Ca.c.      16 et ima-  
 ginem V      zabuli OA diabuli Ca.c.      17 despicere O      18 sed quicquid  
 fit de nobis agitur v      fit? quid] sit quod A      20 et ante qui om. Vv  
 supra OA      21 ad orientem sublimitate — gloriae = κατὰ ἀνατολὰς τῆς  
 ἤδης δύξης τε καὶ λαμπρότητος      sublimitatis RC sublimitates V      et  
 claritatis et gloriae R      22 occasu O      23 suscepit Cv cepit O inci-  
 pit A      24 etiam filius hominis A      de se ipso Rp.c., v

non conuersus ex eo quod erat — inconuertibilis namque est —, sed adsumens quod non erat — misericors enim est —, ut capi possit qui capi non poterat et per mediantem carnem sicut uelamine quodam interposito alloqui nos possit, quoniam quidem ferre sinceram diuinitatis eius naturam non erat cor- 5  
 3 ruptibilis huius nostrae fragilisque naturae. idcirco ergo incom- mixta miscentur et non solum natuitati nostrae deus uel carni superna mens uel tempori illud quod ante omne tempus est, uerum etiam uirginitati partus inponitur, quoniam et inpassibili passio conciliatur et inmortali mortis poculum propinatur. 10  
 4 nam quoniam inimicus noster artem suam sophisticam uinci non posse prae sumperat, sicut ipse nos spe deceperat deitatis promissae dicens: eritis sicut dii, ita nunc ipse carnis obiectione decipitur. et uelut hamo esca adoperto dum Adam carneum cupit uorare, deum intrinsecus inuenit adopertum. et 15 ita nouus hic Adam ueterem reparat, et condemnatio prioris absoluitur, dum caro pro carne restituitur et pro morte mors redditur, immo dum per mortem ipse auctor mortis punitur.

14. Et quidem ante non multos dies sollemnitatem natuitatis communiter celebrantes et de mundo pariter ac de his quae supra mundum sunt uerbi uoluptate ac deliciis luxuriantes cum stella cucurrimus, cum magis adorauimus, cum pastoribus inlustrati sumus, cum angelis hymnum diximus et gratias ei

13 Gen. 3, 5    22 cf. Matth. 2, 2    cf. Luc. 2, 9    23 cf. Luc. 2, 13—14

1 inconuersibilis *A*    2 etenim *A*    3 et (ut s. et) *R*    posset *A* capi *R*    4 interposita (o s. a) *O*    5 post eius eras. eius *C*    7 natuitatis *V*    carnis *A*    8 superna mens] supermanens *A* superna (a ex ac m.2) mens *V*    9 quoniam] quod *O*    11 nam] add. quomodo per incarnationem Christi diabolus captus et superatus est qui prius uicerat *R* in mg. sofistijcam *R* sofisticam *OC* 12 deciperat *CVa.c.* 13 nunc et ipse *R*    14 decepitur *Ca.c.* amo *O, Ra.c.* adoperato *O*    16 hic nouus adam *V*    condæmnatio *Ra.c.* condempnatio *Ov* pejoris (ri s. ei) *R*    18 immo *om.* *V*    ipse *om.* *A* ponitur *A*    19 ante\* *C* sollempnitatem *O* solemnitate *v*    21 voluntate *Cv* luxuriantes *ROC* 23 inlustranti *R*    hymnum *RAV* imnum *C, om. v*

qui in sua propria uelut peregrinus aduenit, ut nos peregrinos et aduenas inlustraret. sed nunc alia Christi gesta <sup>2</sup> pulsamus atque aliud mysterium commouemus, in quo non possum cohibere laetitiae uoluptatem, sed mente extoller et <sup>5</sup> efferor et propriae pusillitatis oblitus officium magni Iohannis, immo potius famulatum subire contendo uel gestio, et licet non sim praecursor, de heremo tamen uenio. Christus ergo <sup>3</sup> inluminatur, immo potius fulgore suo nos inluminat; Christus baptizatur, simul et nos descendamus, ut cum ipso pariter <sup>10</sup> ascendamus. Christus baptizatur — obserua diligentius; tibi enim necessarium est, ut scias quis est iste qui baptizatur uel a quo uel quando —, dominus a seruo, qui mundus est et sine peccato baptizatur tamen ab eo qui baptizat peccatores in paenitentiam, et tunc demum incipit signa facere et uirtutes, <sup>15</sup> quid ut per hoc doceat uel quid ut nos inde discamus? ita <sup>4</sup> nempe ante baptismum praeparari et cum hac humilitate accedere et tam perfecta uel spiritus uel carnis aetate, ut et praedicationi iam apta sit et agoni. discant ergo hi qui sub die deliberant nomina sua offerre ad baptismum nec aliquid <sup>20</sup> emendationis ad uitam aut correctionis ad mores praeparare conantur, quo possint aduentum diuinæ gratiae bene conposito in anima et diligenter innouato suscipere habitaculo. quamuis <sup>5</sup> enim remissionem et indulgentiam habeat praeteritorum baptismi

1 cf. Ioh. 1, 11      7 cf. Matth. 3, 1—4      13 cf. Matth. 3, 11

14 cf. Act. 8, 13

1 et nos *v*      2 *post* inlustraret *add.* egimus *Ov*      gesta christi *v*  
 3 alium *O* illud *v*      commonemus *Rv*      in *om.* *Cv*      4 uolūtātē *v*  
*extollerer* (*o s. e et t s. r.*) *R* extollere (*om. et*) *V*      5 efferor] afficior *v*  
 pussillitatis *O* pusillanimitatis *Vp.c. m2* 7 uenio *eras. R* 8 inluminator *Ca.c.*      inluminat\*\* *C* 9 descendamus *Oa.c.*      ut—Christus baptizatur  
*om. A* 11 est *post* quis *om. v*      13 in paenitentiam (*εἰς πετάνων*)  
*AVC* in paenitentia *RO* 14 signa facere] significare *V* 16 nemphe  
*R, Ca.c.* nemphae *Oa.c.*      mentem *A* praeparare *A* cum *om. C* in *v*  
 hac *om. R* accēdere *R* 17 et tam] etiā *in ras. R*      et per tam  
 fecta *C* spū *C* 18 iam] tam *O* apta sit] apparer *V*      discunt *R*  
 hii *R, Oa.c.*      sub hoc die *C* (*hoc m2 s. l. v*) 19 offerere *Oa.c.* 21 pos-  
 sent *Ca.c.* 23 praet. peccatorum gratia (*om. baptismi*) *R*

gratia peccatorum — gratia quippe est —, tamen futurae cautelae securitatique prouidendum est, ne forte ad eundem uomitum reuertamur. tum deinde etiam illud docet, quomodo subiectos esse oporteat eos, qui accedunt ad gratiam, his quibus dispensatio mysteriorum dei commissa est, maxime <sup>5</sup> etiam, si dignitate aliqua sibi uel sapientia praediti uidentur.

6 tertio etiam aetatis legitimum et maturum tempus ostendit his qui omne tempus atque omnem aetatem uel ad sacerdotium uel ad docendum oportunam putant. Iesus ad baptismum uenit et a Iohanne baptizatur: nemo dissimulet baptismum, <sup>10</sup> nemo contemnat, nemo certe praedicatoribus fidei et dispensatoribus gratiae dei non se cum omni humilitate et ueneratione subiciat. obserua tamen et tu, qui praees, quod triginta annorum erat Iesus; sine dubio autem et Iohannes amplius <sup>15</sup> aliquid agebat aetatis. et tu, antequam adolescas, antequam genas uestias barbis, iam docere uis, et hoc senes, et magister fieri ante quam discipulus cupis? quod certum est quia ideo leue et facile putas, quia id penitus ignoras. continuo namque ab his talibus Danihel ad exemplum profertur puer prophetans, et alios atque alios memorant, de quibus tale aliquid in iuuentute gestum scripturae historia refert, et mille exempla parata habentur in lingua; paratiore enim semper et meditati ueniunt <sup>20</sup>

7 hui qui contra ordinem aliquid et leges cupiunt obtinere. sed non continuo legem ecclesiis dedit, si semel aliquando aut

2 cf. II Petr. 2, 22. Prou. 26, 11    13 cf. Luc. 3, 23

1 gratia quippe est exp. *R*      futurae tamen *A*      2 cautaelae *O* cautellae *Ca.c.*      9 oportunum *OV*, *om. A*      *ihs RCv*      10 ne modis simul et *V* dissimolet *Ca.c.* dissimilet *v*      11 contempnet (a s. e) *O* contempnat *C*      12 non se] nisi *v*      secum *V* secundū *R*      14 *ihs RC* iohannis *O, Ca.c.*      15 agebat] habebat *A*      et tu] *add.* audiant qui ante legitimum tempus doctores et magistri fieri quaerunt *R* in *mg.* adoliscas *Ca.c.*      16 uestias *om. CV*      hoc exp. *C*, *om. v*      senis *Oa.c.* senex (*x in ras.*) *C*      17 discipulum *Ca.c.*      19 daniel *VA* profitetur (s. ἔρτυρ) *R*      20 memora.t *V* in iuuentutem *C*      21 istoria *C* parata *om. R*      22 ἐπὶ (enim s. l.) *R*      23 hii *ROC*      24 legem ecclesiis dedit—factum est = ἀλλ' οὐ νόμος ἐκκληγίας τὸ σπάνιον

raro aliquid tale factum est, quoniam quidem neque si una alicubi hirundo uideatur, ueris continuo tempus adduxit aut, si quis unam γραμμὴν sciat, geometres continuo iudicandus est aut, si quis semel mare in hieme transeat, continuo etiam 5 nauigandi tempus ad hiemem transfertur.

15. Uerum Iohannes baptizat et accedit Iesus sanctificans quidem et ipsum qui baptizat, praecipue tamen ut et ueterem Adam insepiet aquis et ante omnia ut per haec sanctificantur aquae Iordanis, ut, sicut erat spiritus et caro, ita et his, qui 10 baptizandi erant in spiritu et aqua, sanctificationis successio traderetur. sed baptista non suscipit: ego, inquit, opus habeo a te baptizari. lucerna dicit ad solem et uox loquitur ad uerbum, amicus sponsi ad sponsum, is qui inter natos mulierum maior omnium est ad eum qui primogenitus 15 est omnis creaturae, is qui exultauit in utero ad eum qui adoratus est in utero, praecursor ad eum quem praecesserat. ego, inquit, opus habeo baptizari abs te; adde, si placet, 'et pro te', quoniam quidem et martyrio baptizaberis aut certe, ut Petrus; non indigebis nisi ut solos pedes laues. 20 et tu, inquit, uenis ad me? et hoc prophetice; sciebat enim 3

8 cf. Rom. 6, 4. Col. 2, 12 10 cf. Ioh. 3, 5 11 Matth. 3, 14  
 12 cf. Ioh. 5, 35 cf. Ioh. 1, 23 13 cf. Ioh. 1, 1 cf. Ioh. 3, 29  
 cf. Matth. 11, 11 14 Col. 1, 15 15 cf. Luc. 1, 41 17 Matth. 3, 14  
 19 cf. Ioh. 13, 6 20 Matth. 3, 14

2 alicubi] alicui (s. l. ἡ alicubi) *A* 3 si qui *COVv,Ra.c.* unam (u s. a) *O* unum *v* γραμμὴν *Engelbrecht* spāmīn (*sine dubio pro TPAMMHN*) grammen *R* gramen *OAV* grammā *C* grammā *v* geometris *R* geometris *Ca.c.* grammatices *v* 4 si qui *v* in hieme mare *A* hyeme *C* 5 hiemā in ras. *O* hyemē *C* transferetur (ret s. rt) *R* transferetur *O* transferetur *A* 6 iohannis *Oa.c.* ihs *RC* 7 et ante ueterem *om. A* 8 insepiet (ἐνθάψῃ) *ROA* in se sepeliat *V* insepiet *Ca.c.* per haec] *exspectaueris* per hos (cf. lin. 9 his qui baptizandi erant in spiritu et aqua), *itemque textus Graecus διὰ τούτους præbet* 9 his *om. A* 11 sed] Si *v* suscipit] sufficit *A* inquit *RCa.c.* saepissime 15 is] his *Va.c.* exaltauit (u s. a) *R* exultauit *AV* 17 abs] a *V* 18 baptizaueris *Oa.c.* 19 solus *Oa.c.* laues *Ca.c.* 20 propheticae *O* profetice *C*

quod se praecedente insequetur Christus. sed quid ad haec Iesus? sine modo, inquit; hoc enim postulat dispensatio. post haec autem ipse purgabit et emundabit etiam baptistam suum, cum uenerit purgare aream suam et fuerit uentialabrum in manu eius. quid enim aliud est uentialabrum quam purgatio? 5 quid autem ignis in palea nisi quod consumitur quidquid 4 infructuosum est? qui est spiritus calor. quid etiam securis ad radicem arboris indicat nisi animae insanabilis abscisionem post stercus radicibus infusum? quid etiam gladius nisi uis uerbi abscidentis quae mala sunt a bono et diuidentis fidelem 10 ab infideli et insurgere facientis filium uel filiam uel nurum parentibus, id est noua ac recentia ueteribus et antiquis? quid autem est corrigia calciamenti, quam soluere non est dignus ille qui baptizat Iesum, habitator heremi, sine cibo uiuens, nouus Helias, maior prophetarum, quoniam quidem eum qui 15 prophetabatur uidit, confinium quoddam nouorum ac ueterum 5 tenens? hic non potest soluere corrigiam calciamenti eius: quae est ratio aduentus eius in carne, cuius ne minimum quidem uel extreum aliquid solui potest non solum ab his qui adhuc carnales sunt uel paruuli in Christo, sed ne ab 20 illis quidem qui spiritum et uirtutem Iohannis habere meruerunt.

2 Matth. 3, 15    4 cf. Matth. 3, 12    7 cf. Matth. 3, 10    9 cf.  
 Matth. 10, 34    11 cf. Matth. 10, 35    13 Marc. 1, 7. Luc. 3, 16  
 15 cf. Matth. 11, 9

1 insequitur (*έφύμενον*) *R* insequitur *OACv* insequeretur *V* 2 ihs *RC*  
 3 purganit *C.a.c.* mundabit *OAV* emendabit *C* baptismū *R* 6 im  
 palea *C* quo *OACv* consumitū *R* quicquid *RCv* 7 interrogatiōnis signum post calor ponit *R* spiritus calor = ἡ ζέσις τοῦ πνεύματος qui quid *Vp.c.* quid enim etiam *A* 8 abscisiōnem *R*  
 9 post stercus] posterius (post *in ras.*) *V* 12 in parentibus *V* id  
 est] uel *A* et recencia *C* 13 corrigiā *Cp.c.v* quam *om.* *C*  
 15 elias *V* qui prophetabatur (*τὸν προφητευόμενον*)] quē (ē ex i fact.  
*uid.*) profitebatur *R* 16 confinium tenens = ὁ παλαιᾶς καὶ νέας μεσίτης  
 quodam *O* 17 tenere *Cp.c.v* 18 cuius *om.* *AC* nec (c s. l.) *R*  
 19 aliqui solui *C* 20 carnales adhuc sunt *A* 21 meruerint *OACV*

16. Sed et ascendit Iesus de aqua secum quodammodo demersum educens et eleuans mundum et uidet diuidi caelos et aperiri, quos sibi ac nobis post se aliquando Adam ille concluserat, sicut et ignea romphea paradisus fuerat exclusus.  
 5 spiritus sanctus testimonium perhibet; similia namque sibi ipsa concurrunt. de caelo testimonium defertur; inde enim erat et ille cui testimonium perhibetur. specie columbae corporalis apparuit; honorat enim corpus per hoc quod et ipsum adsumptum est in deum. sed si in magnitudine et pondere 2  
 10 iudicas de diuinitate et propter hoc pusillus tibi uidetur spiritus sanctus, quoniam in specie paruae columbae apparuit, o microloge in rebus magnis, potes tu etiam regnum caelorum putare minimum, quoniam grano sinapis comparatum est, et maiorem dicere magnitudine inimicum diabolum esse quam  
 15 Christus est, quoniam quidem ille mons magnus et leuiathan et rex eorum quae in aquis sunt dicitur, Iesus uero agnus et margarita et aliis huiuscemodi exiguis uocabulis nuncupatus est.

17. Uerum quoniam baptismi sollemnitas agitur et neces-  
 20 sarium uidetur conformari nos ei qui pro nobis formam suscepit humanam et baptizatus et crucifixus est, commodum

2 cf. Matth. 3, 16    4 cf. Gen. 3, 24    6 cf. Matth. 3, 17    7 cf.  
 Luc. 3, 22    13 cf. Matth. 18, 31    15 cf. Zach. 4, 7. Iob 3, 8. Ps.  
 73 13. Esai. 27, 1    16 cf. Ioh. 1, 29    17 cf. Matth. 13, 46

1 Sed et (*Αλλὰ καὶ*) *OCV* sed *RAv*      2 dimersum *Av*      uidit *ñ*  
*diuidi C* (*ñ* *m2 s. l.*) *v*      *celū v*      3 et] sed *Cv*      quod *Av*      4 igne  
*arumphea Ca.c.*      *rumphea Av*      5 perhibet et *OCa.c.*      6 deferunt *A*  
 7 et *om. v*      *speciae R species OA*      10 indicas *A*      12 micro-  
*loge OACV* migro longe (*s. l. & emigrā*) *R*      potes tu] potest ut *O*  
*potes ut A potes*\* etiam *C*      *tu om. v*      13 quoniam] quod *in ras. V*  
 14 maiore (e *in i mut.*) *C* maiori *v*      maiorem natu magnitudinem (*om.*  
*dicere*) *A*      dicit *ee* magnitudinem *O*      *zabulum OA* diabulum *Ca.c.*  
*ee R*      15 leuiathas *R* leuiatan *V*      16 rex] ex *V*      qui iniqui sunt  
*m2 ex quæ in aquis sunt C* qui iniqui sunt *v*      17 huiuscemodi (ce  
*s. l.) O*      19 sollempnitas *O* solemnitas *C*      20 confirmari *Oa.c.*  
 21 baptizatus est et crucifixus est *V*

uidetur et dignum de baptismorum diuersitate nos pauca disserere, ut et in hac parte si quae illae sunt sordes ignorantiae  
 2 abluantur. baptizauit Moyses in mari et in nube, sed in typo  
 et in figura; ita enim Paulus pronuntiat. habuit ergo mare  
 formam aquae, nubes uero spiritus sancti, manna panis uitae, 5  
 poculum petrae poculi Christi. baptizauit et Iohannes, sed non  
 ex toto Iudaice; non enim solum in aqua, nec tamen in spiritu,  
 3 sed hoc solum addit quod in paenitentiam baptizat. baptizat  
 et Iesus, sed in spiritu. haec est perfectio; deus enim est qui  
 baptizat, ut possit et qui baptizatur fieri deus. quotquot enim 10  
 eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui  
 non ex uoluntate uiri neque ex uoluntate carnis, sed ex  
 4 deo nati sunt. scio et quartum baptismum, quo quis sanguine  
 suo per martyrium baptizatur, quo baptismo etiam Christus  
 baptizatus est, ut et in hoc sicut in ceteris formam credentibus 15  
 et se sequentibus daret, sicut dicebat ad discipulos suos, filios  
 Zebedaei: potestis bibere calicem quem ego bibi-  
 turus sum, et baptismo quo ego baptizor baptizari?  
 5 scio et quintum adhuc baptismum lacrimarum, quod laboriosius

3 cf. I Cor. 10, 2. 6. Ex. 13, 21 8 cf. Matth. 3, 11 9 cf.  
 Ioh. 1, 33 10 Ioh. 1, 12—13 17 Marc. 10, 38. Matth. 20, 22

2 sordes (*cf. ἵνα ἀπέλθωμεν ἐντεῦθεν κεκαθαρέναται*) cordis (i *ex e fact.*)  
**R** 3 abluuntur (a s. η) *A* moises *C, R* (*ex moses*) mare *Ca.c.*  
 tipo *C* 4 in *om. v* denunciat *A* 5 nubis *Cv* 6 poculi (*τὸ πόμα τοῦ θείου πόματος*) *OV* poculum *cet. v* et *om. Cv* iohannis *O, Ca.c.*  
 7 iudeice *R* iudeice *Ca.c.* 8 in paenitentiam (*εἰς μετάνοιαν*) *Wrobel*  
*(cf. p. 125, 13)* in paenitentia *codd. v* 9 et *om. v* ih̄s *RC*  
*pf*fectio *v* 10 fieri *om. A* quodquod *ROCa.c.* 11 reciperunt eum *O*  
 reciperunt *Ca.c.* receperant *A* dedit eis potestatem filios dei fieri qui  
*om. OCAVv; totum locum biblicum in Gregorii textu Graeco frustra*  
*quaeras et Rufinus nec tamen interpolator Rufini de suo addidisse ui-*  
*detur* 12 uiri—uoluntate *om. v* uiri] carnis *OV* neque ex  
 uoluntate carnis *om. A* carnis] uiri *O* 13 quo qui *A* 15 baptiza-  
 batur *v* et *om. RA* siūt et in ceteris *V* 16 se *om. R* et  
 sicut dicebat *Cv* 17 zebedei *ROC* calicem bibere *O* 18 baptismū  
*Ca.c.* 19 scio adhuc et quintum *O* scio et quartum adhuc et quin-  
 tum *A*

transigitur, sicut ille qui lauat per singulas noctes lectum suum et in lacrimis suis rigat stratum suum, et cuius conputuerunt et exesae sunt cicatrices eius, et sicut lugens et contrastatus ingreditur; qui imitatur conuersionem Manasse et 5 humilitatem Nineuitarum, per quam misericordiam consecuti sunt; qui imitatur orationem publicani illius in templo stantis a longe et percutientis pectus suum, quique nec ausus est eleuare ad caelum oculos suos, qui et iustificatus descendit magis quam iactantissimus ille Phariseus; qui incuruatus et 10 prostratus misericordiam requirit, et si qui non sibi uindicat filiorum panem, sed sicut canis micas, quae cadunt de mensa puerorum, secundum illam Chananaeam requirit et inediae necessitatem miserabiliter consolatur.

18. Et ego quidem — homo enim et ipse sum, animal 15 scilicet fragile ac per momenta mutabile — baptismi istius gratiam libenter amplector et gratias ago misericordiae illius qui donauit hanc gratiam. sed et aliis inpertior nec solus mihi uindico dominicum et commune donum, et in sacerdotali meo officio prius offero misericordiam quam sacrificium. noui enim 20 quod et ipse circumdatus sum infirmitate et sicut metitus fuero remetietur mihi. tu autem quid dicis? quas mihi leges 2

1 cf. Ps. 6, 7    2 cf. Ps. 37, 6—7    4 cf. II Par. 33, 13    5 Ion.  
 3, 5    6 cf. Luc. 18, 13. 14    10 cf. Matth. 15, 22—27    19 cf. Os.  
 6, 6    20 cf. Hebr. 5, 2    cf. Matth. 7, 2

2 et pr. om. *A* in om. *O A* lacrimis—suum s. l. *O* 3 exaese *O, Ca.c.*  
 4 conuersione *Ca.c.* 5 humilitate *Ca.c.* niniuitarum *AV, Rp.c., v*  
 6 imitantur *C* publicani *Ca.c.* 7 qui<sub>\*</sub>que *O* 8 descendit *O, Ca.c.*  
 9 phariseus *R* fariseus *OC* 10 requiret *Ca.c.* quis *A, Rp.c.m. 2*  
 uindicat sibi *V* uendicat *A, Cp.c., v* 12 cananeam *RACV* caneneam  
 (a s. e) *O* inaediae *OC* 13 miserabili (exp.) miserabiliter *C* mirabiliter *Oa.c.* 15 motabile *C* istius] huius *A* 17 inpertio *CVv*  
 solū *R* 18 uendico *A, Cp.c., v* et dominicum *O* dominicum et om. *A*  
 domum *Ca.c.* me *V* 20 mensus (sus in mg.; titus init. lin. exp.) *O*  
 metitus (s. l. mensus) *C* metitus uel mensus fuero *v* 21 remittitur  
*Ca.c.* tu autem] add. contra hereticos qui peccatoribus penitentiam denegabant *R* in mg.

adfers, nouelle Pharisæe, καθαρέ non mente sed nomine, qui nobis Nouati inflatione tumidus incedis? paenitentiam non suscispis? lacrimis locum non das? planctibus nihil misericordiae tribuis? uide ne et tu sic iudiceris quemadmodum et ipse nunc iudicas. non confundit te Iesu misericordia, qui infirmates nostras accepit et aegritudines nostras portauit, qui non uenit uocare iustos sed peccatores in paenitentiam, qui magis misericordiam uult quam sacrificium, qui septuagies septies paenitenti uult peccata laxari? putasne tam purus es, tam beatus, tam inmunis a peccato, tam liber quam tumidus et elatus, quam superbus et adrogans? cum ipse homo sis similis ceteris aut forte nec similis, leges uis dare super hominem et desperatione impedire emendationem? simile namque malum est et uenia sine correptione et correptio sine uenia; per illud enim omnes simul habenæ relaxatae in praeceps ferunt, per hoc uero nimium restrictæ omnem progre-  
 diendi spem penitus abscidunt. uerum quantum ad te pertinet,  
 qui tales nobis promulgas leges, ostende mihi puritatem uitæ

4 cf. Matth. 7, 2      5 cf. Esai. 53, 4      7 cf. Luc. 5, 32. Matth.  
 9, 13. Marc. 2, 17      8 cf. Os. 6, 6. Matth. 9, 13. 12, 7      cf. Matth.  
 18, 22

1 nouellæ O pharisee R phariseæ O fariseę C καθαρί Engelbrecht cathare RV cathara O chatara A καθερε cathare C καθερε cathatre v 2 nobis (ἡμῖν) noui\* C nouata A inflatione R 3 planctibus nihil misericordiae tribuis pro eo quod est apud Gregorium ob δακρύσις δάκρυον; οὐδὲ nihil R 4 iudicaris A 5 nunc om. A non] nec O A C V v non confundit (οὐδὲ αἰδῆ)] non confundat (pr. n s. l. m 2) R confundit te] confundite O a.c. ihu RC ih̄s (u s. s.) O 6 portabit Ra.c. 8 qui magis—p. 133, 4 paenitentia om. V septuagies Ra.c. 9 penitendi Ca.c. relaxari A laxare C 10 es] et O 11 quam om. v 12 ceteris aut forte nec similis om. R similes Cp.c. legis O a.c. 13 desperatione RC, O a.c. 14 uenia sine correptione (ἀνεστις ἀσωφρόνιστος) et correptio sine uenia (καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος) 15 illum O hauenæ Ra.c. hab\_ene (hab m 2 in ras.) C relaxate R laxatae A 16 uero om. v 17 paenitus OC absidunt (n s. l.) R 18 permulgas A permutas ex promulcas C permutas v

tuae, et suscipio adrogantiam tuam. nunc autem uereor ne, cum ipse totus ulceribus plenus sis, neges corporibus necessariam esse medicinam. tu, ut uideo, nec Dauid recipis paenitentiam agentem, cui et propheticam gratiam paenitentia conservauit, nec Petrum, apostolorum maximum, cum humanum ei aliquid erga passionem domini contigisset; sed Iesus recepit paenitentiam et trina interrogatione sui et illius confessione culpam trinae negationis abstersit. tu, ut uideo, nec illum, 5 qui in Corintho peccauit peccatum, quale nec inter gentes, 10 ad paenitentiam suscipis; Paulus tamen suscepit et non solum suscepit, uerum etiam caritatem in eo confirmauit, quoniam quidem emendationem uidit. et causam facti exposuit dicens: ne forte ampliore tristitia absorbeatur qui eiusmodi est, correptionis scilicet nimietate praegrauatus. tu nec 15 adulescentulas uiduas nubere uis pro aetatis lubrico et incerto? Paulus tamen hoc uult. tu uero, si aliter aut melius aliquid 6 doces, prius est ut ad quartum caelum ascendas — ille enim usque ad tertium ascendit — et ad alterum paradisum, ubi audias uerba non iam quae hominibus sed, credo, quae ne

4 cf. II Reg. 12, 13      6 cf. Matth. 26, 70—75      7 cf. Ioh. 21, 15—17      9 cf. I Cor. 5, 1      10 cf. II Cor. 2, 8      13 II Cor. 2, 7  
16 cf. I Tim. 5, 11. 14      18 cf. II Cor. 12, 2. 4

1 suspicio *A*      3 ut *om. A*      donec *R*      recipis (*δέχῃ*) respicis *A* recipis *Ca.c.*      4 conseruauit] *quae sequuntur apud Gregorium* ἡ οὐδὲ τελειωθέντα δέχῃ δι' αἴματος; έστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἀπονοίας transferre supersedit *Rufinus*      5 apostolum *Cv*      6 ei] et *V* aliquit *R* erga passionem domini (*περὶ τὸ σωτήριον πάθος*) passione domini *A* ihs *RO Cv*      recipit (*ἐδέξατο*) recipit *R*      7 interrogaciones uiae illius *Ra.c.*      8 tu *om. C* aut *v* post ut *ras. 2—3 litt. in C* tu ut uideo] add. Paulus exponitur de penitentia corinthii qui cum nouerca peccauit *R in mg.*      uideo *ex audeo O*      9 in *om. OA* chorintho *RC* peccatē (s. l. peccatū) *R*      qualem *Ca.c.*      nec s. l. *R* 10 paulus tamen suscipit *R*      11 suscipit *RV*      12 fati *Ra.c.*      13 ampliori *Cv* huiusmodi *Cv*      14 correptiones *R* tu nec] tunc et *R et add.* in his omnibus inridet predictis hereticis *in mg.*      15 adulescentulas (*νέας*) *V* aduliscentulas *R, Ca.c.* adolescentulas *Av* adulescentulos *Oa.c.* nubere *ñ* uis (*ñ s. l.*) *R*      18 alterum (a *in ras.*) *R*      19 nec—quidem *ACv*

angelis quidem conuenit dici. maiores etiam circuitus in euangelizando expleas necesse est, quam ille ab Hierusalem usque ad Illyricum expleuit.

19. 'Sed post baptismum', inquit, 'peccanti non est uenia'. si prophetas ad ueniam pertinuisse docui, si apostolos indulgentiam consecutos esse, posteaquam daemonia eis subiecta sunt, et in libro uitae nomina eorum inscripta a saluatore dicuntur, si Corinthium de ecclesia eiectum et traditum in interitum carnis reuocatum esse rursum et confirmatam in illo apostoli caritatem, si et Paulus scribit: ne forte, cum 10 uenero, humiliet me deus meus apud uos et lugeam eos qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam in fornicatione et in pudicitia et inmunditia, quam gesserunt — quod utique de his dicere non poterat, quos per baptismum sciebat esse purgandos —, qui 15 tibi praescriptionis huius locus est, cum uideas omnia haec 2 exempla de perfectis et consummatis uiris referri? 'sed Nouatus,' inquit, 'non recepit eos qui in persecutione lapsi sunt'. bene non recepit, si paenitentiam non egerunt. nec ego quidem recipio eos qui non digna conuersione abluunt crimen admis- 20 sum neque conuenientem tanti uulneris in emendando adhibent medicinam. sed et cum recepero, competenti et loco eos et

2 cf. Rom. 15, 19    7 cf. Phil. 4, 3    10 II Cor. 12, 21

1 angelos *O*    diei (c s. e) *R*    2 ab Hierusalem *om. V*    3 illiricum *RCv i.lyricum O*    hyliricum *A*    impleuit *O*    4 baptismum *O*    inquis *C* (s m2 ex d) *v*    id dicis inquis peccantib; (id dicis, mi, b; corr. m. rec.) *A*    peccati *C*    pro uerbis si prophetas—*lin. 17 ref. rri legitur apud Gregorium τίς ή ἀπόδειξις; η δεῖξον η μη κατάκρινε. εἰ δὲ ἀμφιβολον, νικάτω τὸ φιλάνθρωπον*    5 pertinuisse *O*    apostolus *O*    6 demonia *ROC*    7 scripta *OA*    8 chorinthium *C*    9 interitu *C*    confirmatum *O, Ra.c*    10 apostolicam *R*    si] sicut *v*    cum cod. *Montepessulanus* 411 saec. *XII*    11 meus *om. V*    lugiam *Ca.c.*    12 antea *v*    13 fornicationem—in pudicitiam *O*    in pudicitię *V*    in inmunditia *R*    in inmunditiam *O*    inmunditia\* *C*    14 utique *om. v*    his] eis *A*    15 esse *om. v*    qui] quis *V, Ap.c.*    16 pscriptionis *Cv*    huius] nunc *A*    18 inquis *v*    inquit (s s. t) *O*    recipit *R*    19 recipit *ROV*    nec] ne *RV*    20 conuersatione *Cv*    22 recipero *OC*

tempore dispensabo; repudiare uero fletus et lacrimas paenitentis inhumanitatis Nouati est, non misericordiae Christianae. qui Nouatus auaritiam quidem noluit condemnare, quae est idolatria, fornicationem uero tam acerbe condemnat, quasi sine 5 carne fuerit nec in corpore uixerit. quid ad haec dicitis? num- 3 quidnam adquiescitis his sermonibus nostris? uenite modicum et descendite ad nos homines, et magnificemus dominum in unum. nemo uestrum audeat, etiamsi multum sibi confidit, emittere illam uocem, quam deus non amat: 'noli me con- 10 tingere; mundus enim ego sum. quod †' et si est aliquid in uobis puritatis et sanctitatis, impertimini et nobis. sed scio quia non adquiescitis. dicam quod uerius est: defleamus etiam pro uestra infelicitate; manet enim domini erga uos sententia, quoniam qui se exaltat humiliabitur. et isti quidem si 4 15 uolunt uiam nostram — quae uia Christus est — sequi, et optamus et inuitamus; sin minus, pergent in uoluntatibus suis. refutantes etenim baptismum lacrimarum ibi sine dubio igne baptizabuntur. hoc enim baptismum ultimum omnium est, quod per poenam transigitur et cruciatum, quod longis sup-

3 cf. Eph. 5, 5      9 Esai. 65, 5      14 Matth. 23, 12      15 cf.  
Ioh. 14, 6

1 tempora *A*      repudiare *C*      et fletus et lacr. *A*      lacrimis  
(a s. i) *O*      3 noluit (*πλεονεξίαν οὐδὲ ἐκόλασσε*) *OAC* nouit (s. † noluit)  
*R* uoluit *Vv*      5 ad haec] adhuc *V* ad hoc *v*      numquid iam *R* 6 ue-  
nite] add. reuocat nouatianos ad penitentiam *R* in *mg.* 7 descendite *O*  
dominum (*κόρπον*) deum *V*      8 audiat *Ca.c.m2*      9 deus] dominus *A*  
nolitte (m s. ††) *R*      10 enim nota Tironiana expr. s *l.* *C*      quod  
corruptum et sententia lacunosa uidetur: Quid *v*; quis *est* sicut ego  
sum? > coniecit collato textu Graeco καὶ τις οὐτως ὅσπερ ἡγώ; Engelbrecht  
11 sanitatis] sanitatis *A*      impartimini *v*      et om. *v*      sed] et *R*  
scio scio *Cv*      12 quia (a s. *l.*) *R*      acquiescetis *v*      uerum *v*      13 pro]  
de *V*      14 isti] add. confutat nouatianos *R* in *mg.*      15 est christus *O*  
16 obtamus *RC*      sin] si in *R*      uoluntatibus *RC* uoluptatibus *OAV*  
17 refutantes (e fin. ex corr.) *O*      ubi *v*      igne (*τῷ πυρὶ*) *A* in igne  
*OCV, Rp.c., v* in igni *Ra.c.*      19 paenam *RC*      transfigitur *Ca.c.*  
subplicitis *O*

pliciis toleratur, quod comedit sicut faenum materiam corporalem et consumit omne quidquid facturae dei intulit et inuexit malitia.

20. Nos autem exultemus in Christi baptismo et diem festum celebremus non uentri indulgentes sed spiritu exultantes. lauamini et uos uerbo dei et mundi estote, auferite nequitias ab animis uestris, discite bonum facere, eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo et iustificate uiduam — et quid post hoc? — et uenite ad consensem dei et ad disceptationem ac confabulationem eius intrate: et si fuerint peccata 10 uestra ut phoenicum, ut nix dealbabuntur, et si fuerint 2 ut coccinum, ut lana candida efficientur. uidetis aliud genus baptismi, quod a nobis paene latuerat et fuerat intermissum. ecce quomodo elemosynae delent peccata, ecce quomodo phoenicum, hoc est rubrum, et coccinum, in quo utroque 15 maculae et crimina sanguinis indicantur, per misericordias et opera bona et recta iudicia et per auxilium uiduarum ac defensionem orphanorum ad purgationem lanae uertitur et ad 3 candorem niuis mutatur. nihil enim sic uult dominus quam ut non moriatur peccator sed ut conuertatur et uiuat, quoniam 20 quidem omnia geruntur pro hominis salute et in hoc concurrit diuinæ dispensationis omne mysterium, ut efficiamini sicut luminaria in mundo, uerbum uitiae continentes ad gloriam,

6 cf. Esai. 1, 16—17 9 cf. Esai. 1, 18 10 Esai. 1, 18 20 cf. Ez. 33, 11 22 cf. Phil. 2, 15—16

1 comedit (ἐσθίει) *Cv* comedet *cet.* fenum *O* 2 consumit (δαπανᾷ) *ACO* consumet *R* consummit *ex consummi V* quicquid *R, C.p.c., v*  
 3 malicitiae *AC* 4 baptismum (o s. um) *O* baptimate *A*  
 5 exultemus *V* 7 et eripite *OA* 8 pupillo *RA* pupillum *cet. v*  
 9 ad consensem *AC* 10 ac] ad *RCVv* 11 pr. ut] sicut *OA* foenicum *R* fenicum *Or* foenitium *C* 12 efficiuntur *C* 13 et fuerat  
*s. l. O, om. R* inter mis missum *R* 14 elimosinę *R* elemosinę *AC*  
*alt. ecce] eam (m exp. m2) C* 15 foenicum *ROV* fenicum *Av* foenitium *C* utroque est *Cv* utrèque *A* 16 macula *Cp.c., v* discrimina  
*(dis s. l.) R* 18 orfanorum *ROAC* 19 sic\*\* *O* 22 omne\* *C* 23 sicut  
*lum.—efficiamini om. v* continentem *V* ad gloriam *om. V*

ut et alios inluminetis et efficiamini lumen perfectum de aeterno lumine participium sumentes et scientiae trinitatis splendore fulgentes, ut clariss et inlustrius lux uestra fulgeat coram hominibus per Christum dominum nostrum, cui est 5 gloria in saecula saeculorum. amen.

1 et pr. om. *R* et alt.] ut *R* 2 et om. *OA* 3 ut et clariss *Ov* ut ea clariss *C* 4 per ihm xp̄m *Cv* est honor et gloria *OA* 5 amen] add. DE PENTECOSTEN ET DE SP̄U SC̄O DICTA IN ECCLESIA CONSTANTINOPOLIS *R* GREGORII EPISCOPI SECUNDIS EPIPHANIIS LIBER TERTIUS EXPLICIT. INCIPIT LIBER DE PENTECOSTEN DE SP̄U SC̄O DICTA IN ECCLESIA CONSTANTINOPOLIM FELICITER *O* EXPLICIT LIBER DE COMMUNIBUS UEL SECUNDIS EPIPHANIIS SC̄I GREGORII. INCIPIT EIUSDEM DE PENTECOSTEN DE SP̄U SC̄O DICTA IN AECCLESIA CONSTANTINOPOLITANA *A* EXPLICIT DE LUMINIBUS QUOD EST DE SECUNDIS EPIPHANIIS SC̄I GREGORII. INCIPIT EIUSDEM DE FIDE... EXPL DE FIDE NICAENA. INCIPIT DE PENTECOSTE ET DE SP̄U SC̄O IN ECCLESIA CONSTANTINOPOLI *C* EXPLICIT LIBER TERCIUS DE SECUNDIS EPIPHANIIS. INCIPIT EIUSDE LIBER QUARTUS DE PENTECOSTEN ET DE SP̄U SC̄O *V* Explicit de luminibus quod est de secundis epiphaniis Sancti Gregorii. INCIPIT EIUSDEM DE FIDE..... EXPLICIT DE FIDE NICENA. Incipit de Pentecoste et de sancto spiritu in ecclesia Cōstantinopoli *v*

---



IV.

DE PENTECOSTE ET DE SPIRITU  
SANCTO.

- R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.  
*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.  
*A* = codex Atrebatensis 621 saec. X.  
*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.  
*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.  
*v* = editio princeps Argentinae 1508.

## IV.

### DE PENTECOSTE ET DE SPIRITU SANCTO.

1. De sollemnitate huius diei pauca dicenda sunt, ut laetemur in spiritu, quoniam quidem aliae aliis sollemnitates geruntur. cultoribus autem uerbi in uerbo est celebranda festiuitas. quid enim tam aptum et quid tam conueniens uel quid ita laetificat rectam et rationabilem mentem quam eorum quae gerit accipere et agnoscere rationem? adhibete ergo animos et quid sibi festiuitas ipsa uelit audite. celebrantur etiam apud 2 Iudeos sollemnitates quaedam, sed secundum litteram, quia corporalem persequens legem Iudeus in legem spiritalem non potest peruenire. celebrantur et apud gentiles, sed daemonibus festiuitas exhibetur pro eo quod aut uitii alicuius auctores sint aut propter uitia et per uitia colantur. idcirco etiam 15 uitiorum et turpitudinum plena est eorum ipsa sollemnitas, ut honorem deo suo peccando deferant et magis se ei commendet is qui plus abundauerit uitii. celebrantur etiam apud 3 nos sollemnitas, sed sicut spiritui placet, id est ut uel dicamus honestum aliquid uel agamus. et hic est noster festus dies, ut in animae thesauro perenne aliquid et perpetuum

5 cf. Ioh. 1, 1

3 sollemnitas *RO,Ca.c. (fort. recte)* sollempnitibus *V* die *R,Op.c. (fort. recte)* ut (t s. l.) *R* 4 aliae ex aliis *V* 8 adhibe *V,Oa.c.* animas (s. l. & os) *R* 9 ipsa festiuitas *OA* ueillit *O* 10 iudeos *ROcv* solemnitas *R* 11 iudeus *ROv* 12 et s. l. *O* demonibus *RO* 13 uitia *V* 14 etiam *om. A* 15 turpitudin\*m (u s. \*) *O* 17 his *Oa.c., om. A* habundauerit *AVa.c.* celebratur *ACV* 18 sollemnitas *Rp.c.* sollemnitas *cet. solempnitas (sic semper) v* 19 aliquid honestum *V* agamus] legamus *O* 20 anima *Vp.c.* thesauros *R* (*alt. s eras.*) thesauros *OAcv* thesaurum *Vp.c.* perhenne *Cv*

recondamus, non ea quae pertranseunt et dissoluuntur et ad praesens tantummodo fallunt oculos et lenocinantur aspectui et secundum meam sententiam ad perniciem atque interitum blandiuntur. sed sufficit corpori malitia sua: non indiget flamma copiosiore materia nec insolens bestia abundantioribus 5 cibis, ut insolentior fiat et uiolentius urgeat.

2. Idcirco ergo spiritualiter magis est agenda sollemnitas. initium sane et causa festivitatis paulo altius repetenda est, licet excessu quodam uti uideamur; sed gratus, opinor, erit his praecipue qui historias ueterum nostrorum non ignoratas 10 habent. apud Hebraeos sacramenti aliquid obtinet et honoris numerus septimanae, ut ex Moysi traditur lege, sicut et postea Pythagorici quartum numerum sibimet sacratorem fecerunt,  
 2 in quo et iuramenti sui obtinent sacramentum. sed et octauum numerum uel tricesimum honorandum crediderunt tam Simonis 15 discipuli quam Marcionis, quibus numeris totidem aequae aeonas uel saecula ac mundos esse confirmant. et alia quoque nonnulla secundum suas uel rationes uel persuasiones numeri huius referunt sacramentum. uerum secundum Hebraeos manifestum est quia in sex diebus deus materiam mundi substituit 20 et formauit ac per species singulas quasque discreuit et hunc  
 3 quem nos uidemus explicit mundum. septimo uero die

4 cf. Matth. 6, 34 19 cf. Gen. 1, 1 sqq.

3 pernetiem *Cp.c.* atque ad interitum *A* 5 copiosorie *V* 6 insolentior *C* urgeat *O* 9 gratus *Ca.c.* gratum *Cp.c.v* ut opinor *A* 10 nostrorum—*p. 145*, 9 quas enu- *om. A* ignoratas *R* ignotas *OCVv* 11 hebreos *OCv* optineret (*sequ.* et *om.*) *V* 12 ex Moysi traditur lege [εν τῆς Μωυσέως νομοθεσίας] moses traditur lege *Ca.c.* mosei *R* moysēi *O* 13 pythagorici *RC* pythagorici *O* numerum *om. R* 15 tricensimum *RCa.c., O* symonis *O* 16 martionis *Cv* marchionis *V* numeris (s. i *m2 u*) *V* eonas *Cv*; *add.* eonon grece. lat sempiternum uel saeculum dicitur. eonas (s. id est aetates) greci uocant, quorum initium uel finis nescitur. inde et nos per deriuationem aeuum dicimus *O* in *mg.* 18 ad numeri *libri quidam deteriores*; *sed* alia nonnulla *huius enuntiati subiectum*, sacramentum *objectum*, suas *pro* eorum *usurpatum est* 19 sacramenta *Rp.c.* hebreos *Rv*

requieuisse dicitur ab operibus suis, sicut indicat etiam ipsa sabbati appellatio, quae 'requiem' Hebraeo sermone significat. si uero et aliam aliquam altiore et excelsiore haec continent rationem, aliis de talibus philosophandum relinquo. hic  
 5 uero honor septimanae apud illos non in diebus solum obseruatur, sed etiam in annis. nam quod ex diebus obseruatur, istud est sabbatum, quod frequenter et indesinenter apud eos custoditur. annorum uero septimana annum facit remissionis. et non solum septimana, uerum etiam septimanæ  
 10 septimanarum obseruantur non solum in diebus, sed etiam in annis. et dierum quidem septimanae generant quinquagesimam diem, quae apud illos uocata sancta dies dicitur. annorum uero septimanae quinquagesimum annum faciunt, qui apud illos iubilaeus nominatur, in quo similiter terrae fit remissio  
 15 et seruorum libertas et possessionum restitutio, quae pretio fuerant comparatae; offeruntur enim apud illos non solum fructuum uel nascentium, sed et dierum annorumque primitiae. hic ergo septenarius numerus ea obseruatione qua superius 5  
 20 diximus diem pentecostes, id est sollemnitatem introductam quinquagesimae; septem etenim septies multiplicati quinquaginta ex se generant numerum adsumpta una die, quam ex futuri saeculi numero praesumptam esse maiorum auctoritas tradit. fit enim ipsa et octaua semper et prima,

2 cf. Gen. 2, 3. Ex. 16, 23. 35, 2    7 cf. Ex. 16, 26    8 cf. Leu. 25, 4. 10. Num. 36, 4    11 cf. Leu. 23, 16    14 cf. ibid. 25, 10. Num. 36, 4

2 ebree O hebreo *RCv*    3 excellentiorem *Cv*    4 filosophandum *R*  
 filosofandum *O*    6 in annis] inanis *R.a.c.*    9 *pr. septimanae O*  
 11 generant ( $\gamma\epsilon\nu\nu\omega\sigma\tau$ ) tenebant *R*    quinquagesimam *cod. Montepess.*  
 411 quinquage(n)simum *codd. nostri* et *v* quinq.—dicitur = τὴν πεντηκοστὴν  
 κλητὴν ἀγίαν παρ' αὐτοῖς ὑμέραν    12 sancta *R*    18 quinquagensimum  
*RCa.c.* quinquagissimum *O*    14 iubileus (eu i. r.) *R* iubileus *O,Ca.c.,v*  
 18 septenarius (i s. alt. e) *O* septigenarius *Ca.c.*    19 pentecostes *R*  
 penthecostes *v*    20 quinquage,sime *R* quinquagensimae *O,Ca.c.*  
 21 quinquaginta ( $\tauὸν πεντήκοντα$ ) quinquaginta (simū s. ητά) *R* unade  
 (s. 1 monade) *R* (corr. una die m2)    22 praesumptam *C*    23 octauo *Ca.c.*

immo ipsa est semper una, quae est omnis dies. necesse est enim sabbatum animarum populi dei illuc occurrere atque ibi conpleri, ubi dabitur pars his qui septem et pars his qui octo, sicut iam et ante nos quidam disserens Salomonis dicta sapienter exposuit.

5

3. 4. De honore ergo septenarii numeri multa quidem testimonia in scripturis sanctis referuntur, sed nobis ex omni multitidine pauca sufficient. primo omnium quod septem spiritus dicuntur sancti, in quo sine dubio uirtutes uel inoperationes spiritus sancti Esaias spiritus appellauit. sed et secundum 10 Dauid eloquia domini argentum purgatum septies esse dicuntur. et iustus quidem sexies de necessitatibus liberatur, in septimo autem non accedit ad eum malum. peccator uero non solum septies, sed septuagies septies, si paenitet, ueniam pro-  
2 meretur. et rursus e contrario — bona enim est et malorum 15 poena — in Cain septies vindicatur, id est septempliciter poenas parricidii luit, Lamech uero septuagies septies pro eo quod homicidium post propositam legem et post condemnationem homicidae prioris admisit. sed et pessimū uicini septuplum in sinum suum recipiunt supra septem quoque columnas domus 20 sapientiae conlocatur. lapis etiam Zorobabel septem oculis adornatur. sanctus quoque septies in die laudem dicit

2 cf. Hebr. 4, 9    3 cf. Eccle. 11, 2    8 cf. Esai. 11, 2    11 cf. Ps. 11, 7    12 cf. Iob 5, 19    14 cf. Matth. 18, 21. 22    16 cf. Gen. 4, 15  
17 cf. Gen. 4, 24    19 cf. Ps. 78, 12    20 cf. Prou. 9, 1    21 cf. Zach. 3, 9    22 cf. Ps. 118, 164

1 immo s. l. *R* omnibus *O* 2 sabbatum *R.a.c., v* sabatulum *O*  
3 datur *O* 4 sicut etiam ante *Cv* solomonis *C.a.c.* 6 *capitula* 3  
et 4 *textus Graeci in unum contraxit Rufinus* septimanarii *C* septe-  
narii *O.a.c.* numero *R.a.c.* 9 operationes *O, Vp.c., v* inoperatione *C*  
10 Isaias *v* 11 esse *R.p.c.* dicitur *R.a.c.* 12 liberabitur *O*  
13 accedet *V* 14 peniteat *O* paeniteat *V* 15 rursum *O* 16 uin-  
dicat *Vp.c.m2* 17 luet *C.Ra.c.* lamec *OCV, Ra.c.* 18 condempna-  
tionem *v* 19 septuplo (ū s. o m2) *V* in sinu suum *C* 20 columnas  
*O* columpnas *v* 21 collocatur *Cp.c.* etiam] quoque *V* 22 in  
diem *R*

deo, et septimus ab Adam Enoch a deo translatus est. sed 3  
 et Abraham patriarcha uicesimus primus electus est triplicato  
 septimanae numero, ut et hoc ipsum quod triplicatur formam  
 maioris contineat sacramenti. audebit fortasse aliquis eorum,  
 5 qui ualde uiriliter audere in omnibus possunt, peruenire etiam  
 ad nouissimum Adam, deum et dominum meum Iesum Chri-  
 stum, qui ab illo priori Adam, qui factus est sub peccato,  
 numero septuagesimus et septimus inuenitur secundum genera-  
 tiones, quas enumerat Lucas ab inferioribus ad superiora con-  
 10 scandens. considero quoque septem illas tubas Hiesu Naue et 4  
 septem diebus circuitus sacerdotum, quibus murorum Hie-  
 richo fundamenta quatuntur et propugnaculorum moles antiqua  
 dissoluitur. Helias quoque septimo demum misso ad specu-  
 landum puer in uestigium pedis nubem mouit et claustra  
 15 caeli, quae uerbi sui potestate firmauerat, orationum clauibus  
 reseruauit. eiusdem, ut opinor, sacramenti est etiam cande- 5  
 labrum, quod septem lucernis in templo uelut septem radiis  
 micat. in septem diebus pontifex consummatur in lege; in sep-  
 timana leprosus purgatur; in septem annis templum a Salo-  
 20 mone construitur et in septem diebus dedicatur. in septua-  
 gesimo anno populus de captiuitate Babyloniae reuocatur, ut  
 quod est in monadibus hoc sit et in decadibus, et perfectiore

1 cf. Gen. 5, 24      2 cf. Gen. 12, 1—4      9 cf. Luc. 3, 23—38  
 10 cf. Ios. 6, 3—6      13 cf. III Reg. 18, 43. 44      16 cf. Ex. 25, 37  
 18 cf. Ex. 29, 30 et Leu. 8, 33      cf. Leu. 14, 38      19 cf. III Reg. 6,  
 38 et 8, 65      20 cf. Hier. 25, 11 et 29, 10

1 enoc *RCV*      2 abraam *Vv*      uicensimus *RCa.c.*      3 septimanario  
*Vp.c.*      5 posunt *R*      6 Adam *om. V*      meum *om. Cv*      ihm *RCv*  
 7 priore *Cv*      8 septuagensimus *RCa.c., O*      9 locas (v. s. o.) *O*      ad  
 superna *A*      ascendens *R*      10 ihm *OAVv*      11 iericho *A* hierico *V*  
 12 propugnaculum (um i. r.) molis antiquae *A*      molis *O, Ca.c.*      13 sep-  
 timum *C*      14 puerum *Ca.c.*      in nestigio *R*      mouet *ROV*      15 qui  
*Aa.c., v*      16 etiam *om. A*      18 septimana\* *O*      19 leprorsus *R*  
 purgatur] mundatur *Cv*      solomone *Ca.c.*      20 septuagensimo *ROCa.c.*  
 21 babyloniae *O* babylonie *Ca.c.* babylonica *Cp.c.* babilonica *v*      ut  
 et *A*      22 sit] est *v*      decadibus *R*

6 numero multiplicentur et ipsa quae perfecta sunt. sed quid mihi ea quae porro sunt dicere? Iesus ipse, qui est pura perfectio, scit in deserto quinque panibus quinque milia hominum reficere, sed et de septem panibus pascere quattuor milia et refectionis reliquias ibi quidem in duodecim cophinos, hic 5 autem in septem sportas recondere. quod utrumque non sine ratione factum puto nec sine spiritali sacramento. sed et tu apud temet ipsum relegens et retexens quam plurima inuenies huius numeri in scripturis indicia sacramenti plurimum contingen-  
 7 tia. quod autem ad praesens tempus necessarium est, 10 quamuis quod perfectum et integrum uel quod diuinus est comprehendere atque obtinere minime possimus, at certe, quantum ualeamus, adsumimus. celebrant igitur Hebraei quinquagesimum diem, celebramus et nos sicut et alia nonnulla, quae ad nos ex illorum traditione perueniunt: quae apud illos qui- 15 dem geruntur in typo, a nobis autem adimplentur in spiritu et ueritate. haec de ipsius diei sacramento uel antiquitate disseruimus; sed nunc iam progrediamur ad cetera.

5. Pentecostes, id est quinquagesimae sollemnitatem celebрамus et aduentum spiritus sancti et pollicitationis Christi 20 expletam fidem et mysterium magnum ac uenerabile. corporalia quidem Christi acceperunt finem, id est ea quae in aduentu corporali gesta sunt. cum Paulo enim et sentiendum

3—6 cf. Matth. 14, 19. 20 et 15, 36—39 etc. 13 cf. Leu. 23, 16  
 16 cf. Ioh. 4, 23

2 ihs *RCv* 4 quatuor *ACVv* 5 reliquia sibi *Oa.c.* in *eras.* *V*  
 duodecim *Oa.c.* cofinos *R* coffinos *O* chofinos (*h s. l.*) *C* 6 in *om.* *A*  
 7 et *om. v* 8 plurima—sacramenti *om.* *V* 10 ad (*d m2 s. l.*) *C*  
 11 perfectum est et *A* est *om.* *Cv* 12 possumus *O, Vp.c.m2* [at]  
 ad *R, Ca.c.* aut *O* 13 ualeamus *v cum cod.* *Virdunensi* 47 saec. *XI*  
 igitur] ergo *v cum cod.* *Monacensi* 3787 saec. *X—XI* hebrei *ROv*  
 quinquagensimum *RCa.c.* quinquagisimum *Oa.c.* 14 sicut et (*ωσπερ*  
*και*) sicut (*om. et*) *Cv* 16 impletur *A* 18 disseruimus—pentecostes  
*i. mg.* *O* 19 PENTHECOSTES *v* quinquagensimae *RCa.c.* quinquagisimae *O* 22 acciperunt *OCa.c.* finem (*πέρας έχει*) fidem *R* id  
 est *A in ras.*

est et dicendum quia etsi cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. illis ergo expletis nunc incipiunt quae sunt spiritus. quae autem sunt quae fuerunt corporalis Christi praesentiae? uirginis partus, uerbi in carne natuitas, praesaeppe, panni, angelorum laudes, pastorum exultatio, stellae cursus, magi adorantes et munera offerentes, Herodis cruentus in pueros furor, fuga Iesu in Aegyptum ac regressus, circumcisio, baptismum, testimonium de caelis. temptatur etiam in deserto, lapidatur, proditur, cruci adfigitur, 10 sepelitur, resurgit, ascendit. horum multa etiam nunc patitur: ab his quidem qui oderunt patitur et fert, ab his uero qui diligunt fert nihilo minus quae ipsi patiuntur. qui enim facit uni ex minimis eius ipsi facit. et interim differt uel inimicorum poenam uel suorum uindictam illis quidem paenitentiae et 15 conuersionis tempus indulgens, suorum uero fidem et caritatem probans, si non deficimus in tribulationibus et labores agonesque pro pietate non declinamus. talia ergo sunt quae a Christo uel gesta sunt uel geruntur. quae uero sunt spiritus sancti requiramus. adesse autem dignetur ipse spiritus sanctus 20 et dare nobis uerbi copiam, in quantum cupimus, certe uel in quantum tempori satis est et aures capere poterunt auditorum. aderit sine dubio, sed tamquam dominus et non tamquam seruus, non expectans iuberi, ut quidam putant. spiritus

1 II Cor. 5, 16

23 cf. Ioh. 3, 8

3 cf. I Cor. 2, 14

12 cf. Matth. 25, 40

3 nunc (c s. l.) R

5 natuitatis *R.a.c.* 6 exultatio *A V* 7 herodes *RCa.c., V* 8 regressum *Ca.c.* 9 crucifigitur *R* 10 patitur *exp. R, om. v* 12 diligunt] *add.* patitur et *v* *sententiam biblicam de suo addidit Rufinus* 13 uel inter inimicorum poenam *Cv* 16 laboris *Cp.c.* 17 agonesquae *R* agonis quae *C* [pro pietate] proprietate *V, Ca.c.* prietate *R* non s. l. *R, om. OCV, fort. recte, negandi particula statim post si semel posita (Graece εἰ μὴ ἐκκακοῦμεν ἐν ταῖς θλίψεσι καὶ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν)* 18 quae uero sint *Ov* 20 copiam uerbi *A* 21 tempori (*τῷ καιρῷ*) tempus *R* tempore *O, Ca.c.* temporis *V*

enim ubi uult et quos uult *(et quando uult)* et quantum uult inspirat. sic enim nos de spiritu et intellegere et dicere inspiramur ab spiritu.

6. Spiritum sanctum qui inter creaturas adnumerant, iniuriosi serui et mali, immo malorum pessimi — malorum namque est seruorum non agnoscere dominum et conseruum ducere, a quo se quoque sperent seruitute liberandos —, qui uero deum credunt participes dei sunt et mente clari. qui uero et credunt et nominant et praedican, si quidem fidelibus, magni sunt et admirandi, si uero infidelibus et indignis, minus 10 in diuinis mysteriis cauti in luto margaritas spargentes et infirmo auditui adhibentes sonum tonitru et oculis infirmibus ingerentes solem et cibum solidum lactantibus admouentes.

2 oportet enim paulatim eis quae perfectiora sunt aperire, et cum prius fide intellegentia religione profecerint, tunc iam 15 inluminatis adhibere lucem et in ueritate ambulantibus scientiam committere ueritatis. propter quod et nos perfectiorem interim et excelsiorem ad praesens differentes disputationem — nondum enim tempus —, sed quantum ad praesens proferre nobis est possibile, disseremus. 20

11 cf. Matth. 7, 6 13 cf. Hebr. 5, 12

1 et quando uult addidit Engelbrecht et quando (*καὶ ἡγίακα*) reponi manu uult Wrobel, om. codd. v 2 enim om. A et intellegere (*καὶ νοεῖν*)] intellegere (om. et) Cv 3 ab] legit in exemplari suo Graeco παρά, non περὶ Rufinus 4 quem V, Op.c. iniuriosi serui et mali (*ὑβρισταὶ καὶ δοῦλοι κακοῖ*) sunt post iniuriosi s. l. add. Rm2 6 conseruum ex non seruum Rm2 7 dicere A a seruitute R 8 et mente clari (*καὶ λαμπρὸτ τὴν διάνοιαν*) et mente clara Oa.c. in mente clari v 9 et ante credunt om. V 12 thonitru C infirmibus ROVa.c. infirmi Vp.c. infirmis cet. ἀσθενεστέροις Gregorius 13 solem (*ἡλιον*) solis (i ex e) lum R soledum (i s. e) O lactentibus V, Ap.c., v lactentibus C 14 enim] ergo A aperere Oa.c. 15 fidei OCv relegione O proficerint OCa.c. 16 inluminatis] in lumine R amiantibus Oa.c. 18 excellentiorem Cv disputationem Ca.c. 19 nondum enim tempus (*οὗπω γάρ καιρός*) nondum enim tempus est R (est s. l.) Av nond. enim est tempus V sed om. v 20 disseremus (*διαλεξόμεθα*) disserimus V

7. Si quidem neque increatum neque extra omne tempus confitemini spiritum sanctum, uos o qui aduersamini et resistitis, contrario spiritu agimini. non possum enim non aliquantum audere in uos; stimulor namque zelo dei. si uero  
 5 in hoc saltim sanum sapitis, ut manifestam hanc declinetis inpietatem, ut extra numerum creaturarum et seruilem ordinem sentiendum esse eum qui uos liberos facit putetis, de reliquis deliberate diligentius et requirite uel cum ipso spiritu sancto uel certe nobiscum. puto enim uel in modico esse uos parti- 2  
 10 cipes eius; et ideo uelut cum proximis iam, immo cum propriis libenter deliberabimus. aduertite ergo quae dicimus aut date mihi aliquid medium seruitutis et dominationis, id est inter dominum et seruum, inter deum et creaturas, ut ibi locum sancti spiritus requiramus. aut si seruilem dare ei  
 15 ordinem refugitis et timetis, non est iam dubium, cuius debeat esse loci et ordinis is de quo quaerimus. sed nescio quare 3 iterum eum, quem de natura dei esse creditis, deum profiteri etiam sermone ac uoce non uultis. in syllabas offenditis et difficultatem patimini proferre per uocem ea quae tenet mens  
 20 et intellegit sensus, et hoc uobis efficitur petra scandali et lapis offensionis. nihil mirum; hoc enim et Christus factus est multis. uerum sit istud humanae fragilitatis infirmitas non posse confiteri quae credere te non potes diffiteri: inuicem onera nostra portemus, conpatiamur fratribus in spiritu mansue-  
 25 tudinis, non tam nos ipsos quam fratres et proximos diligamus. date ergo uos nobis credulitatem et uirtutem deitatis in spi- 4

20 cf. Esai. 8, 14 et Rom. 9, 33      23 cf. Gal. 6, 2      24 cf. I Cor. 4, 21

2 uos o (ῶ οὗτοι) uos omnes *Ov*      3 agemini *O*      4 audire *Oa.c.*  
 stimulos *Ca.c.*      5 saltem *A*      manifestam hanc *Rp.c.*      7 senitien-  
 dum *V* sentiendum *Ca.c.*      eum esse *A*      11 deliberauimus *Ra.c.*  
 aut (t s. l.) *R*      12 dateτε *O*      aliquid (o s. alt. i) *O*      15 refugitis *Ca.c.*  
 iam] etiam *V*      16 his *O*      quaeramus *A*      18 in syllabis *Cp.c.v* (ταῦς  
 συλλαβᾶς δυσχεραῖντε)      19 per uocem ea] pro uoce mea *R*      22 hu-  
 mana *V*      23 cre credere *A*      potes\* *O*      24 honera *V*      cunpatia-  
 mur *Ca.c.*      25 non tam uos ipsos *v*

ritu, et pronuntiationem uobis nos concedemus uocis. confitemini naturam quibus uultis aliis uocibus, quam uultis uerecunde, quam uultis infirme: patiemur, immo et curabimus infirmitatem uestram, extorquebimus nobis et furabimus aliquid desiderio nostro; minus aliquid dici a uobis patiemur, si tamen 5 sciamus nihil minus credi. quamquam o! — foedum enim et uere foedum est et perabsurdum mente et animo sanum sapere, trepidare autem et infirmari circa sonum uocis et occultare thesaurum uelut aliis inuidentem et, cum mens pia sit nolle etiam linguam sanctificare confessione pietatis; sed quid agimus? — 10 turpe est et nobis id agere quod alios incusamus et, cum illos culpemus in ipsa pietatis confessione angustos et micrologos quosdam et nimis parcus, nos quoque eisdem nosmet ipsis angustiis coartamus.

8. Unius deitatis, quaeso uos, confitemini trinitatem. si uero 15 aliter uultis, dicite unius esse naturae, et dei uocem dari uobis a sancto spiritu deprecabimur. dabit enim, certus sum; qui dedit credere dabit et confiteri, praecipue si huiuscemodi confessionem spiritualiter reueremini et non diabolica pertinacia recu- 20 2 satis. aliquid adhuc et planius et breuius dicam: neque *<uos>* nos culpetis maiora et diuiniora proloquentes — neque enim

15 *Unius*—l. 19 *dabit et confiteri*] cf. Augustini de dono perseuerantiae 19, 49 (XLV 1024 sq. M)

1 concedemus (*δώσομεν*) *Wrobel* concedimus *codd. v* 2 naturam (tu s. l.) *O* 4 nobis *codd. omnes* 6 quamquam o] quam quod omnis *A* 6 *O* (*add. parenthesis in mg.*), eras. *V* 8 trepidare aut infirmari *v* infirmare *O* ἡoccultare *O* 9 thēnsaurum *R* [nolle] tolle *V* 10 confessionem *O.a.c.* 11 et *ante* nobis *om.* *V* 12 culpamus *Cv* et micrologos (*μικρολογεῖσθαι*) *R*, *om. cet. v* 13 quidem *Op.c.v* 14 coartamus *R* coartamus *V* coartemus *cet. v* 16 taliter *v* dei *om. Cv* deus *August.* dari (ri s. l.) *R* dare *A* 17 a spiritu sancto *v* deprecabitur *August.* Qui dedit credere dabit et confiteri. Qui dedit quod primum est dabit quod et secundum est *A* 18 *dabit* (*sic*) *R* et quod] quod et *OA* 19 et *om. R* huiusmodi *R* 20 reuerimini *V* zabulica *O* zabulica *A* 21 neque uos nos culpetis (*μήτε θυεῖς ήμας εὐθύνητε*) *Engelbrecht* neque nos culpetis *codd. v*

ad altiora condescendentibus inuidendum est — neque nos arguamus uos pro eo, in quod nondum peruenire potuistis, siquidem, licet per aliam uiam, in unum tamen et id ipsum deuerti-  
 5 culum conuenimus. non enim uincere studemus, sed suscipere  
 desideramus fratres, quorum discessione et separatione adfligimur et discerpimur. haec uobis dicimus, apud quos uitale 3  
 aliquid inuenimus, id est qui de filio dei integre et creditis  
 et confitemini, quorum uitam et conuersationem admiramur,  
 licet sermonem non satis conlaudemus. uobis ergo habentibus  
 10 spiritum dicimus, ut suscipiatis ea quae sunt spiritus, et non  
 solum certetis in agone, uerum etiam legitime certetis, quia  
 nemo coronatur, nisi legitime certauerit, ut et hoc  
 uobis dominus secundum uitae et conuersationis uestrae meri-  
 tum mercedis loco donet: confiteri quod creditis; meremini  
 15 namque nobiscum et supra nos. audeo etiam amplius aliquid 4  
 dicere. libenter pro uobis exclamabo uoce apostoli Pauli: in  
 tantum uos amplector, in tantum desidero, in tantum reuereor  
 et admiror ipsum religiosum habitum uestrum et uultum  
 totius abstinentiae indicem et honestissimos conuentus uestros  
 20 et uirginitatem specialiter mihi caram et puritatem uitae et  
 peruigiles in psalmis et canticis spiritualibus noctes, pauperum  
 curam, caritatem fratum, sollicitudinem peregrinorum, in tan-  
 tum haec admiror in uobis et diligo, ut et anathema esse a

10 cf. I Cor. 2, 14      12 II Tim. 2, 5      21 cf. Eph. 5, 19. Col.  
 3, 16      23 cf. Rom. 9, 3

1 contendentibus *Cv* arguimus *A*      2 nos *Ca.c.*      quid (o s. i) *C*  
 siquidem] sed quidem *R*      3 in id ipsum *Cv* diuerticulum *ACVv*  
 4 conueniamus (nia s. l.) *R*      5 discessione *V*      6 haec autem *A*  
 7 et s. l. *O, om. Cv*      9 abentibus *Ca.c.*      10 eaque *R* ea que *O*  
 11 certetis (er in ras.) *O*      etiam *om. V*      certetis legitime *OA*  
 12 hoc s. l. *R*      13 dominus et secundum *OA*      14 mercedis (cedis  
*in ras.) O*      donec (τ s. e) *O*      confitemur *Cv* creditis (credere corr.  
 m2) *A*      15 nobiscum *C* aliquid amplius *Cv* aquid *O*      16 nobis *A*;  
 de *Macedonianis multa uariarum uirtutum exempla dantibus, sed de*  
*spiritu sancto non recte sentientibus dictum*      18 nostrum *R*      et uul-  
 tum] ut uultum *V*      19 conuentos (v s. o) *O*      21 et] in *R*      spiri-  
 tualibus *A*      23 admiror] et miror *R*

Christo et condemnari ab hominibus pro uobis libenter accipiam; tantum uenite et estote nobiscum et trinitatem unius deitatis  
 5 communiter adoremus. de aliis uero quid dicam, qui manifeste mortui sunt, quos solius Christi est resuscitare a mortuis, qui solus uiuificat mortuos et uocat quae non sunt tam- 5  
 quam quae sunt? Arrianos et Eunomianos dico, qui sine causa locis dissident, cum perfidia consonent, conuenticulis separantur, qui inpietate copulantur, qui similes mihi uidentur oculis strabis, qui auerti et auersari a se inuicem uidentur, cum unum uideant et non intuitu sed positione discordent. 10 si tamen discordiae magis argui debeant quam caecitatis. uerum quoniam sufficienter ad uos diximus, redeamus rursus ad spiritum sanctum. spero autem quod etiam uos qui prope nos estis, quos inuitauit per uerbum, iam sequamini redeuntem.

9. Spiritus sanctus erat quidem semper et est et erit neque 15 initium ullum neque finem habens, sed patri ac filio coaeternus. neque enim dignum est aut filium aliquando defuisse patri aut spiritum filio; esset enim in maximis defraudata diuinitas et inglorium atque indignum duceretur, si uelut ex paenitentia et praepostero consilio deus ad perfectionis plenitudinem per- 20 uenisset. erat ergo semper participium sui praestans, non ipse aliunde participium sumens, id est qui repleret alios sui gratia, non ipse aliunde repleretur, qui perfectionem praestet, non accipiat, qui inpleat, non inpleatur, qui sanctificet, non sanctificetur, deos faciat, non ipse fiat deus, inconuertibilis, inmuta- 25 bilis, semper idem sibi ac patri et filio, inuisibilis, intemporalis,

5 Rom. 4, 17

2 estote] state (a ex o) O 4 redimere V 5 tamquam] add. ea V,  
 s. l. Rm2 6 eunominianos RV eunomianus O 8 in inpietate R  
 9 trabis R serabis (ph s. b) O strabulis A aduersari OA a eras.  
 O, s. l. A 10 et cum OA 11 si] se Op.c. 12 rursum V, Cp.c., v  
 14 sequimini AC 16 ac] et v 19 si uelut] aliter siue ut ex penitentie  
 prepostero cōsilio siue ut ex penitentia et prep. cons. v uel C peni-  
 tentiae Op.c. 20 et eras. O 22 gratiae V 23 post aliunde repet. ex  
 u. 22 partic.—gratia R et non accipiat OCv et non accipiēt (at s.  
 et) R non accipiēt A 24 alt. non] et non codd. v 25 ds O in-  
 commutabilis A 26 et intemporalis A

- incomprehensibilis, inaestimabilis, ubi non qualitas, non quantitas, non species ulla, non corpus est, ex semet ipso ac semper uigens, libere agens, propriae potentiae, omnis potentiae, a quo et ad primam omnium originem, qui est pater, sicut 5 et unigeniti omnia, ita etiam sancti spiritus referuntur. hic 3 et uita est et uiuificans, lux et inluminans, bonus et bonitas, spiritus rectus, spiritus principalis, qui est dominus omnium, mittens apostolos, separans sibi ministros, templa sibi ipse constituens, inspirans ubi uult, diuidens donationes spiritus 10 prout uult, spiritus adoptionis, spiritus ueritatis, spiritus sapientiae et intellectus et scientiae et pietatis et consilii et uirtutis et timoris dei; per quem pater agnoscitur et filius glorificatur et a quibus solis ipse cognoscitur; unus ordo, unus cultus, una ueneratio, una uirtus, una perfectio et sancti- 15 ficatio. et quid opus est pluribus uerbis? omnia quae pater 4 est, haec est et filius excepto eo quod innatus est pater; omnia quae filius est, haec est et spiritus sanctus praeter hoc quod natus est filius. sed haec non substantiam separant, sed erga substantiam discernuntur.
- 20 10. Uideo te, heretice, contradictiones parturientem; sed ego cursum uerbi tenebo. honoremus diem in aduentu spiritus sancti. cohibe, si possibile est, parumper linguam tuam. de aliis enim linguis dicere commonet tempus; istis caelestibus

9 cf. Ioh. 3, 8    cf. I Cor. 12, 11    10 cf. Rom. 8, 15    cf. Esai 11, 2. 3

1 ubi non qualitas, non quantitas (*ἀποιού, ἀποστον*) *RC* ubi non qualitas ubi non quantitas *cet.* 3 potentiae *R* omnis potentiae *O*, *om.* *V* 4 a quo et] etsi (*εἰ καὶ*) *mauult Wrobel* 5 ab (*s. l.*) unigenito *R* ita etiam sc̄o sp̄u (*οὐ et οὐ p.c.*) *R* ita etiam omnia sc̄i sp̄s *Cv* etiam ita sc̄i sp̄s *A* [sibi] siue *R, om. A* [ipse] in se *R* ipsi *A* 9 spirans *Cv* inspirans sibi *R* dominationes *O.a.c.* [spiritus] suas (*ex compendio male intellecto deprauatum*) *coni. Engelbrecht* 11 intellectus et *om. O* 13 ipse] esse *R* 14 cultos (*v.s.o.*) *R* et una uirtus *A* 16 haec est—sanctus praeter *om. v* et *om. V* 18 separantes *Cv* 20 contradictionis *C* 21 aduentum *RV* 22 parum. Quid linguam (*p. eras.*) *C* parum quid linguam *v* 23 enim *om. V*

linguis cedat paulisper lingua terrena. metue certe et perti-  
2 mesce igneas linguas. hodie de nostris dogmatibus, crastino  
de uestris calliditatibus disseremus; hodie sollemnitatem no-  
stram, crastino foeditatem uestram curemus. haec mystica sunt,  
illa mimica; haec in ecclesiis, illa in triuiss; haec sobriis, illa 5  
ebriis, haec studiosis, illa reseruentur otiosis. sed sufficit  
destruxisse contraria; nunc iam quae nostra sunt construamus.

11. Hic spiritus sanctus, cuius inoperatio primo omnium  
inest angelicis ordinibus caelestibusque uirtutibus et quae-  
cumque illae post deum et circa deum sunt nec aliunde habent 10  
perfectionis suae culmen uel inluminationis splendorem atque  
auersionem uel inmibilitatem ad malum nisi ab spiritu sancto.  
2 tum deinde adfuit patribus et prophetis, quorum alii quae-  
sierunt deum, alii etiam cognouerunt, alii uero etiam futurorum  
praescientiam meruerunt hoc sancto spiritu mentem eorum 15  
informante, ut futura tamquam praesentia per uirtutem sancti  
3 spiritus contuerentur. sed et discipulis Christi non solum ut  
inoperans aderat, uerum etiam deitatis potestate atque aucto-  
ritate cuncta dispensans. adfuit igitur etiam his tertio, prout  
capere poterant, temporum quoque distinctione seruata, id est 20  
ante passionem Christi et post resurrectionem eius iterum,  
4 tertio etiam post ascensionem eius ad caelos. et primae qui-  
dem eius praesentiae uirtutem indicant gratiae sanitatum et  
purgatio atque effugatio daemonum ex hominibus, quam utique

2 cf. Act. 2, 3    23 cf. I Cor. 12, 9

1 caedat *R* nunc cedat *Cv*    et] uel *Cv*    2 docmatibus *Cv*    3 dis-  
seramus *Cp.c., v*    hodie sollemnitatem nostram *om. R*    4 curemus  
(s. l. *I* abimus) *R*    5 mimica] inimica *Cv*    sobriis (ob corr.) *R*  
6 reseruentur *R* seruentur *A*    7 constituamus *ACv*    8 Hic] scil. est  
inoperatione *R* \*\*operatio *V*    primo omnium] primordium *R*    9 et  
quaecumque illae (*καὶ ζεῖται*) et quaecumque illa *Cv*    11 atque auersio-  
nem—ad malum *om. A*    12 ab] a *v*    14 alii etiam uero *Cv*    15 spi-  
ritu sancto *A*    16 spiritus sancti *OA*    17 discipulus *Ca.c.*    18 po-  
testate.—auctoritate\* *O*    19 igitur] ergo *v*    21 post—caelos] post resurrec-  
tionem et ascensionem eius ad celos *v*    23 presentiam *Ca.c.*    sanitatem  
(v. s. e) *R*    24. demonum *ROC*    hominibus *R*    quod utique *A*

non sine sancto spiritu apostoli procurabant: tum deinde post resurrectionem manifeste dicit saluator ad discipulos suos: accipite spiritum sanctum, et insufflavit in faciem eorum. tertio uero in linguis igneis adfuit, et haec est ista festiuitas, 5 quam nunc agimus. prima ergo eius illa praesentia paulo obscurior et celatior fuit, secunda uero iam manifestior, haec autem tertia euidentior et perfectior, qua non solum opere adest, uerum etiam substantialiter, si dici potest, praesto est iam non ad sanctificandum sed, ut ita dixerim, ad cohabiti- 10 tandem. re enim uera dignum erat et, cum Iesus nobis corporaliter aduenisset, etiam spiritum nobis corporaliter apparere et, cum Christus ad ipsum ascendisset, ipsum descendere ad nos, qui uenit quidem ut dominus in potestate, mittitur autem tamquam qui non sit contrarius deo. isti enim sermones non 15 naturam separant, sed concordiam docent.

12. Propterea autem post Christum, ut unus nobis paracletus, id est aduocatus uel consolator, numquam desit. id circa autem 'alius paracletus' dicitur, ut aequalitatem naturae ac potestatis agnoscas. 'alius' enim hoc est 'alius ego', quia 20 'alius' non dicitur de eo qui alterius generis sit, sed de eo qui eiusdem sit substantiae uel naturae. quid autem sibi uidetur quod in linguis uenit? sine dubio, ut proprietatem suam et consanguinitatem quandam ostendat ad uerbum. quare autem in igneis linguis? ut purgationem indicet; nouit enim 25 diuina scriptura per ignem fieri purgationem, cum dicit: et

3 Ioh. 20, 22  
25 Esai. 1, 25

18 cf. Ioh. 14, 16

24 cf. Act. 2, 3

1 non] nos *V* spū sēo *R* tum denique *v* 2 manifestissime *A*  
7 tertio *Oa.c.* qua] quae *O* quia *A* in qua *V* opera *O* 8 si\* *O*  
9 quoabitandum *R* 10 et *Engelbrecht* ut *codd.* *v* ihs *Cv* 11 etiam  
nobis spiritum *V* spiritus *Cv* corporalibus *R* apparaere *R*  
appareret *Cv* 12 et *om. C* et ipsum descendere *R* 16 Christum]  
*add.* uenit *V* paracletus *Ra.c.* paraclytus *A* paraclitus *CV,Rp.c.,v*  
18 paracletus *ROa.c.* paraclitus *cet., v* 19 hic *Av* ego *om. C*  
21 sit *om. V* sibi] *add.* uelle *v* 23 quamdam *R* quondam *Ca.c.*  
ostendit (a s. i) *R*

purgabo te igni ad purum. et in aliis quam plurimis locis  
 3 haec inuenies designata. sed et deo hoc ipsum dicitur quia  
 deus noster ignis consumens est. consumit autem sine dubio  
 non substantias, quas ipse fecit, sed accidentem substantiae  
 malitiam uel quidquid illud est quod facturae dei extrinsecus 5  
 adhaeret indignum. ignis ergo deus et ignis spiritus sanctus.  
 tu fortassis iterum indignaris unitate substantiae suffocatus;  
 sed uideris de hoc, quare etiam diuisae linguae dicuntur:  
 propter diuersitatem gratiae quae erga singulos secundum  
 4 rationem fidei diuiditur et dispensatur. quare etiam sedisse 10  
 dicuntur? regiae est potestatis indicium uel certe quod requies  
 eius indicatur in sanctis, quoniam quidem et dei sedes Che-  
 rubin esse dicuntur. quare autem et locum in superiori desi-  
 gnat — si tamen non plus quam oportet curiosi uidemur —?  
 arbitror in hoc ascensum et profectum indicari eorum qui 15  
 suscipere meruerunt, sine dubio quod iam de terra eleuati et  
 a terrena conuersatione sublati ad superiora scientiae uirtutis-  
 que concenterant, siquidem et aquis diuinis superiora sua  
 tegere dicitur deus, quae aquae laudant deum et hymnum  
 5 dicunt. sed et ipse Iesus in superioribus mysteria celebrat et 20  
 communicat his qui ad perfectionem inbuuntur, sine dubio ut  
 hoc ostendatur quia in aliquibus quidem oportet ad nos de-

3 cf. Deut. 4, 24    8 cf. Act. 2, 3    10 cf. ibid.    12 cf. Esai. 37, 16  
 13 cf. Act. 1, 13    18 cf. Ps. 103, 3    19 cf. Ps. 148, 4    20 cf. Luc.  
 22, 12 sqq.

1 locus biblicus cum scriptura sacra secundum LXX consentiens (cf.  
 etiam III Reg. 14, 10) a Rufino additus est igne A in aliisque  
 (om. quam) A 4 accidentem OVv 5 quicquid RCv 7 unitatem Ca.c.  
 subfocatus V 9 gratiarum ( $\tauῶν χαριτωμάτων$ ) Cp c.m.2,v singulis A  
 10 diuiduntur et dispensantur Cv 11 dieuntur (i.s. ὑπ) R dicitur v  
 12 cerubin O.a.c. 13 designet A 14 coriosi Ra.c. 15 eorum indi-  
 cari A qui suscipere meruerunt ( $\tauῶν δεξιομένων$ ) AV qui id suscipere  
 meruerunt ROC; ad suscipere mente supple spiritum sanctum 17 su-  
 periora O uirtutesque Ra.c. uirtutisque O 18 descendant V  
 19 laudent Cv hymnum ROVv 20 dicant Cp.c.,v ihesu v super-  
 ioribus O.a.c. 22 qui Ra.c. ad nos ( $\piρὸς ἡμᾶς$ )] et ad nos Cv di-  
 scandere O.a.c.

scendere deum, sicut et prius factum est ad Moysen, in ali-  
quibus uero nos exsurgere a terra et ascendere ad superiora,  
ut ita fiat communitas quaedam dei ad homines et poculum  
misceatur merae illius naturae cum hac nostra aquatiore, ut  
5 ita dixerim, et frigidore natura, id est quae ex elemento  
aquaee constat et terrae. dum enim in suo singula permanent 6  
statu, id est illa quidem natura superior in sua gloria, haec  
autem in sua humilitate, incommixta est bonitas et inpartici-  
pata misericordia et chaos ingens in medio, quod transire  
10 prohibeat non solum diuitem ad Lazarum uel ad sinus Abra-  
ham, sed totam omnino creaturam a creatore separat et ex-  
cludat.

13. Uerum, ut dicere coeperamus, iste spiritus praedicatus  
est a prophetis in eo quod ait: *spiritus domini super me,*  
15 *propter quod unxit me, et: requiescent super eum*  
*septem spiritus, et: descendit spiritus a domino et*  
*deduxit eos; spiritus sapientiae, qui repleuit Beseleel,*  
*architectum arcae testamenti, et spiritus, qui eleuauit Heliam*  
*in curru et qui quaesitus est ab Heliseo dupliciter, et de*  
20 *quo dicitur: spiritus tuus bonus, et ‘spiritus principalis’*  
*quo Dauid post lapsum erigitur et confirmatur. de hoc ergo 2*  
*et Iohel praedixit quia erit in nouissimis diebus et effun-*  
*dam de spiritu meo super omnem carnem — creditum*

1 cf. Ex. 3, 2      9 cf. Luc. 16, 26      14 Esai. 61, 1      15 Esai.  
11, 2      16 Esai. 63, 14      17 cf. Ex. 35, 31      18 cf. IV Reg. 2, 9 sqq.  
20 Ps. 142, 10      cf. Ps. 50, 14      22 Ioel 2, 28

1 et prius (*καὶ πρότερον*) et *om.* *R*      mosen *Ca.c.*      3 ut ita] et  
ita *R* ita ut *A*      communitas *R* communio *cet. v*      hominem *V*  
4 merae] aride in ras. (s. l. & calide) *R*      ac *V*      et ut ita dixerim  
frigidore *Cv*      5 nature *O*      ex *om. v*      6 aquae *om. C*      terra *Cv*  
7 id est in illa *O*      natura *om. Cv*      9 cahos *V*      10 ad Lazarum] et  
lazarum *R*      sinū\* *C* sinum *v*      15 uncxit *O*      16 discendit *O*      a dno  
corr. *m2* ex at non *C*      17 eduxit *A*      eos] *add.* et *textum Graecum*  
*secutus Wrobel* replebit *V*      beselehel *A*      18 architectum *RO*      archae *V*  
19 in currum *A*      dupliciter *RC*      et *om. R*      21 quod *R*      dauit *Ca.c.*  
hoc] quo (s. hoc) *R*      22 et *pr. om. O*      ioel *O*      ioel propheta dixit *V*

scilicet — et super filios uestros et filias uestras, et reliqua. Iesus uerum etiam glorificandum se ab eo, sicut et a patre dixerat, protestatur et ea, quae a se nondum possunt audire discipuli, ab illo postmodum et commonenda et docenda esse denuntiat.

5

14. Hic spiritus etiam creator est una cum filio et creaturam substituens et resurrectionem reparans mortuorum. non mihi sed prophetarum testimoniis crede. audi quid dicit Dauid: uerbo, inquit, domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. uides unum esse opus totius 10 trinitatis uniuersam creaturam. uis autem et aliquid proprii operis audire spiritus sancti? Iob designat: spiritus, inquit, diuinus est qui fecit me, et spiritus omnipotentis qui docet me. et alius propheta: emitte, inquit, spiritum tuum et creabuntur, et renouabis faciem terrae. hic auctor 15  
2 et pater est regenerationis humanae. persuadeat tibi de hoc quoque sermo Christi dicentis neminem posse introire in regnum caelorum, nisi renatus fuerit ex aqua et spiritu. per hunc primae natuitatis maculae purgantur — per quas in iniquitatibus concipimur et in delictis genuerunt 20 nos matres nostrae — reformatione ac renouatione caelesti.

2 cf. Ioh. 16, 14 et 8, 54      3 cf. Ioh. 16, 12. 13      9 Ps. 32, 6  
12 Iob 33, 4      14 Ps. 103, 30      16 *persuadeat—matres nostrae*] cf.  
Augustini contra Iulianum Pelag. I 5, 15 (XLIV 650 M)      17 cf. Ioh.  
3, 5      19 *per hunc—matres nostrae*] cf. Augustini Operis Imperf. 1, 70  
(XLV 1093 M)      20 cf. Ps. 50, 7      21 cf. Tit. 3, 5

1 *pr. et om.* *V* et super filias uestras (*καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν*)  
*Cv*      2 *ihs ROC*      se s. l. *R*      3 de se *A* possint *O* possent *AV*      6 est] et *V*      una cum filio] uno (*corr.*) consilio *R*  
7 reperans *Oa.c.*      mortuorum *in ras.* *R*      8 mihi sed nijhi (*exp. m2*) *C*  
10 uidis *Ca.c.* fides *Ra.c.*      opus esse *Cv*      14 docit *Ca.c.*      16 gene-  
rationis *R*      persuadeat (*πεθέτω*) persuadet *Av*      17 dicens *ACv*  
in regno *OCa.c., V*      18 nisi qui\* *A*      renouatōs (u s. q.) *C* renoua-  
tus *v*      spiritu sancto *Cv*      19 *per hunc*] *add.* contra iulianum  
hereticum *R in mg.*      20 in *ante* iniquitatibus *om.* *O*      21 forma-  
tione *V*

iste spiritus sapiens et pius si pastorem inuenierit psalmistam facit, ita ut psallendo malignos daemones fuget, et eundem rursum regem statuit gentis electae. si caprarium inuenierit sycamina uellicantem, prophetam facit. Dauid atque Amos 5 commemorauit. puerulum si inueniat prudentem, seniorum iudicem facit. testis est Danihel, qui leones uicit in lacu. si piscatores inueniat, per ipsos mundum Christo uerbi retibus sagenisque piscatur. adstipuletur nobis in hoc Petrus et Andreas et filii tonitrui doctrinis spiritalibus intonantes. si 10 publicanum reppererit, negotiatorem eum efficit animarum. Matheus indicat hesterno publicanus, hodie euangelista. si persecutores calidos inuenierit ac furentes, in apostolatum transfert et facit Paulum pro Saulo, et quantum prius furebat ad caedem bonorum, tantum eum ad pietatem reddit ignitum. 15 iste spiritus et mansuetus ac mitis est iustis et exacerbatur a 4 peccatoribus. sed nos magis eius mansuetudinem mereamur

1 cf. I Reg. 16, 12—23    4 cf. Am. 7, 14    cf. I Reg. 16, 11 et  
 Am. 1, 1    5 cf. Dan. (13,) 45. 51    6 cf. Dan. 6, 22    cf. Matth. 4,  
 18—22    9 cf. Marc. 3, 17    11 cf. Matth. 9, 9    12 cf. Act. 8, 3  
 13 cf. Act. 13, 9

1 inuenierit] munierit *Vp.c.m2*    2 ita *om.* *V*    ut *s.* et *Rm2*  
 malignas *Ca.c.*    demonas *C,Ra.c.* demones *O,Rp.c.*    fugit *Ca.c.*  
 eundem rursum regem statuit (*καὶ βασιλέα ἀναδείχνουσι*) eosdem—reges  
*ROAC,Va.c,v;* fortasse *Rufinus ipse de Dauid et Samuele cogitans*  
*pluralem numerum adhibuit*    3 statuit (a *s. i*) *RO*    4 sycamina *C*  
 sycamina (*in mg. ἡ sicomores*) *R* sicamina *OV* siccamina *A* sycomora *v*  
 fecit *Ra.c.*    5 puerolum *O,Ca.c.*    inueniet *O*    seniorem *OCa.c.*  
 6 testis est (*μαρτυρεῖ*) *cod. Lugdunensis 515 saec. VIII—IX* et testis  
 est *codd. nostri et v*    daniel *OVv*    laco *RCa.c.,O* (*fortasse recte*)  
 7 *xpi R*    8 saginisque *O*    adstipuletur (*n s. e*) *A* astipuletur *Cv*  
 10 reppererit (*re s. l*) *O* repperit *V*    negotiatorum *Ca.c.*    efficit  
*Ca.c.*    11 matheus *RAV,Op.c,v* matheum *C,Oa.c.*    12 persecutores  
 calidos (*δώκτας θερμούς*) *R* persecutores callidos *cet.v*    13 Paulum  
 pro Saulo (*Παῦλονς ἀντὶ Σαῦλων*) paulum ex *pro saulo R*    furiebat *v*  
 15 ac *in ras. O*    et exacerbatur (*καὶ παροξύνεται τοῖς ἀμαρτάνουσιν*)  
 et exacerbatur *RCa.c.,O* et execratur *in ras. A*

quam iracundiam prouocemus confitendo maiestatem eius et non blasphemando diuinitatem eius; alioquin, si blasphemaueris in eum, inuenies eum non tibi indulgentem neque in hoc  
 5 saeculo neque in futuro. propterea namque etiam ego uobis paulo audacius praedico; et si quidem inculpabiliter dicimus, 5 gratias deo; si uero minus digne, et ita gratias deo agimus. deuotionem enim nostram tantum offerimus et probamus, non etiam diuinitati lineas ac terminos damus, ut sanctifice-  
 mur ex his quae dicimus et mercedem laboris nostri ex euangelii praedicatione in nominis eius martyrio consequi me- 10 reamur.

15. Loquebantur igitur uariis et diuersis linguis apostoli et proferebatur sermo ignotus usque ad praesens ipsis illis qui loquebantur. et hoc erat signum quod infidelibus populis olim fuerat praeannuntiatum, cum dicitur quia in aliis linguis et 15 aliis labiis loquar populo huic, et nec sic me exau-  
 2 dient, dicit dominus. sed requiritur in hoc loco, quomodo unusquisque audiebat linguis suis loquentes eos magnalia dei: utrum hi qui loquebantur diuersis sermonibus uniuscuiusque linguae hoc quod dicebatur proferebant, id est, ut 20 uerbi causa unusquisque eorum loquens una lingua rursum intermissa hac iterum se ad aliam conuerteret et inde iterum ad aliam et sic per multas uel per omnes linguas percurreret,

12 cf. Act. 2, 4      15 I Cor. 14, 21. cf. Esai. 28, 11      18 cf.  
 Act. 2, 11

1 magestatem *O*      2 plasphemando *R*      eius *om.* *ACv*      blasfe-  
 maueris *O*      3 in *ante* eum *eras.* *V*, *om.* *A*      5 paulo *om.* *A*      audacius  
*dico v*      et si quid (*om.* quidem) *A*      6 ita deo gratias agimus *V*  
 8 non enim etiam *R* [lineas] limites *v*      12 igitur] ergo *v*      uariis  
*om.* *R*      et diuersis *om.* *V*      14 erat *om.* *R*      15 pronuntiatum *R*  
 cum dicitur (*καθώς γέραπται*) *cod.* *Valentinianus* 143 saec. *IX* cum  
 dicit *codd.* *v* (*fort. recte*, dicit *sine subiecto impersonaliter adhibito*, *cf.*  
*pag. 254, 7*) qui *Rac.*      16 exaudiet *V*      17 requiretur *O* queri-  
 tur *A*      hoc *om.* *C*      18 audiebant (*γηρονον*) *OAC* audiebaqt *R* audie-  
 bat *V*      eos (*s. l.*) *R*      19 hii *RCv* hi\* *O*      qui *om.* *V*      21 unus-  
 que *O*      22 hac] *qd* *R*      23 percurret *A*

an in eo potius erat mirabile, quod sermo eorum qui loquebantur, qualibet lingua fuisset pronuntiatus, unicuique audienti secundum suam linguam intellegebatur, ut uerbi causa uno quocumque apostolo in ecclesia dicente — necesse enim erat 5 tacentibus reliquis unum loqui et sermonem unum ad auditum omnium peruenire —, qui sermo hanc in se uim haberet, ut, cum diuersarum gentium auditores adessent, unusquisque secundum suam linguam illius ipsius unius sermonis, qui ab apostolo fuerat pronuntiatus, susciperet auditum et caperet 10 intellectum, nisi si forte secundum hoc magis uideatur audientium esse miraculum quam loquentium. hi autem qui ita loquebantur etiam ebrii esse ab incredulis putabantur nescientibus scilicet audire sancti spiritus uoces.

16. Admiranda quidem fuit et illa linguarum antiqua diuisio, 15 cum ad turris superbam et inpiam constructionem male sibi sociata iniquorum unanimitas concordabat. sed discussione uocis atque in ignotum sonum uersae inpiæ conspirationis reprimuntur conatus. uerum multo admirabilior est ista diuisio. quod enim fuerat tunc ab una in plures sibi inuicem ignotas 20 discrepantesque diuisum, id nunc per plures ad unam concordem et consonam reuocatur. et sunt quidem dona diuersa, sed datur etiam discretionis donum, quo discerni et intellegi possit a

12 cf. Act. 2, 13    14 cf. Gen. 11, 7. 8    22 cf. I Cor. 12, 10

1 erit R    2 qdienti (au s. q m2) C    4 quocumque (cum s. l.) O  
 eclesia O    5 sermonum V    6 uim in se haberet V    ut s. et R  
 9 apostolo C    prēnuntiatus C    auditu v    10 intellectu v    nisi  
 forte ACv    uidentur R    audientum R audientes O audientis A  
 11 miraculo O    quāntūm (corr. m2) C    loquentum RVv loquentes O  
 loquentis A    hii RO    14 et om. V    antequa R    16 ὥπι; unani-  
 mitas R unianimitas Ca.c.    discussione O,Ca.c. in discussione Cp.c,v  
 17 in] ad s. l. m2 C,Vv    uerset (e s. et) R    repremuntur O  
 18 conatos C    uero C    20 concordiam (εἰς μίαν ἀρμονίαν) V    con-  
 cordem consonantiam (ex consonam) R    21 reuocantur O    22 qd (s. l.  
 quo) R qd Ca.c.    posset (s. l. l it) R posset cet. v    a bono]  
 abuno O

bono quod melius est. sed ne illud quidem mihi inutile uidetur quod ait Dauid: submerge, domine, et diuide linguas eorum. quare? quia dilexerunt omnia uerba praecipitationis, linguam dolosam. numquid non manifeste per haec istas indicat linguas, quas nunc uidemus naturam deitatis et unitatem 5 diuinae substantiae concidentes? uerum de his sufficiat.

17. Quoniam autem Parthos et Medos et Elamitas, Aegyptios et Libycos, Cretenses quoque et Arabas, Mesopotamenos quoque et meos Cappadoces adesse dicit scriptura, quibus loquebantur apostoli, sed et ex omni gente quae sub caelo sunt Iudeos, 10 conueniens puto perquirere, quinam isti sunt et ex qua captiuitate Iudaei, quoniam quidem illa, quae in Aegypto fuerat uel in Babylonia, absoluta iam fuerat, Romanis autem nondum uenerant in captiuitatem, licet iam et ipsa inminaret ultrix commissi de saluatore piaculi. superest ergo ut illa intellegatur 15 captiuitas, quae sub Antiocho facta est, quae utique non multis ante temporibus acciderat.

18. Haec autem commonuimus propter studiosos quosque

2 Ps. 54, 10    3 cf. Ps. 51, 6    7 cf. Act. 2, 9—11

1 nec *A*    quidem *om.* *OA*    3 precipitationis *O*    4 linguam dolosam ( $\gamma\lambda\omega\sigma\sigma\alpha\gamma \delta\omega\lambda\iota\alpha\nu$ )] lingua dolosam *R* lingua dolosa *A* in linguam dolosam *V*    manifeste *corr. ex* mihi feste *O*    et istas *Cv* 5 ut (s. l.) naturam deitatis ad unitatem d. subst. concedamus *R* 6 coincidentes ( $\alpha\iota\tau\theta\epsilon\tau\gamma\tau\alpha \tau\epsilon\mu\nu\omega\sigma\iota\nu$ )] coincidentes (n s. d m?) *C* continentes *Av*    7 partos *C*    moedos *R*    elamitos *Ra.c.* elamites *C* aegyptios (i s. l.) *R* egyptios *O*    8 libicos *OACVv*    crethenses *V* et *om. v*    arabaes *Ca.c.* arabes *V,Cp.c.,v*    mesopotamenos *V* mesopotameos *v*    9 et meos capadoces ( $\kappa\alpha\tau \tau\omega\iota\zeta \hat{\epsilon}\mu\sigma\iota\zeta \kappa\alpha\pi\pi\alpha\delta\alpha\kappa\alpha\zeta$ ) *A* et moedos cappadoces *R* et medos capadoces (capadoces *Ca.c.* et capadoces *V*) *OCV* et iudeos et capadoces *v*    10 et *om.* *V,Ca.c.*    sub caelo ē (ē s. l.) *O*    iudeos *OCv*    11 puta *C*    et *om. C*    ex *om. V*    12 Iudei *om. R*    egypto *O*    13 uel] et ea que *v*    babylonia *Or*    absoluta—Romanis] fuerat dimisse iā dudum fuerant a Romanis *v*    a (s. l. m?) romanis *C* romanis *R*    14 iam] etiam *CVv* 15 saluatori (e s. i) *V*    16 antioco *Ca.c.*    17 accederat *O* accideret (at s. et) *R*    18 cōmuniuimus *R*

et historiarum memores. si quis autem et alius conferre aliquid potest ad praesentem festiuitatem, hoc etiam nos ad nostra lucra suscipimus. a nobis autem sufficient ista quae dicta sunt, quamquam pro rei magnitudine numquam aliquid sufficienter dici puto. uerumtamen temperemus istum auditorum 2 laborem, quoniam nunc interim festiuitates etiam corporaliter celebramus, usque quo ueniamus illuc, ubi spiritualiter totum constet, ubi etiam rationes horum quae nunc gerimus agnoscamus purius et manifestius in ipso uerbo et deo, domino 10 nostro Iesu Christo, qui est uera et uiua festiuitas et exultatio sanctorum, cum quo est deo patri gloria et potestas in spiritu sancto in saecula saeculorum. amen.

1 aliud *C* (*m.2 corr. ex* *aliis*) *v* 3 suscepimus *O* dicta (ta s. l.) *R*  
 4 magnitudinem *O* 6 festiuitatis *Ca.c.* 8 ubi etiam spiritualiter *A*  
 nunc *om. A* 9 purius] proprius *V* et *ante domino secundum textum*  
*Graecum* (καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ) *addi manu* *Wrobel* 10 uiua]  
 una *v* exsultatio *AV* 12 IN SEMETIPSUM DE AGRO REGRESSUS *R*  
*GREGORI EPISCOPI. LIBER ·III· EXPLICIT. INCIPIT LIBER ·V· IN*  
*SEMETIPSO DE AGRO REGRESSUS O EXPLICIT DE PENTECOSTENS DE SPŪ SCO LIB UNUS BEATI GREGORII EP̄I. INCIPIT*  
*EIUSDE LIBER IN SEMETIPSO DE AGRO REGRESSUS A EXPLICIT DE PENTECOSTE ET DE SPŪ SCO DICTA IN CONSTANTINOPOLI*  
*INCP DE IN SEMETIPSO DE AGRO REUERSO C EXPLICIT LIBER*  
*QUARTUS INCIPIT EIUSDEM QUINTUS CŪ DE AGRO UENISSET V*  
*EXPLICIT DE PENTHECOSTE ET de spiritu sancto in ecclesia cōstantinopoli. Incipit De semetipo: de agro reuerso v*



v.

IN SEMET IPSUM  
DE AGRO REGRESSUM.

- R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.  
*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.  
*A* = codex Atrebaten sis 621 saec. X.  
*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.  
*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.  
*v* = editio princeps Argentinae 1508.

V.

IN SEMET IPSUM DE AGRO REGRESSUM.

1. Desiderabam uos, o filii, quia et pari mensura desiderabar a uobis. certus sum enim nec dubito quod in cordibus 5 nostris estis ad conuiuendum et ad commoriendum per uestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu, domino nostro. hoc enim mihi iuramenti genus dedit spiritus sanctus, quo spiritu mouemur ad uos, ut praeparemus uos domino populum substantiuum. uidete ergo, quanta fide praesumo 2 10 mihi affectum uestrum meumque concilio uobis. et nihil mirum si, in quibus unus est spiritus, unus est et affectus, et in quibus eadem est fides, aequa sit caritas. nisi enim quis et ipse diligat, diligi se non credit, quia ex his quae ipsi patimur promptius de aliis credimus et sentimus testem habentes arca- 15 num nostrum alterius arcanorum et intra nos speculum gerimus imaginis alienae. propterea nec patiebar abscedere longius a uobis 3 et quidem ualde cupiens urbanas istas declinare molestias, quae ueniunt ex multitudine populorum, ex perturbationibus forensibus, theatris, uoluptatibus, iniuriis, litibus, querelis, 20 damnis, calumniis, ex his qui lugent et lugentur, ex flentibus

5 I Cor. 15, 31    8 cf. Deut. 7. 6

3 uos *om.* *V*    5 conueniuendum *Ra.c.*    9 substantium *RO*  
10 consilio (*ū do s. o.*) uobis *R*    consulo *V*    11 et *pr. om.* *A*  
affectus *C*    13 diligi se] dilexisse *C* (*m2 ex diligisse*) *v*    ipsi *om.* *R*  
14 promptius *R* prumptius *Oa.c.* promptius *C*    sentimus *nostri codd.* *v*  
retinemus *codd.* *quidam deteriores*    archanum—archanorum *ROCVv*  
15 inter *R*    16 praeterea *R*    abscedere longius (*ἀποφοιτήσας μαχρότερα*)  
longius abscedere *R*    17 et quidem] equidem *RO*    urbarias *A*  
19 tehatris *O*    querellis *R* quaerillis *Ca.c.* querelis *O*    20 dampnis *v*  
calumpniis *v*    fletibus *Ov*

et insultantibus, potentibus, sepelientibus, laudantibus, blasphemantibus, ex totius materia malitiae et mundi istius uariis incertisque permutationibus, et non solum his, uerum etiam istis ipsis, quae utique honesta et ueneranda sunt, quae erga tribunal hoc, cui uidemur praesidere, et sanctam mensam, cui ministramus, geruntur et inter eos qui adproximant deo. nescio enim si recte adproximamus aut si non prunam portamus in palma.

2. Uerumtamen regressus sum uobis ui quidem abstractus, sed retractus affectu spiritu nos agente ad uos, qui tamquam 10 aduerso flumine ratem remigiis subigebamus abeuntes, in redditu uero uelut prono fluminis alueo perniciter ferebamur. uere una dies tota uita est hominis, ubi affectus constringit et continet diligentes. aliter enim mihi uidetur esse illud quod erga Iacob gestum est, qui quattuordecim annis seruiens Syro 15 2 Laban pro duabus virginibus non sensit laborem. erant enim ei, inquit, omnes dies sicut dies una pro eo quod diligebat eas, scilicet quia in praesentia atque in oculis erat quod amabatur. et uere cessat desiderari omne quod ad perfruendum subiacet potestati, sicut et quidam ante nos dixerunt. 20 ego ergo cum praesens essem minus ex affectu sentiebam laboris; cum uero uisus sum abstrahi ac separari, tunc sensi amorem uelut dulcem quandam tyrannum. et nihil noui est.

16 cf. Gen. 29, 20

1 potentibus ( $\gamma\alphaμοῦσι$ ) Engelbrecht potentibus codd. *v* sepellientibus *O* repellentibus *A* lapidantibus laudantibus *V* 2 ex] et ex *R* et *A* materia (materiae *R*) malitiae ( $\deltaληγ κακίας$ ) *RCp.c.* materiae malitia *OAV,Ca.c.* materia militie *v* 4 honesta et] honestate *R* 5 presidere *C,O* (ex presedere) 6 inter] in *A* proximant *R* 7 recta *R* pronam *R* in palmā *R* 9 regressus sum] regressum *O,Ca.c.* ñ ui (ñ m2 s. l.) *C* non *v* 10 affectu spiritus *v* 11 auerso *C* flame *A* ratam *Ra.c.* remigis *Ca.c.* habeuntes *R* in om. *A* in 1editu] inretiti (i fin. ex u) *R* 12 pereniciter *O* uero *R* 13 effectus *Ra.c.* 14 aliter ( $\epsilonπέρως$ ) nec aliter *ACv* taliter ex aliter *V* 15 quatuordecim *Cv* syro laban seruiens *V* Syro] socero *Cp.c.,v* 16 sentit *A* ei enim *V* 18 eā *R* 19 apfrendū *Ra.c.* 22 uisus] iussus *Av* abtrahi *R* 23 est] esse *V*

si enim grauiter fert et dolet plurimum armentarius cum a 3  
 grege uitulus abscessit, uel pastor cum ouis deest, uel auis  
 si fetus auferatur ex nido, quem parumper reliquerat, ita ut  
 uel pastor acceptis fistulis ascendens summa cacumina montium  
 5 rupes ipsas et saxa replete querelis, quo per hoc uelut inuitet  
 errantem ac reclamet ad gregem, si forte audiat, si forte sonis  
 fistulae permulcentibus reuertatur — quod si acciderit, gratu-  
 latur magis de eo quam de omnibus reliquis, quorum sollici-  
 tudine non fuerat fatigatus, uel auis, si reppererit fetum, ad-  
 10 clamans uoce garrula pansiisque alis confouet et complectitur  
 nidum —, quanto amplius putatis inesse sollicito pastori erga  
 rationabilem gregem, maxime pro quo etiam periculi aliquid  
 pertulit!

3. Ex quo procul dubio plus aliquid ad stimulum amoris  
 15 accedit, maxime cum ego etiam graues istos lupos uerear,  
 necubi absentiae meae oportunitatem sectantes inuadant et  
 diripient gregem subrepticiis uerbis et persuasoriis, quoniam  
 in publico et palam congregari non ualent. timeo fures, timeo  
 latrones, ne non per ostium sed aliunde ascendentis in prea-  
 20 saepa ouium aut clam furentur aut rapiant in pudenter, ut  
 iugulent et occidant et perdant diripientes direptionem et  
 animas comedentes, sicut ait unus ex prophetis. timeo ad 2

7 cf. Luc. 15, 6    20 cf. Ioh. 10, 10    21 cf. Ezech. 22, 25

1 et om. *O* armentarios (u s. o) *R* 2 abscessit (*corr. in* absces-  
 serit *m?*) *RA*, (*corr. in* abscedit) *V* oues *O.a.c.* 3 foetus *ROAv*  
 reliqueret *R.a.c.* relinquerat *O* 5 quaerellis *R,Cp.c.* querellis *O* 7 pro-  
 mulcentibus *O* dermulgentibus *V* accederit *O* accesserit *A* 9 fuerit *O*  
 repererit *OV* faetum *O* foetum *A* acclamans *A* 10 uoces pærrara  
 (s. ḥ garrula) *R* uoces parrula *O* uoces parrulas (g s. p) *C* uoce spar-  
 rula *A* uoces garrulas *v* spansisque *AO* sparsisque *Cv* 15 accenditur  
 (n s. l.) *R* 16 nealicubi *R* (ali s. l.) ne uñbi *Cp.c.* ne *v* 17 suprepti-  
 ciis *O.a.c.* subretitiis *A* surrepticiis *v* persuasoris *R.a.c.* 18 congregi  
*R.a.c.* 19 non om. *R* hostium *Vp.c.* presepta (i s. t) *O* pre-  
 sepias *A,Cp.c.* 20 pr. aut] ac *V* impudentes *V* 21 direptione *v*  
 22 comedentes *O* occidentes *V* unus ait *CVv*

posteram, ne quis eam inueniat patentem ex his, qui antea nostri esse uidebantur, et ingressus ut proprius insidetur et decipiatur ut alienus. multae enim et uariae sunt illius qui haec instigat et operatur astutiae et nullus est talis architectus iniquae constructionis nec aliquis talis est sophista malitia<sup>e</sup> 5  
 3 sicut aduersarius noster diabolus. timeo et hoc quod uideo etiam canes adfectare ad officium pastorale, quod et mirum uidetur, maxime cum nihil in semet ipsis pastoralis praeparauerint disciplinae, sed laniare tantum et diserpere dicerint et dissipare alienos labores, quia facilius est semper 10 perdere quam conseruare et, sicut ait Iob, homo nascitur per laborem, labore fabricatur nauis, per laborem construitur domus, punire uero hominem uel nauem submergere uel domum incendere opus potest esse etiam inertis cuiusque et otiosi  
 4 unde ne nunc quidem magni aliquid egisse se putent qui 15 canes aduersum gregem uel aduersum pastorem instigare conati sunt, qui certe non poterunt gloriari quod unam ouem ad ouilia dominica congregauerint. non enim didicerunt bene facere, conturbare uero gregem hoc et aëris turbo modicus facit, hoc accedit et per morbi alicuius languorem, facit hoc 20 et bestia subito atque ex inprouiso gregibus superueniens.

4. Haec ego timidus pastor, qui pro multa circumspectione et cautela uelut segnis et desidiosus incusor. sed non opto ex illis pastoribus inueniri, qui lac quidem comedunt et lanis adoperiuntur et quod crassum est iugulant et labore conficiunt uel 25

11 Iob 5, 7    24 cf. Ezech. 34, 3

1 posterulam *Cm2v* portam *ex posteram Rm2*      *ex his qui* antea nostri esse uidebantur ( $\tauῶν χθὲς ἡμετέρων$ ) et is qui antea nr\* esse uidebantur *R* 2 nostris *V* esse *om. Cv* et *exp. R* proprius *V* 3 enim *om. A* 4 talis *om. V* architectus *R* 5 sofista *ROC* 6 zabalus *Op.c.A* 7 canes chanes *O* aff.] aspirare *v* ad officium *R* 9 p̄ēdidercent *R* 12 per lab.] ad laborem *v* fabricabitur *O* 13 nauim *A.Cp.c.v* 14 etiam] et tamen *V* 15 se *om. V* 16 gregem uel aduersum *om. R* 17 poterint *Ap.c.* 19 hoc et *om. v* 20 accedit *Oa.c.* langorem *V* 23 incusor *OA* 24 commedunt *O* comedent *V* operiuntur *Cv* 25 et labore] in labore *R*

in pretium uertunt et dicunt: benedictus dominus, quoniam  
 ditati sumus, qui se ipsos pascunt magis quam oues. sed  
 ex illis opto inueniri pastoribus qui dicunt: quis infirmatur,  
 et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?  
 5 — per sollicitudinem scilicet —, qui dicunt: non quaero quae  
 uestra sunt sed uos, et ex illis qui adurebantur aestu solis  
 per diem et gelu frigoris noctu. patriarchae pastoris opus istud 2  
 est, cuius oues signatae omnes et quae didicerunt in canalibus  
 potatae ex intuitione et concupiscentia concipere uirgarum.  
 10 uerum ista quoquo modo se habent, nos tamen, quia uenimus,  
 reddamus nobis inuicem rationem, quid profecimus per ab-  
 sentiam. utile namque est non solum uerbi et actus, uerum  
 etiam totius temporis atque horarum uel momenti credere nos  
 poscendos esse rationem. uos ergo indicate mihi uestri operis  
 15 profectum, et ego in medium proferam, quaecumque per otium  
 et quietem in memet ipsum conuersus philosophatus sum.

5. Uos tamen quid spiritalis et altioris intellegentiae uel  
 a nobis acceptum seruastis uel a uobis inuentum adiecistis  
 uel de fide uel de aliis dogmatibus, de quibus saepe uobis  
 20 disserui? require enim non solum pecuniam, quam com-  
 misi uobis dominicam, sed et augmentum fenoris expeto, ne  
 quis forte uestrum susceptum talentum aut in terram defo-  
 dit aut in sudario configuit, etiam insuper argumentatur

1 Zach. 11, 5    3 II Cor. 11, 29    5 ibid. 12, 14    6 cf. Gen.  
 31, 40    8 cf. ibid. 30, 32, 38    22 cf. Matth. 25, 18. Luc. 19, 20

2 semet ipsos *Cv* 4 *pr.* et non ego *v* qui *RV* alt. et non ego *Cv*  
 6 adurabantur *C.Ra.c.* 7 noctu—*p. 173, 20* melius est *om. A* patri-  
 arcae *R* istud] illud *v* 8 didicerint *OVv* 9 potatae] potare et  
 (et s. l.) *R* 10 *se\* C* habeant *RV* habet *Ca.c.* 11 orationem *V*  
 profecerimus (*ex proficimus*) *R* proficimus *OCa.c.* per abstinentiam *R*  
 12 utile *O* 13 orarum *Ca.c.* credere nos poscendos esse rationem  
 = οἰσθαι λόγον ἀπαιτεῖσθαι ἡμᾶς 15 quae cum *V* 17 tamen] autem *V*  
 quid *R* 19 uobis saepe *Cv* 20 commissi *R,Oa.c.* 21 foeneris *OVv*  
 faenoris *C* expecto *V* nec *Cp.c.* 22 qui *V* acceptum *R*  
 in terra *O* 23 sudarium *Ca.c.* conlocauit *C*

aduersum creditorem durum esse hominem conquerens et  
quaerentem quae non posuit ac metentem quae non seminauit.  
 2 quid uero boni operis et laudabilis egeritis inquiero: si quid  
misericordiae ita gestum est, ut operante dextera sinistra ne-  
sciret, uel certe si quid ita a uobis gestum est, ut luceret lux 5  
uestra coram hominibus et gloriificaretur pater uester qui in  
caelis est, ut ex fructu arbor cognosceretur et ex discipulis  
probaretur magister, si quid certe ita gestum est, ut hi qui  
subintroeunt explorare libertatem nostram, uel etiam hi qui  
conuersationem fidelium desiderant percontari uidentes quae 10  
geritis et qualiter geritis dicant quia uere deus in uobis est,  
non solum qui recte a uobis et integre praedicatur, uerum  
 3 etiam pie ac religiose colitur et ueneratur. sicut enim sine  
fide nullum opus bonum acceptable ducitur, quoniam quidem  
multi humanae gloriae causa uel certe naturali instinctu boni 15  
aliquid agunt, ita etiam fides sine operibus mortua dicitur. et  
nemo uos seducat inanibus uerbis eorum, qui omnia facile  
indulgent pro uno solo, ut credatur fidei, immo potius in-  
fidelitatis suae malo operi mercedes pessimas preeparantes. ego  
autem apostolici uobis uerbi auctoritate denuntio: ex operibus 20  
uestris ostendite fidem uestram et ex ubertate fructuum quod  
bona terra sitis, et optima protestamini, nisi forte in uanum  
 4 laborauimus aut in uanum seminauimus. uidete si est in uobis  
manipulus habens in se uirtutem facere farinam, si est in uobis  
fructus dominicis horreis dignus, ut et nos talem terram 25  
promptius et libentius excolamus: si quis in uobis adfert cen-

1 cf. Matth. 25, 24    4 cf. Matth. 6, 3    5 cf. Matth. 5, 16    7 cf.  
Matth. 7, 16    11 cf. I Cor. 14, 25    16 cf. Iac. 2, 20    17 cf. Eph. 5, 6  
20 cf. Iac. 2, 18    21 cf. Marc. 4, 20    24 cf. Os. 8, 7    26 cf. Matth. 13, 8

2 mentem *R.a.c.*    4 dextra *OC*    in sinistra (d s. n) *O*    8 si s. l.  
*R, om. OV, Cm1*    hii *ROCV*    9 hii *ROV*    12 et non solum *V*  
 quia *Cv*    14 fine *C, Ra.c.*    nullius (i s. l.) *O*    15 uel recte natu-  
 rali *Cv*    16 etiam] enim *exp. m2 C, om. v*    sine *ex si R*    18 credan-  
 tur *V*    infidelitate *Ca.c.* infidelitati *V, Cp.c.*    19 in mercedes *O*  
 20 apli *V*    21 ostendi *O*    24 manipulos *Oa.c.*    25 et ut *v*    talem  
*om. V*    26 promptius *O*    centensimum *R* centisimum *O*

tesimum fructum aut si quis uel sexagesimum, certe ad ultimum uel tricesimum, aut rursum e contrario si quis a tricesimo ad sexagesimum profecit et inde ad centesimum peruenit, sicut beatus patriarcha Isaac, posteaquam magnus factus est, 5 inuenit centesimum fructum, sicut et illi qui ibant ex uirtute in uirtutem, et qui ascensus in corde suo disponunt et cantica graduum cantant.

6. Quaero ergo fructum abundantem in ratione uestra et uestra lucra nobis ex uobismet ipsis adtentius exigo; erunt 10 enim et nostra, si sint uestra. quis ergo ex uobis confregit esurienti panem suum ex animo? quis nudum operuit et peregrinum introduxit in domum suam? quis sanctorum pedes lauit? quis tribulantibus subministravit? quis ministrum altaris uel sacerdotem laudabiliter egentem requisivit et nec indicantem penuriam 15 pro uerecundia secundum uires refecit, ut absque sollicitudine et occupatione altaris ministerio uacet? nec haec enim omittenda sunt erga eos praecipue, quibus digne ac merito exhibentur. quam autem turpe est haec et nos expetere et uos non praebere! sed non haec ideo commonui, ut ita fiant in 20 me — melius est enim mihi mori quam ut gloriam meam quis euacuet et sine sumptu mihi permaneat euangelium quod apud uos praedico; nam euangelizandi mihi necessitas inminet; haec autem mihi gratia est, ut sine sumptu efficiam euangelium —, sed haec diximus, ut uos discatis Christo facere

4 cf. Gen. 26, 12      5 cf. Ps. 83, 8      6 cf. Ps. 83, 6      7 cf.  
 Ps. 119—133      12 cf. I Tim. 5, 10      20 cf. I Cor. 9, 15      22 cf.  
 I Cor. 9, 16      23 cf. I Cor. 9, 18

1 sexagensimum *RCa.c.* sexagessimum *O*      2 tricensimum *RCa.c.*  
 tricesimum *O* aut] aū *C* tricensimo *Ra.c.* tricesimo *O*      3 sexa-  
 gensimum *Ra.c.* sexagessimum *O* proficit *RO* centensimum *RCa.c.*  
 centessimum *O*      4 *isac Ca.c.*      5 centesimum *R* centessimum *O*  
 ille *Ca.c.* ibant (u.s. à m2) *C* ibunt *v*      8 glūdantē (eū s. aū) *R*  
 //abundantem *V*      9 et om. *Cv* lucra ura *Cv* nobis *cod. Bononiensis* 30 saec. *X* et *v* uobis *RCV*, om. *O*      10 nostra] mea *v*      11 co-  
 peruit *C* cooperuit *v*      15 uires *ex res R* reficit *OV*      16 ne *RC*  
 19 sed non] non auſt *O* haec *om. R*      20 ut *om. Cv*      21 et (*xα*)]  
 ut *OACVv*      24 dicatis *V*

per ea quae uni ex minimis eius facitis, quoniam et ille pro  
 3 me omnia factus est, quae ego sum, absque peccato. idcirco  
 ergo etiam minima quaeque, quae in me fiunt, in se recipit,  
 quoniam et omnia mea usque ad minimum recepit, etiam si  
 tecto et hospitio communices, etiam si indumento, licet uinctum 5  
 in carcere et decubentem in lectulo uisites, certe, quod  
 minimum est, etiam si calicem aquae frigidae porrexeris et  
 arentem siti linguam refrigeraueris, sicut exorabat pauperem  
 Lazarum diues cruciatus in poenis. cui quid profuit in hac  
 uita deliciarum luxus? quid profuit esurientem et ulceribus 10  
 squalentem Lazarum despexisse? id namque ei contulit, ut  
 ibi misericordiam Lazari inploraret nec tamen posset adipisci.

7. Quae ergo a uobis requirimus ista sunt. et scio quoniam  
 non confundemini neque cum a nobis discutimini neque cum  
 in die domini redditis rationem. in illa namque die congrega- 15  
 gantur omnia quae gerimus. illuc opera nostra et actus et  
 ipsa quoque nos uerba nostra praecedunt, nonnulla etiam sub-  
 2 sequuntur. et hoc est quod dicit per prophetam: ecce ego  
 uenio omnia consilia uestra et actus uestros con-  
 gregare, et iterum: ecce homo et opus eius et merces 20  
 eius cum ipso. nostra uero quae sint, quae uobis de loco  
 silentii et quietis deferimus, uos probate. nam quod aptum sit  
 silentium et heremus ad philosophandum docet Helias libenter

1 cf. Matth. 25, 40 8 cf. Luc. 16, 24 18 Esaï. 66, 18 20 Esai.  
 40, 10 23 cf. III Reg. 18, 19

1 eaq; R.Ca.c. 2 sum om. V 3 ergo om. OA ego v recipit  
 (ἀναδέχεται) recepit Cv 4 recipit O,Ca.c. etiam si tecto—uisites] καν στέγης μεταδῷς, καν ἐνδύματος, καν ἐν φυλακῇ ἐπισκέψῃ, καν ἀρρω-  
 στοῦντα ἕδης Gregorius 8 refrigeraberis C 9 lazarem Ra.c. diuis  
 Ra.c. 10 diliciarum Ca.c. 11 dispexisse O,Ca.c. ei] et R  
 12 possit RCa.c.,O 14 confundimini (αἰσχύνεσθε) O 15 redditis OACV  
 in illam—diem O congregantur (συνάζεται) congregabuntur A 16 et  
 opera OA et ante actus om. O et actus—uerba nostra om. A 17 sub-  
 secuntur A 18 per s. l. RC ego om. R 19 actos O 20 mercis  
 O,Ca.c. 21 de locis V 23 heremus O filiosphandum RO philo-  
 sofandum C

Carmeli montis rupe contectus et Iohannes habitans in desertis et ipse dominus Iesus actus quidem et gesta sua turbis et populis praebens, orationes uero in silentio explens et in deserto hoc nos edocens, ut arbitror, quod oporteat aliquantulum 5 etiam a turbis populisque subtractum tranquilla et quietiore mente alloqui deum et reparare ac recolligere a diuersis fluctuationibus sensum. non enim ipse dominus indigebat silentio 3 — neque enim erat quo secederet deus, qui replet omnia et ubique est —, sed ut nos disceremus ab eo et negotii tempus 10 et otii. quae ergo sunt quae nos uobis ex heremo reportamus accipite. cupio enim sicut bonus negotiator et ex omni parte adquirere uolens etiam ex hac mea nundinatione uobis quoque offerre, si quid est lucri.

8. Deambulabam semotus in litore uergente iam in uesperam die. soleo namque tali quadam refectione laborum modestiam releuare, quoniam quidem nec arcus districto semper neruo cordaque distenta utilis erit emissionibus sagittarum, nisi parum quid a distensione laxetur. deambulabam igitur in litore et pedes quidem leni ferebantur incessu. haerebat uero 20 uultus ad conspectum maris nec sane delectabilis habebatur intuitus, quamuis soleat esse gratissimus, si quando in tranquillo silentio purpurantia micant aequoris dorsa, uel cum leni motu placidis inpulsa lapsibus adludit unda litoribus. sed 2 quid erat tunc? ut uerbis scripturae dicam: uento magno

1 cf. Luc. 1, 80 24 Ioh. 6, 18

1 carmelii *O* iohannis *O* iohannis *Ca.c.* baptizans habitans *A*  
 2 ihesus christus *v* 4 edocens (*pr. e in ras.*) *C* 5 quietiori *Cp.c.v*  
 6 recolligere *OCa.c.* a diuersis] aduersis *A* 7 enim *om. A*  
 8 quo\* *A* recederet *V* 9 ab eo *om. A* 10 deportamus *Cv*  
 reportauimus *V* 11 sicut sicut *R* parte (*παντοχόθεν*) actu *R* et  
*om. A* 12 adquirere *absolute* (= *κερδαίνειν*) *positum* nunditatione  
*A* 14 in uesperam] uesperā (~ *m2*) *C* 16 reuelare *OCa.c.* de-  
 stricto *R* 18 quod *Ra.c.* ad *O* distentione *Cv* ergo *v cum*  
*cod. Monacensi* 3787 19 lenis *Ca.c.* 20 a conspectu *Cv* nec  
 sane tamen *v cum cod. Bononiensi* 30 21 quamuis (uis *m2 s. l.*) *C*  
 22 pupurantia *C, Ra.c.* purporantia *O* 23 adludit *C* alludit *v* 24 tunc  
 erat *v* uentu *V*

flante mare insurgebat et infremebat, et fluctus — ut solet fieri in talibus — alii quidem longe insurgentes et paucimmo in aërem superbo uertice tumescentes, tum deinde fracto in petu languidiores iam resolutebantur ad litus, alii uero proximis adlisi scopolis furoris sui spumas in altum resperso 5  
 3 rore iactabant. et nunc quidem conchae uel cocleae exponebantur eiectae litoribus, nunc uero eaedem undis resorbentibus uerrebantur, quaedam tamen harenis tenacius inhaerentes immobiles permanebant nihil prorsus inundationibus patientes praeter hoc solum quod fluctibus urgebantur. 10

9. Ex hoc ego aliquid ad nostram philosophiam traxi; mos enim mihi est ad memet ipsum singula quaeque reuocare, praecipue si quies mihi sit et silentium, si uacet animi motibus aptare quod uidetur in oculis, sicut etiam tunc temporis habui, quo scilicet oculorum uisio fiat mihi mentis eruditio. 15  
 2 quasi non, inquam apud memet ipsum loquens, mare sit uita nostra omnesque res humanae; multum enim in his est uelut salsa cuiusdam amaritudinis, multum instabilitatis et incerti. flant etiam hic spiritus, temptationes scilicet istae, quae superueniunt, ac diuersae impulsiones rerum. quod mihi uidetur 20 beatus Dauid considerans exclamasse ad deum dicens: saluum me fac, domine, quoniam intrauerunt aquae usque

21 Ps. 68, 2

1 flante *O* 3 in aere *V* tumentes *R* 4 impetum *O* 5 allisis copulis *V* scopolis *O,Ca.c.* respersere et iactabant *v* 6 cocleae *A* 7 eiecti *C* iectae *V* [eiectae litoribus] ei et telitoribus *R* eadem (sic) *V* eadem *cet. v* uncis (s. *λ* undis) *A* resolutebantibus *OA* post resorb. *uerba* nunc uero—resorbentibus *repet. del. C* 8 uerberabantur ex uerrebantur *R* uerrebantur *Oa.c.* uertebantur *v* arenis *A* 9 ex (*m2 s. l. C*) inundationibus *Cv* 10 urgebantur *Rp.c.OV* 11 filosophilam *RO* traximus (*om. mos*) *R* 12 mihi enim *R* 13 si uacet] siue et *A* uacet et *O* animo *Ra.c.* 14 etiam] enim *R* nunc (*τ s. υ*) *R* nunc *AC* 15 quo<sup>s</sup> *R* scilicet et *v* fiebat *Rp.c.* 17 enim] aū *C* 18 instabilis *A* et incerti flant] cuius uenti fluit *O* 19 hinc *OA* 20 ac] aesi *R* ac *O* düuersis impulsioneis (*b; s. tert.i*) *O* impulsiones *R* quid *A* 21 dn̄m *O* 22 dn̄e (*ds s. l. m2*) *A*

ad animam meam, et: libera me de profundo aquarum, et: ueni in profundum maris et tempestas demersit me. eorum autem, qui temptationes incurruunt, 3 uidebantur mihi alii tamquam leues illae ostreorum testae 5 hoc atque illuc distrahi fluctibus et raptari et ne parum quidem ingruentibus molestiis posse resistere nullam uidelicet habentes in se melioris ac sobrii consilii grauitatem, quo muniti et roborati obuiare possint superuenientibus malis, alii autem parum quid non tam sua constantia obniti et resistere quam 10 firmioribus quibusque et ualidioribus adhaerendo. alii uero uide- 4 bantur mihi esse petra quaedam similis illi petrae, super quam aedificati sumus, hi scilicet qui sapienter instituti et eminentius a ceteris illis uiuentes, qui humilem et terrenam ducunt uitam, inconcussi et immobiles permanent et uel inrident uel miserantur eos qui in pulsu fluctuum uoluntantur, in quo aliud tamquam sapientes faciunt, aliud uero tamquam misericordes. apud hos ergo tales uiros turpe ducitur, si quis fortis sit et 5 constans absentibus malis, uincatur autem, cum uenerint, et praesentibus cedat in rebus praecipue fragilibus et nusquam 20 mansuris, et si ante tempus quidem philosophus sit, in tempore uero ignauum se ac desidem praebeat, sicut si quis se ipsum optimum putet athletam numquam descendens in stadium aut gubernatorem probabilem, si in tranquillitate de gubernandi

1 Ps. 68, 15    2 ibid. 3    11 cf. Matth. 16, 18

2 et—maris *om. v*    in profundo *O,Aa.c.*    3 dimersit *C*    in temptationes *V*    4 illa ostreorum *V*    ostrearium *Rp.c.* ostreorum *C* 6 habentes uidelicet *V*    7 meliores (i. s. e) *O*    moniti *RO*    8 possest *V,Ca.c.*    9 non tam *ex notam Rm2*    11 quaedam] quidem *V* similes *Vv*    12 hui *ROcv*    13 d\*cunt (u. s. \*) *O*    14 inconcusi *R*    immobilis *Oa.c.*    miserentur *OACVv*    15 impulsus (ib; s. pr. s) *C* impulsibus *v*    flutuum *O*    17 hos] eos *A*    si qui fortes sunt et constantes *V*    qui *OC,Ra.c.,v*    fortes *Ra.c.* forte *C*    18 uincantur autem.. et—cedant *V*    uenerit *Ca.c.*    20 quide *Ca.c.* filosophus *R* philosophus *C*    philosophus sit] philosophasset *O*    21 pr. se *om. A* ac *R* et cet. *v*    post praebeat add. fiat *A*    si\*cut *C*.    si qui *OC,Ra.c.,v* 22 putat *v*    atletham *O*

disciplina disputet, in tempestate uero gubernacula non contingat.

10. Uerum quoniam in tales disputandi deuenimus locos et imagines uerbi incurrimus praesentibus rebus satis aptas, nisi me formidolosum quandam senem putetis, uelim uobis 5 indicare quae sentio. et quidem faciam, quoniam scio et sanctam scripturam huiuscemodi uti similitudinibus, ut manifestiora 2 faciat ea quae uult hominibus indicare. arborem quandam ferunt fabulae, quae excisa magis pullulat et uiresent et uelut certamen quoddam aduersum ferrum gerit et — si licet nouum 10 aliquid dicere de re noua — morte sua uiuit et interitu conualescit atque augetur absunta. haec quidem fabulae, quibus 3 licent omnia. mihi autem uidetur per hanc imaginem illud indicari quod uir eruditus et sapiens in molestiis et temptationibus reuirescit et materiam quandam uirtutibus suis praebet 15 putat, cum tristia quaeque proueniunt, et efficitur ornatior in aduersis, cum neque dextris armis iustitiae extollitur neque sinistris inclinatur et frangitur, sed semper idem est in eodem permanens statu, immo et aliquanto post tristitias clarior, sicut 4 et aurum post fornacem limpидius inuenitur et purius. ita ergo 20 nosmet ipsos praeparemus, ut, si quis nobilitate familiae gaudet et generis, studeat etiam in moribus et disciplina nobilis apparere, ut et natalibus et industria clarus existat. ignobilis quis est secundum luti huius figmentum — si tamen magna aliqua differentia inter lutum habetur et lutum —: eo amplius 25 honestis et liberis institutionibus nobilitatem sibi ipse conquerat,

9 cf. Horat. carm. IV 4, 57—60

1 disciplina\* *O* 3 in talibus—locis *V* 5 nisi (s. l. & ne) *R* senem (*γέροντα*) *σονçην* (s. l. *πενè m.2*) *R* esse non *A* uellem (e alt. ex i.) *O* 6 quoniam] quia *ex quo R* 9 pullulet *R* pululat *C* 10 si licet *ex* scilicet *R* 11 derenouata (ta s. l.) *R* de *om.* *Cv* nouata *C* renouata *v* uiuet *O* 12 adsumpta *RO* 14 immolestiis *A,Oa.c.* 16 tristitia *R,Oa.c.* quaequaes *O* 17 iustitia *R* 18 inclinatur] incuruatur *A* 19 aliquando *Cv* 20 fornace *Ca.c.* 22 in *om.* *A* disciplina talibus (*om.* nobilis—natalibus) *V* 26 institutionibus *Ca.c.* ipsi *Cp.c.,v* conqueraat *Ca.c.*

quam utique multo gloriosius est homini ex se genuisse quam ab alio suscepisse. triplici namque differentia constare ego 5 prosapiam generis puto. nam unum illud est commune omnium hominum genus, quo ex supernis esse coepimus, secundum quod 5 omnes ex aequo nobiles sumus, quoniam quidem ad imaginem dei facti sumus; aliud genus est ex carne originem ducens, in quo nescio quae aut quanta nobilitatis habenda sit differentia, cuius una est omnibus eademque corruptio; tertium est quod uel uirtute uel nequitia quaeritur, in quo tanto, opinor, quis 10 uel nobilior uel ignobilior erit, quanto aut obfuscauerit in se aut excoluerit imaginem dei. huic nobilitati studebit omnis qui 6 uere sapiens est et uere philosophus. quartum autem illud genus, quod per codicillos et cartulas uenit, tunc sermone dignum faciam, cum etiam picturae alicuius decorem in ceris et 15 coloribus expressum suspexero uel admiratus fuero simiam leonem esse iussam.

11. Iuuenis quis est: ostendat aduersum uitia fortitudinem suam et in hoc utatur iuuentutis feroore, ne iuuenilibus erroribus cedat, sed maturitate prudentiae lasciuiam uincat 20 aetatis. gratulabitur procul dubio de hac uictoria magis quam si fuisset in Olympiaco certamine coronatus; uinceat enim in illo stadio uel theatro, in quo humana certamina angeli spectant, et corona eius nulla senectute marcescat. habebit nam- 2 que non parui temporis sed aeternam securitatem, cum de hoc 25 certamine coronatus abierit ad regionem uiuorum, ubi iam non est inmaturus et senex, sed omnes in una plenitudinis Christi

26 cf. Eph. 4, 13

1 quam] quia *V* ex se genuisse gloriam *V* 3 prosapien̄tia (am s. ej) *R* prosapiem *V* generis *R* illud unum *OAV* est *om. v* 4 quod *R* quod] quo *A* 7 sit] est *V* 8 eadem *v* 9 opinor (*οψατ*) ut (s. l. m.2 *R*) opinor *RAV* 10 offuscauerit *ROC*, cf. p. 245, 11 11 nobilitati\* *O* 12 sapiens est uere *v* 13 codicellos *A* kartulas *O* car\*tulas *C* tum *Cv* sermonem *C* 14 in ceris] ingeris *V* 15 adfirmatus *C* 16 uisam *v* 18 ferorem *Ca.c.* nec *A* 21 olyphiaco (s. l. atlethico) *R* olimpiaco *OCv* uincit *CVv* 22 studio *R* expectant *V* 23 marcescit *RCv* marcescat *A* arescit *V* 24 et eternam *v*

aetate perfecti sunt. decorus aliquis uultu est et forma praecipius: obseruet ne inferior sit et deformior in animae decore; haec enim forma marcescit et praeterit, illa uero in aeternum  
 3 manebit. deformis quis est exteriore uultu: sed interiore decorum faciat et exornet, sicut in horrentibus spinis fragrantissimi et decori gestantur flores rosarum; nam et illud, quod scriptum est: *decorus forma super filios hominum,* nullo genere prorsus ad exteriorem sed totum ad interiore  
 4 *hominem respicit.* robustus est aliquis et uegetus: abutatur fortitudine corporis ad optima et honesta officia infirmos 10 uisitans, inquietos redarguens, in uerbo dei fiducialiter agens, ieuniis et uigiliis diffusio rem materiam corporis extenuans, humi requiescens; caelestia simul terrenaque consideret nihil firmum uel securum in praesenti uita conlocans sed ultimum  
 5 diem per singula sperans. aeger quis est et infirmus: repugnet, 15 quod, etsi uincitur, in eo uincit quod iam non habet pugnam. diues quis est: studeat dispensare diuitias, dare indigentibus ex his quae habet; fiat tamquam alienorum dispensator, ut et indigentes misericordiam consequantur et ipse sublatis e mediò his quae obstabant adiungatur ad deum nihil habens nisi 20 crucem suam et corpus. pauper est quis: sed in deo diues sit, quin immo et inrideat diuites saeculi, qui quanto magis adquirunt, tanto amplius indigent, uelut si propterea bibant, ut sitiant.

7 Ps. 44, 3 8 cf. Rom. 7, 22. Eph. 3, 16 10 cf. Matth. 25, 36  
 11 cf. I Thess. 5, 14 cf. Act. 9, 27. 28 21 cf. Matth. 16, 24. Marc.  
 8, 34. Luc. 9, 23. 14, 27

1 decoros *Ra.c.* 4 extero ore *Ra.c.* 5 decorē *R* (*ex decorū*) *A,Ca.c.*  
 orrentibus *Oa.c.* fragrantissimi *Ra.c.* *V* flagrantissimi *OAC,Rp.c.* fragrantissimi *v* 8 prosus *Oa.c.* 9 uigetus *v* qui abutatur (qui *s. l.* *m2*) *V* utatur *v* 12 extenuans *Ca.c.* attenuans *Cp.c.,v* 14 *\*\*uel O* collocans *R* 15 est *add. Om2* 16 in eo uincit quod iam non habet pugnam = *υνκήσει λαβών τὸ μηχέτι μάχεσθαι uincit] uincitur R uincet O* uinci *Ca.c.* quod iam] quo iam *A* 19 indigentibus (es *s. ibus*) *O* sublati (o *s. i.*) remedio *O* 21 est *om. O* pauper est quis sed] pauper quis sit *O* sed] sit (*omisso sit post diues*) *A* 22 quanto] tanto *V* 24 satiant *Oa.c.*

12. Esurit quis: speret cum uolatilibus caeli a deo pasci, quae neque seminant neque arant, certe uel cum Helia credant se apud Sareptenam uiduam nutrientos, ubi capsaces olei non deficiet nec hydria farinae minuetur, sed uenis perennibus utraque ministrabunt ad aeternam gloriam uiduae hospitalis, ut pasceret eum, a quo pasceretur. sicut quis: fontibus utatur et fluuiis et utatur poculis absque mensura ministratis. frigore laborabit: hoc et Paulus; sed ad tempus est aliquod et saxi indumentum; doceat te Iob dicens: et quia non habebant tegumentum, saxo adoperiebantur.  
 considera etiam illud quod ad perfectionem proximus est iste qui talis est; cum enim maledictus fuerit uincet; non enim reddit maledicta pro maledictis. persecutionem si patietur, tolerabit; blasphematus deprecabitur; criminatus orabit. si in maxilla palma fuerit percussus, praestabit et alteram, ut cedentem doceat patientiam et opere doceatur qui non obtemperat uerbo. exprobabitur: hoc et Christus; et erit illi gloria, si socius efficiatur passionum Christi. etiamsi Samaritanus audiat, etiamsi daemonium habens, illud audiet homo quod

1 cf. Matth. 6, 26    3 cf. III Reg. 17, 14    8 cf. II Cor. 11, 27  
 9 Iob 24, 8    14 cf. Luc. 6, 29    18 cf. Ioh. 8, 48

1 uolatilibus] uoluntatibus (cribus s. ητατibus) *R*    2 certe uel *R* certe uel (uel s. l.) *C* certe *OAV* elia *Ca.c.*    3 se postea add. *O* sarephenam *A*, *Vp.c.*, *v* saraphenam *C* 4 ydria *RCVv* idria *O* perhennibus *v* 6 hospitali *C* (*alt. i sequente rasura*) *v* 8 laborabit (*βιγώσειται*) *Cv* laborauit quis (*sed quis in fine uersus m2 additum*) *R* laborauit *OV* laborat *A* sed et ad *v* post ad tempus (*ἐπὶ ποσόν*) *falso interpunktur in textu Graeco* 9 aliquid *A* indumentum etiam saxi *V* sanctus iob *v* et quia non (*παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σκέπην*) *RAV* et qui non *OCv* 10 habebat—adoperiebatur *Cv* tegumentum *A* adoperiebantur (ad s. l.) *O* operiebantur *A* 11 illud euāgelicū *v* proximis *Vp.c.* 13 reddit (*τῷ μὴ ἀντιλουθορεῖσθαι*) reddat *OC* reddit *Vv* patietur (*διωχθήσεται*) *Wrobel* patitur *codd. v* 14 blasphematur *A* blasphematus *C* si etiam *v* 15 cedentem *RCv* cedentem *O* 16 patientia *A* opera *O* obtemperet (a s. e.) *O* 17 exprobabitur *O* hoc est et (et s. l.) *xps A* et alt. om. *Cv* 18 samaritanus es (es s. l.) *R* 19 demonium *RO* alt. audiat *Cv*

ingestum est deo; immo uero et multa adhuc desunt, etiamsi multa patiatur. numquid et aceto ac felle potatus est? numquid coronam spineam gessit? numquid sceptrum calami tenuit? numquid circumdatus est coccinea clamide? numquid crux? numquid clavi? numquid latrones dextra laeuaque confixi et praetereuntium insultatio? sed oportebat et in hoc plus habere deum, in quo plus patientiae in contumeliis habet.

13. Nihil hac institutione praecelsius, nihil hac philosophia, quae in Christo est, clarus. quomodo enim potest teneri qui nudus est? quaevis opulentia uinci potest magis quam Christiani philosophi nuditas. onagrus quidam est in deserto remissus et liber, inridens quoque multitudines urbium et iurgia exactorum non audit. unicornis est quoddam animal quod suis legibus uiuit, de quo ait: numquid uolet tibi seruire unicornis, aut alligabis eum ad praesaepe, aut 15  
2 sub iugum tuum accedet? sed etsi ab omnibus quae in terris sunt excludatur, tunc etiam aptat sibi alas sicut aquila et reuertetur in domum eius qui fecit eum, id est ad deum perget. dicam adhuc aliquid breuiter. duo sunt in caelo quae teneri non possunt, deus et angelus; tertium uero est in 20 terra Christianus philosophus. uelut quidam incorporeus est uiuens in carne, incircumscrip<sup>tus</sup> est in corpore, in terra caelestis est, in corruptione inpassibilis est, in omnibus cedit,

2 cf. Ps. 68, 22      3—6 cf. Matth. 27, 29—40      11 cf. Iob 39,  
5. 7      14 Iob 39, 9. 10

2 et om. Cv fel Ca.c.      3 sceptrum v 4 coccineam clamidem OA  
6 exultatio C insultatiq; V et om. A 9 clarus] gloria V quia R  
10 opulentia Ca.c. cristiani Ra.c. xpi V 11 onagrus (er s. rus) RV  
\*\*onagrus C onager Ap.c. quidam O 12 in iurgia O 13 audet  
(i s. e) O quoddam] quidam R quidam OV a.c., C quidem A 14 ait]  
ait ad iob OC dominus ait ad iob v; textum Graecum securus (φησει ὁ  
Ιώβ) uix recte ait Iob maluit Wrobel ualet R seuire A 15 ui-  
cornis (?) A allegabis Oa.c. 16 iugum R iungum A accedit OA  
sed si A omnibus V quae (i s. ae) R 17 aquile Cv 18 reuertetur  
(επιστρέψει) R reuertitur cet. v 19 pergit O qui RCv 20 est  
uero v est om. R 22 incircumscrip<sup>tum</sup> Ca.c. 23 correptione (u s. e) R  
credit R

in omnibus uincitur praeter in animi libertate et in eo magis  
uincit, in quo omnibus auferre ei quid uolentibus cedit. quia <sup>8</sup>  
ergo philosophum Christianum noster sermo descriptis, age  
nos quoque aptemus nosmet ipsos ad similem uitam et nostras  
<sup>5</sup> spes in huiuscemodi institutionibus contemplemur, ut, si  
forte ueniant ad nos qui oderunt nos gratis et qui tota die  
inpugnant nos, inueniant nos etiamsi non perfectos in discipli-  
na, at certe in tali exercitio meditantes, ut uel propositum  
reuereantur, si nondum perfectionem operis pertimescant.

10 14. Quid enim omnino est quod pati homo per hominem  
potest? praemeditemur apud nosmet ipsos semper et ipsi nos  
probris odientium confutemus. imperitos nos et insipientes appellabunt:  
unam sapientiam noui, timorem domini, quoniam prin-  
cipium sapientiae timor est domini et finis uerbi  
<sup>15</sup> audire omnia et timere deum. haec Salomon, qui est  
sapientissimus, dicit. si uero hanc a nobis saeculi sapientiam <sup>2</sup>  
quaerunt, Pauli ad eos sermonibus respondeamus quia stul-  
tam fecit deus sapientiam huius mundi, quia nec  
prius potest quis sapiens effici apud deum, nisi stultus fiat  
<sup>20</sup> in hoc mundo. sed paupertatem et penuriam exprobabant:  
istae sunt diuitiae meae, istud me non solum gloriantem, sed  
et adrogantem facit. uideor enim mihi hoc audire ab inimicis  
quia uestigiis illius incedam, qui propter nos pauper factus  
est cum diues esset. atque utinam exuere me possem etiam <sup>3</sup>  
<sup>25</sup> istis ipsis pannulis, quibus circumdari uideor, ut nudus effugerem

6 cf. Ps. 68, 5 13 Prou. 1, 7 14 Eccl. 12, 13 17 I Cor. 1, 20  
23 cf. II Cor. 8, 9

1 anime *O.p.c.*, *v* libertatem *OCa.c.* 2 offerre *O* auferri *Ca.c.*  
cedat *Ca.c.* 3 chri tianum *R* discripsit *O* 4 aptemus *om.* *R* nostras  
spes ( $\tau\alpha \ \eta\mu\epsilon\tau\rho\alpha$ ) nostram spem *OAC* nostrā speciē *v* 5 ut] et *V* 7 per-  
fectus *Ca.c.* 8 at] ad *RCa.c.* ac *A* p̄positum *v* 9 pertimiscunt *O.p.c.*  
pertimescant *Cv* 10 Quod enim *v* per hom.] ab homine *V* 12 op-  
probriis *V* confitemur (u.s. i) *A* 14 est *om.* *Cv* 15 salomon *C*  
16 querunt sapientiam *Cv* 17 quia] quoniam *A* 19 quis pot. sap. eff. *R*  
sap. pot. quis effici *V* 22 arrogantē *R* 24 exure *Oa.c.* possim  
*RO Cv* 25 pannolis *O* circumdare (i.s. e) *O* effugirem *O*

spinis saeculi, quae retinent et reuocant pergentes ad deum! utinam autem etiam graue istud corporis indumentum citius deponerem, ut leuiore induerer et puriore! patria ac domo fugitios uocabunt: parua de nobis sentiunt, uere iniuriosi  
 4 sunt. habemus enim nos patriam hic manentem? est nobis 5 ulla in hoc mundo domus? ipsi, ut video, non sunt hospites neque peregrini super terras, sicut patres nostri. non uos laudo gloriantes de huius mundi proprietate. uidete ne de illa uera patria decidatis et illius peregrini et alieni inueniamini, cuius  
 5 nos ciues inueniri cupimus et optamus. senectutem nobis et 10 fragilitatem corporis si exprobrent, doceamus eos quia non omne, quod materiae corporali deest, uel senecta temporum uel tabo infirmitatis absumptum est; aliquantum ex ea etiam cogitatio futuri iudicii et aeternae spei sollicitudo consumpsit,  
 ut etiam nos parum aliquid gloriemur. audiui enim Paulum 15 dicentem quod caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. quo ergo mihi hic taurinas carnes nutrire et corpora pingui aruina distendere ac fecundiores corruptelae materiam praeparare?

15. Sed ais mihi: 'quid si uos ipsos, qui praeestis sedibus, 20 aliquis depellat et a docendi cathedra excludat?' non contri-

6 cf. Hebr. 11, 13 15 cf. II Cor. 11, 16 16 I Cor. 15, 50

1 spinis *O* ac reuocant *Cv* 2 utinam etiam aū *Ca.c.* utinam etiam aut graue corp. istud *v* 3 leuiore (i.s. *l.*) *R* induer *A* 4 parua (*μαρρά*)] parua (ra.s. *q̄ m.2*) *R* 5 habemus enim nos] non (s. *l. m.2*) habemus enim nos *R* habemus nos enim *A* patriam non hic manentem *OC* manentes *R* non (s. *l. m.2*) est nobis *R* 6 ulla] nulla *OC* non uos *ex* nouos *R* 8 de huius mundi gloriantes proprietate *V* alt. de *om.* *A* 10 inuenire (i.s. *alt. e*) *O* 11 quia] quoniam *A* 12 uel *ex* ue *C* 13 tabo infirmitatis] talione infirmitates *A* sumptum *R* adsumptum *O, Ca.c.* ex ea (o.s. *a*) *R* etiam *om. R* 16 possedere *O* 17 quid ergo *R* hic *R, om. cet. v* mihi *om. V* 18 pinguis ruina *O* pinguis (i.s. *inter u et a*) aruina *C* pinguis aruina *v* 20 uos] utique *R* ipsos qui (t is s. os, t b; s. qui) *R* et sedibus *V* 21 aliquid (s.s. d) *O* aliquid *AV* aliqui *Ra.c.Cv, fort. recte* depelle<sup>t</sup> (at s. et) *R* depellant *v* ad *RO* excludant *v* tristabit *R* contristauit *OV*

stabat hoc illum qui ad hoc inuitus adductus est. sin minus,  
edocetur quam magnopere retinendum sit quod tam indigne  
et inpudenter expetitur. tum deinde quis umquam, qui secun- 2  
dum Christum sapit, qui euangelii cupit esse discipulus, de  
5 primatis lites mouebit habens Christi regulam, quae de  
infimis placendum decernit? quamuis nunc e contrario propter  
primatus moueantur omnia et perturbentur atque orbis terrae  
bellis ecclesiasticis quatiantur, ita ut paene iam discipuli Christi,  
pro quibus dominus maiestatis crucifixus est, omissio dei nomine  
10 et nomine nouo, quo appellati sunt humanis nominibus, censem-  
tantur. nos autem qui praesumus non utique ex locorum sed  
ex morum nobilitate innotescere debemus neque urbium claritate  
clari effici magis quam fidei puritate. sed, quod est infelicius, 3  
diligenter notamus quis ad dexteram sedeat uel quis ad sinistram,  
15 quis uero medius et quis excelsior, quis uero considat humilior,  
uel quis praecedat, quis autem simul incedat. quorum omnium  
obseruatio quam plurimam contritionem dei ecclesiis generauit  
et multos in interitum praecipitauit atque in haedorum simi-  
stram partem detorsit non solum ex populis, uerum etiam ex  
20 ipsis doctoribus et magistris, qui cum doceant Israhel ipsi haec  
ignorant.

16. Quod etiamsi nos ab altaribus prohibeant et excludant,  
scio aliud altare, cuius typum gerit altare hoc quod habetur

5 cf. II Cor. 12, 10

9 cf. Ps. 28, 3

18 cf. Matth. 25, 33

20 cf. Ioh. 3, 10

1 illum hoc *R* qui\* *C* si minus *OACv* 3 expeditur *Ca.c.* qui]  
si *O* 4 euangelii *Ra.c.* eguangelii *A* 5 priatq; *V* primatis lites—  
perturbentur *om.* *V* habemus *Cp.c.,v* 6 pacificandū uel pacādū dec. *v*  
dediscernit *A* e *om.* *v* 7 primates *Cp.c.,v* moueantur (an *s. l.*) *R*  
adque (que *s. l.*) *O* 8 bellicis *V* paene] bene *v* 9 magestatis *OC*  
10 apellati *R* 12 mobilitate *O* deberemus *AV* 13 clari *om.* *A*  
fide *Ra.c.* de fidei puritate *A* quid *A* 14 dexteram *O* uel  
*om.* *OAV* 15 qui *R* quis uero] quisue *RV* conseedat *OVv* 16 quis  
a. s. incedat *om.* *R* 17 quam] quia *A* 18 interitum (in *s. l.*) *O* interitu  
*Ca.c.* 19 retrorsit *A* 20 doct.] tortoribus *C* qui—ignorant] qui  
non tantum suis prodesse uel praeesse ignorant *V* istrahel *R* hoc *v*  
22 quid *A* 23 geret *Ca.c.*

in terris, super quod altare acisculus non ascendit, nec pollutum est nec audita est uox ferri super eum uel aliquid in eo artis aut uarietatis effectum est, sed omne in illo opus mentis et per scientiam fidei ascensus. si hinc inique excludor,  
 2 adstabο et ministrabo illi altari. ibi offeram hostias et oblationes et holocausta, ad illud altare, quod in spiritu intuens magnus ille Dauid, uerus dei philosophus, dicebat: introibo  
 ad altare dei, ad deum qui laetificat iuuentutem meam. ab illo enim altari non quilibet eiciendi me habebit  
 3 potestatem. sed ciuitate depellent et fugabunt: numquid et de 10 caelesti urbe Hierusalem, quae est mater omnium nostrum, depellere nos poterunt uel fugare? facultatibus defraudabunt:  
 quibus? meis? facilius mihi alas incident, quas non habeo. si autem ecclesiasticis, hoc utique est, pro quo omnis pugna et pro quo omne certamen est. aut ignoramus quia per pecu- 15 niae cupiditatem et loculorum fraudem etiam ad proditionem proficitur Christi et triginta argenteis dominus maiestatis adpretiatur? tanto pretio non dominus sed proditor dignus est.

17. Domos nobis excludent, ministeria inpedient, officia prohibebunt, amicos auertent — ualde enim et amicis et do- 20

1 cf. III Reg. 6, 7 5 cf. Hebr. 10, 8 7 Ps. 42, 4 11 cf. Hebr. 12, 22. Gal. 4, 26 17 cf. Matth. 26, 15

1 acisculus (*λαξευτήριον*) *OACV* acisculus (fasciculus s. *m2*) *R* asciaculus *v* 4 et *Engelbrecht collato textu Graeco* (*ὅλον τοῦ νοῦ τὸ ἔργον καὶ διὰ θεωρίας ἡ ἀνάβασις*) est *codd. v* est et *Wrobel* ascensus (*ἀνάβασις*) ac sensus *R* 5 abstabο (d s. b) *R* asstabο *A* astabο *Cv* ubi *v* 6 quod in spiritu *om. R* 7 ille magnus *A* 9 eciendi *O* 10 sed] si\* de (i ex e, de s. l. *m2*) *C* si de *v* depellent] add. uere gregorius non timebat quicquid mali sibi a malis inferretur habens secum deum. sed in his aperit suo tempore persecutiones fuisse per hereticos aduersus seruos dei *R in mg.* et effugabunt *Cv* 11 iherusalem *V* nostrorum *OCv* 12 depelli *Ca.c.* poterunt *O* defraudabunt *C* 13 quibusq; (q; s. l.) *R* meas *Vp.c.* alias *O* 14 ecclesiasticis *O* hoc utique altare (altare s. l.) est *O* 15 est *om. A* haut (h s. l.) *R* 16 cupiditate—fraude *A* locorum (s. l. ἡ locorum) *R* locorum *Vv* 17 proficitur (sci s. ci) *O* proficiscitur *v* 18 adpretiatur *R* post proditor ras. 4 litt. *R* 19 Domos nobis] dum nos *Cv* domibus *A* nos *Ap.c.* inpediant (e s. a) *R* inpedent *Ca.c.* 20 amicqs (i s. q) *R*

mibus grauis est uita philosophi —: immo uero recusantes haec magis possumus et debemus laedere quam abutentes, quasi non sufficiat unius religiosae uiduae domus talis aliqua, qualem illam de Sarepta commemorauimus, quae simplicem uictum 5 religioso dependat officio. pro qua et nos dicamus: det illi dominus inuenire misericordiam a domino in illa die. amici autem qui fideles sunt et boni numquam recedent, 2 qui infideles sunt et simulati non tam recedent quam arguentur et apparebunt, quorum utraque genera designans propheta in 10 persona domini dicebat: amici mei et proximi mei alii quidem manifeste aduersum me castra, non timebit cor meum; si insurgat in me proelium, in hoc ego sperabo. et in tantum in his omnibus, quae patior ab inimicis, 20 nullus me timor, nullus metus inclinat, ut meis maeroribus derelictis illos ipsos qui haec inferunt lugeam. uos ergo, 2 honorabilia mihi et ueneranda membra Christi, populus eius et oves gregis eius, in omnibus temptationibus et aduersum omnem inprobitatem luporum his uos meditationibus roborate, 25 ne prodatis umquam ouile uestrum — nouella namque est

4 cf. pag. 181, 3 5 II Tim. 1, 18 10—12 Ps. 37, 12 13 Matth.  
26, 31 15 Mich. 7, 5 16 Ps. 26, 3

1 uite Ra.c. 2 ledere (s. incedere) R quam] quia A quā habentes (h s. l.) R 3 sufficiant A 4 sareptha ROA 5 dependebat OAv 6 misericordiam inuenire A a domino om. V illo (a s. o) O 8 infidele Ca.c. recedunt A arguenter A 11 adpropriauerunt R et adpropriauerunt O adpropriauerunt V, Ca.c. 13 unde ipse dns ait V 14 patimini Ra.c. in me s. l. O 15 pr. ip R, eras. O 17 consistat O, Ca.c. 18 aduersum me V hāc (o s. a) R 19 que ego patior v 22 menbra C 23 ouis R 24 roboratæ R 25 ne s. l. R nec OCVv ouilem O, Ca.c.

congregatio uestra —, et uidete ne, priusquam congregemini,  
dispergamini et dissipemini sicut oves remissae de uinculis  
et efficiamini in exterminationem subito, ne et uos excidamini  
et nobis dolorem grauissimum generetis, ne simplicitate pastoris  
ad subuersionem gregis abutamini et accidat uobis quod scri- 5  
ptum est: perditioni tuae, Israhel, quis subueniet?  
3 et quibus utar postmodum medicamentis, quibus alligaturis,  
ut reconiungam et conglutinem dissidentia? quibus sermoni-  
bus, quibus orationibus, quibus lacrimis deflebo contritionem  
tuam? 10

19. Aeterna trinitas ueneranda perfecta, quae a nobis tota  
fide coleris et adoraris, tuum est hoc opus, tua quoque sit  
etiam tota perfectio. tu et istis constantiam et nobis patientiam  
dona, et istos ad concordiam et nos ad tolerantiam firma,  
ut et nobis laboris nostri indeclinabilem spem et istis fidei et 15  
perseuerantiae praemia digna restituas inluminans eos perfecto  
et integro et purissimo lumine sapientiae tuae, ut intellegant  
et agnoscant, quomodo tu ipsa sancta trinitas unus es deus,  
2 et quomodo tu, sancte deus, trinitas ueneraris; quomodo ingenitus  
et genitus et procedens una natura est, tres proprietates, unus 20  
deus, qui est super omnes et per omnes et in omnibus  
neque augmentum neque inminutionem recipiens neque  
diuisionem ullam capiens; qui nunc quidem ex parte agno-  
sceris et ex parte requireris, fortassis autem quandoque uel  
totus uel certe multo amplius quam nunc cognosceris ab his, 25

3 cf. Ps. 72, 19    6 Os. 13, 9    20 Eph. 4, 6

1 congregemini (gre s. l.) *R* congregamini *Ov* 2 dissepemini *O, Ca.c.*  
oues (cf. p. 187, 25) bous (βοῦς) *CVv* 3 et pr.] ut *RCv* ne. *O*  
4 simplicitatem *OV, Ca.c.* 5 accedat *ROC* 6 qui *O* 7 utor *Ca.c.*  
8 dissidentia (ἀδιεστάτα) dissidentia *RA* dissedentia *O, Ca.c.* 9 qui-  
bus (bus s. l.) lacrimis *R* 11 perfecta] perfectaque (προσκυνητή καὶ  
τελεία) *v* cum cod. *Monacensi* 3787 12 adoratōris *C* 14 istas (o s.  
q.) *R* ad cordiam *R* et om. *A* tollerantiam *O, Ca.c.* 15 la-  
bores *O* et post fidei om. *A* 18 es] est *RA* 20 et unus *Cv*  
unus est deus *A* 21 super om et per oma *O* 23 ex parte—l. 25 uel  
*in mg.* *O* cognosceris *OAV*

qui te recte hic quaeſierint uita et fide probabili. tibi gloria  
et potestas in saecula saeculorum. amen.

1 recta *Cp.c. v* uitę *V* 2 INCIPIT DE HIEREMIA DICTA  
PRAESENTE IMPERATORE APUT QUEM ET INTERCEDIT PR  
QUODA PERICLITANTE *R* INCIPIT LIBER SEXTUS DE HIEREMIA  
DICTA PRAESENTE IMPERATORE. APUD QUEM ET INTERCEDIT.  
PRO QUODA PERICLITANTE. FELICITER *O* EXPLICIT LIBER SCI  
GREGORII *EPI* IN SEMET IPSO DE AGRO REGRESSUS. INCIPIT  
LIB EIUSDE DE IHEREMIA DICTA PRESENTE IMPERATORE APUD  
QUEM ET INTERCEDIT PRO QUADA PERECLITATA *A* EXPLICIT  
LIBER *V*; INCIPIT EIUSDE LIBER VI DE IHEREMIĘ DICTIS (IS  
*in ras.*) PSENTE IMPERATORE APUD QUĘ INTERCEDET PRO  
QUODA PERICLITANTE; *V* EXPLICIT DE IN SEMETIPSU DE  
AGRO REUERSO. INCIPIT DE HIEREMIA DICTA PRESENTE IM-  
PERATORE INTERCEDENS PRO QUODAM PERICLITANTE\* *C*  
Explicit de semetiō de agro reuerso. Incipit de ieremie dictis. presente  
imperatore intercedente pro quodam periclitante *v*



VI.

AD CIUES NAZIANZENOS  
GRAUI TIMORE PERCULSOS ET  
PRAEFECTUM IRASCENTEM.

- R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.  
*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.  
*A* = codex Atrebatensis 621 saec. X.  
*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.  
*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.  
*v* = editio princeps Argentinae 1508.

## VI.

### AD CIUES NAZIANZENOS GRAUI TIMORE PERCULSIOS.

1. U entrem meum, u entrem meum doleo et sensus  
mei turbati sunt ait in quibusdam locis sermonum suorum  
5 Hieremias, eximius prophetarum, plenus misericordiae et deflens  
populi Israhel incredulitatem, qui alienus efficiebatur a deo,  
uentrem in hoc loco animam suam nominans tropicis legibus.  
ita enim in multis locis sanctae scripturae reperies siue pro  
eo quod occultus est et inuisibilis in hominibus uenter et aequa  
10 ut anima a conspectibus latet, siue quia similiter suscipit  
uerbi cibos et per singula quaeque membra dispensat et diuidit;  
quod enim agit cibus in uentre, hoc et uerbum gerit in anima.  
sensus autem, quos sibi dicit esse turbatos, puto quod motus  
et cogitationes animae dicat, et eos praecipue motus, quos  
15 ex sensibus corporalibus capit. pro quibus praecipue iusti qui-  
que perturbantur et dolent et pro humanis miseriis inflamman-  
tur. si uero et corporales quis sensus intellegat, quos dicit  
esse turbatos, non mihi satis uidetur errare eo quod sancti  
et oculis et auribus uidentes et audientes mala perturbentur  
20 et indignentur, qui utique desiderium gerunt uidere illa quae

3 Hier. 4, 19

5 plen'a R et plenus Cv misericordia Cv 6 qui alienus ex quali  
genus R qui (τὸν Ἰερατὴν . . ἀλλοτριούμενον) quia A qua OCV 8 rep-  
peries RAC, Vp.c.v repperiens V.a.c. 10 anima om. v latet et siue C  
simpliciter R suscepit Ra.c. 11 cibos (ος s. l.) R quaeque O  
membra Ca.c. dissppensat C diuidet O.Ca.c. 12 aget Ca.c. cybos O  
anima\* O 13 quod (s. s. d.) R esse dicit O dicis V turbatus Ca.c.  
motus (u s. o) O 14 motos O 15 iusti quoque A 16 et ult. om. R  
17 si uero et] siue Cv sensos (u s. o) O 18 uidetur satis Cv

oculus non uidit et audire quae auris non audiuit et cogitare  
 3 quae in cor hominis non ascenderunt. uerum quoquo modo quis  
 accipiat, dolet iustus uentrem suum et perturbatur sensibus  
 suis, dum ferre non potest quae patitur Israhel, quemcumque  
 illum uelis intellegere Israhel. siue eum qui secundum carnem 5  
 est siue eum qui secundum spiritum, pro quo propheta etiam  
 fontem lacrimarum requirit et mansionem ultimam in deserto  
 et secedere ad loca deuia cupit, ut aliquantum tristitiae de-  
 coquat et internum doloris uulnus exhalet per quietem et  
 silentium lamentans Israhel. 10

2. Eadem quoque etiam beatus Dauid in angustiis positus  
 paulo ante dicebat: quis dabit mihi pennas sicut colum-  
 bæ, et uolabo et requiescam? columbae pennas requirens  
 tamquam leuiores et uelociores — talibus enim motibus sancti  
 aguntur —, siue per hoc sancti spiritus gratiam uel adiumenta 15  
 deposcens, per quem solum possibile est effugere mala, ut  
 et ipse per gratiam spiritus adiutus et euctus longe effi-  
 ciatur ab ingruentibus malis. tum deinde — quod unicum  
 remedium inuenitur in malis — adest spes. expectabam,  
 inquit, deum, qui saluum me faceret a pusillo ani- 20  
 mo et tempestate, quod et in alio loco facere inuenitur  
 uelocissimum maerori remedium prouidens, simul et nobis  
 optima praebens magnanimitatis exempla. abnegauit, inquit,  
 consolari anima mea. uides sermones taedii et desperationis.

1 cf. I Cor. 2, 9      6 cf. Hier. 9, 1—2      12 Ps. 54, 7      19 Ps.  
 54, 9      23 Ps. 76, 3

1 audiit *RV* audiat *O*      2 quomodo *V*      3 accipiet *Cv*      5 uellis  
*R, O.a.c.* uelis intelligere illum *v*      7 *uox* lacrimarum *bis pos. semel eras. R*  
 requireret *O*      8 tristitia *Rp.c.*      de quoquat *C, O.a.c.*      9 exalet *OVv*  
 et alet *C.a.c.*      11 etiam *om. A*      12 ante\* *R*      pinnas *O*      sicut] ut  
*OACv*      13 pinnas *O*      16 depositent *O, Ca.c.* depositant *Cp.c., v*      per  
 quam solam *A*      effugire *O.a.c.*      17 sancti spiritus *A*      18 unico  
 remedio *R*      19 exspectabam *OC*      20 qui me saluum faceret *A*      pus-  
 sillo *C*      pusillanimo *V*      21 et alt. s. l. *C*      22 uelocissimum *Ca.c.*  
 23 obtima *O*      magnanimitates *R.a.c.* magnanimitatis *O*      abnegauit  
*OCVv*      24 consolari *R.a.c.*      animam mean *VCp.c., v*      desperationis  
*R, Ca.c.* desperationes (i s. e.) *O*

numquid non pauescit animus et contremescit auditus, cum se  
 Dauid in taediis et maeroribus abnegat posse curari? quid ais? 3  
 non sermo tibi, non amicus, non propinquus, non consiliarius,  
 non condolens et conpatiens, non aliquis suarum miseriarum  
 5 exempla proferens uel certe ueterum casus et gesta commemorans  
 uel nouella proponens, si qui forte etiam de grauioribus liberati  
 sunt malis, sed omnia desperata sunt, exclusa sunt cuncta?  
 periit omnis spes? iacendum est humi et quisque ille ueniat  
 solus exitus expectandus est? et haec magnus ille Dauid, qui 4  
 10 in tribulationibus dilatatur, quem etiamsi mortis umbra cir-  
 cumdet non timet mala, quoniam dominus cum ipso est. quid  
 ego patiar minimus et infirmus et totus terrenus? adhuc Dauid  
 perturbatur, et quis saluabitur? quae mihi exempla in tribula-  
 tione succurrent aut quo solatium inueniam? quo me conuertam  
 15 in angustiis? Dauid nobis ipse respondeat. noui etenim quia  
 in spiritu psallens etiam daemones fugat. ipse nobis indicet 5  
 quomodo erigamus remissas manus, quomodo dissoluta genua  
 conualecant. ipse nobis indicet quomodo transeamus per ignem  
 et aquam et perueniamus ad refrigerium. ipse dicat, si con-  
 20 sistant aduersum nos castra, quid agendum sit, aut si insur-  
 gat in nos proelium, si in arcu confidendum est uel in viribus  
 equi aduersum eos qui in curribus ad nos ueniunt et equis.  
 non longinqua sed satis proxima nobis ostendat auxilia, ut  
 uelimus et adsint antequam inuocemus et antequam dicamus

9 cf. Ps. 4, 2    10 cf. Ps. 22, 4    15 cf. I Reg. 16, 23    17 cf.  
 Esai. 35, 3    18 cf. Ps. 65, 12    19 cf. Ps. 26, 3    21 cf. Ps. 43, 7  
 22 cf. Ps. 19, 8

1 pauiscet *Oa.c.* contremescit *RA,Ca.c.* contremiscet *O* contremiscit  
*Cp c.Vv* 2 et in maer. *V* 3 consiliarius *R* consolarius *A* 4 et]  
 nec *O* non *Cv* sed *V* 5 ueterum (*τὰ ἀρχαῖα λέγων*) ceterorū (ro s. l.) *R*  
 7 desperata *OC* explosa *Cv* 8 periit (i alt. s. l.) *R* perit *OCVv*  
 quisquis (uis alt. s. l.) *R* ille ueniat (i s. e post 1) *O* 13 quis  
 (s. s. l.) *O* 14 quo solatium *O Ca.c.* 15 nobis *om.* *A* enim *OACVv*  
 16 demonas *O* 19 consistat *C,Va.c.* 21 arcu\* *O* arcum *C* 22 aequi  
*RO* aduersus *V* et in equis *V* uel in equis *v* 23 longinque  
 (s. l. a) *R* 24 uolumus *ex* uelimus *R* antequam *pr. s. l.* *R, om. cet. v*

6 praesto sint. prope nos uerbum sit in ore nostro et in corde nostro. suscipe igitur tam citum quam desideras remedium. memor fui, inquit, dei et laetatus sum. memoria quid promptius et paratius? memor esto et tu dei et laetare. o quam uile medicamentum! o quam facile remedii genus! o quanta 5 medicinae uelocitas! o quanta medelae magnificentia! non solum cohibet tristitias et conpescit maerores, si in memoriam uenerit deus, sed et laetitiam praestat.

3. Uis et alios huiuscemodi medelae audire sermones? si conuersus, inquit, ingemueris ad dominum, tunc 10 saluus eris. uidetis gemitibus sociatam salutem. alibi quoque et adhuc loquente te dicet: ecce adsum. et iterum: dic animae meae: salus tua ego sum. nihil interuenit medium inter supplicantem et miserantem: non auri, non argenti, non monilium munera neque aliquid eorum quibus 15

2 homines flecti ad humanitatem solent. sed et Sophonias cum diceret ex persona dei indignantis et irati: desolabo uias tuas, ita ut nemo prorsus incedat per eas, et deficient ciuitates eorum, quia non erit qui habitet in eis, et cum grauissimis utatur comminationibus et in desperationem adducat et cum terrorum tenebras superfundat, continuo etiam melioris spei reuocat lumen et deiectos rursum suscit animos ac reparat dicens: uerum tamen dixi: timete me et suscipite correptionem, et non exterminabo uos

3 Ps. 76, 4      9 Esai. 30, 15      12 Esai. 58, 9      13 Ps. 34, 3  
17 Soph. 3, 6      23 ibid. 3, 7

1 et 2 nostro (n s. q) R      2 cito A      3 delectatus OCv      memoriae R      4 promptius O propius A      5 uilem Cu.c.      o quam— medicinae om. C      quante R      6 quante R      medellae O, Ra.c. medella C      solum om. V      7 tristitia R      et] sedq (u s. q) R sed et Cv maerores] memoris R memores CV      9 de huiuscemodi m-dela A      medellae RCa.c., O, om. v      10 dominum (χόρτον) deum CVv      12 di-  
cit Av      15 munilium R      neque] nequid (c s. e) R      16 et] ut O soffonias RO sofonias C      17 dissolabo O      19 quia—cominationibus in mg. O      erit] est V      20 cōmonitionibus R cominationibus C 21 terrorem V      22 meliores O      23 me s. l. O      24 corrept. meam A

ex oculis meis. sed et adhuc hilariori sermone procedens 3  
 etiam laetiora pronuntiat dicens: in illo tempore dicet  
 dominus: confide, Sion, non dissoluantur manus  
 tuae. dominus deus tuus in te potens saluabit te  
 5 et superducet tibia laetitiam et renouabit te in cari-  
 tate sua et congregabit omnes contritos et saluabit  
 eos, qui adflicti sunt, et eos, qui expulsi fuerant,  
 reuocabit. haec quidem et sancti ante dixerunt, haec et nos 4  
 in uotis gerimus, haec et sermo noster adnuntiat, si tamen uos  
 10 suscipiatis uerba prudentiae, sicut ait sapientissimus Salomon,  
 et non uelut in profundum malorum descendentes contempnatis  
 neque per inperitiam tribulationes uel molestias incurrentes  
 absorberi uobis in temptationibus uideamini.

4. Circulus etenim quidam est, fratres, humanarum rerum,  
 15 et erudire nos uult per contraria deus, ut, sicut omnia in  
 sapientia fecit et creauit, ita cuncta per sapientiam gubernet  
 et corrigat secundum inscrutabilia atque inuestigabilia iudicia  
 sua uniuersa dispensans. sumus ergo et nos ei curae inter  
 cetera prouidentiae eius opera. mouentur namque omnia, ut  
 20 ita dixerim, circa eum qui inmobilis est. ipse enim semper 2  
 et in omnibus idem est inmobiliter stans atque dispensans ea,  
 quae cottidie diuersis et modis et rebus et causis per exitus  
 uarios transeunt. et hoc est dogma dei antiquum et inmobile,  
 quo pronuntiatum est tenebras esse latibulum eius. tenebrae  
 25 namque occurrunt oculis nostris, cum dispensationis eius cona-  
 mur aliquid intueri, nisi forte in aenigmate quid et per spe-

2 Soph. 3, 16—19      10 cf. Prou. 1, 3      15 cf. Ps. 103, 24

17 cf. Rom. 11, 33      24 cf. Ps. 17, 12      26 cf. I Cor. 13, 12

1 hilarioni (r. s. n.) *R* heliariori *O* hylariori *A* procidens *Ca.c.*  
 2 dicet [espè]t] dicit ex dcit *R* dicit cet. *v* 5 renouauit *Ra.c.* 6 congrega-  
 uit *Ra.c.* 7 adflicti—qui *om.* *R* 8 reuocauit *Ca.c.* 10 sap.] prudentissimus *v*  
*salomon O salemon v* 11 contempnatis *Ov* 13 in tribulationibus *V*  
 14 est *om.* *v* 15 sicut ds omnia *OA* 17 corrigat] regat *V* in-  
 scrutabilia] stabilia *R* 21 et *om.* *Cv* adquae *O* 22 cotidie *OAC*  
 et prim. *om.* *V* causas (i. s. a.) *R* exitos *RO,Ca.c.* 24 de quo *v*  
 25 et cum *OA* 26 enigmate *RO* enigmate *C* et] ad *O*

3 culum atque in figuris possimus aduertere. et hoc ut adrogantiam nostram retundat, ut accepto ex parte intellectu sapientiae et ueritatis dei per hoc ipsum quam nihil sumus nosmet ipsos considerare possimus et sciamus nos nihil aliud debere nisi ad ipsum conuerti et splendore eius inluminari, ut 5 per inaequalitatem eorum quae uidentur et commutantur ad intellectum nos transferat immobilitatis atque aeternitatis suae.

4 uerumtamen, ut diximus, nihil est immobile nec aequale uel in semet ipso consistens aut usque ad ultimum sibi simile permanens. non laetitia semper manet, non tristitia perseverat, non 10 diuitiae non paupertas, non fortitudo non infirmitas, non humilitas aut potentia, non praesentia non futura, non nostra non aliena, non parua non maxima. nec quodcumque illud est quod aliquis excogitauerit inuenietur in iugi aequalitate durare. inaequalitas et commutatio agit omnia et inserens se per singula mouet 15 ac uertit uniuersa, ita ut magis auris fallacibus firmitatis aliquid credi possit aut litteris quae scribuntur in glacie quam 5 humanis prosperitatibus. grandes namque successus inuidia permuat, infelicitatem nimiam misericordia releuat. quod quidem mira arte diuinae sapientiae temperatur, ut neque 20 affectorum dolor absque remediis fiat neque rursum successus prosperei perpetuitate ipsa effrenatius agant.

5. Denique uiri prudentis et aduersis erudit et uelut aurum in fornace purgati est dicere: bonum mihi, quod humiliasti me. quid enim haec mihi humilitas peperit? ut di- 25 scam iustificationes tuas. uides ergo quomodo sancti ad

24 Ps. 118, 71      25 ibid.

2 retundet (at s. et) *R*    3 dei om. *A*    simus *OACv*    6 equabilitatem *V*    7 transferet (at s. et) *R*    8 nihil est ut diximus *V*    nil in ras. *O*    9 sibi siue *R*    10 permanet *ROAV*    12 pressentia *O* 13 nec] non *V*    aliqui *CV*    14 inuenientur *A* inuenitur *v*    15 mouit *Ca.c.*    16 uertet *V*    aures *Ca.c.*    infirmitatibus *O* infirmitatis *A* 17 aliqui *Ca.c.*    18 grandis *ROCa.c.* *V*    21 affectorum *R,Cp.c.*    rurus *OV*    22 effrenaq[ui]tius *C*    23 prudentes *O,Ca.c.*    aduersis (*ταις συμφοραῖς*) in aduersis *OACVv*    24 purgati<sup>sh</sup> *R*    quod] quia *V* 25 quod *Ra.c.*    mihi haec *V*

deum in humilitate confugiunt et per dolores ac tribulationes diuina beneficia promerentur. anima namque, cum in laboribus fuerit et in angustiis, cum hostiliter urgetur a carne, tunc ad deum refugit et agnoscit unde debeat auxilium poscere.  
 5 cum sibi alienum et inimicum senserit mundum, tunc parentem et proximum inueniet deum. propterea ergo sursum re-<sup>2</sup> spiciamus, fratres, in omni tempore et in omnibus afflictionibus nostris spem requiramus a deo neque in prosperis neglegentes timorem eius neque in aduersis desperantes spem. memores  
 10 simus et in tranquillitate tempestatis et in tempestate gubernatoris, nec deficiamus in tribulationibus neque efficiamur serui nequam adulantes domino suo cum mitis et placidus est, declinantes et refugientes cum castigat et corripit, cum praecipue melior sit saepe labor otio et remissione correptio,  
 15 uisitatio neglegentia et emendatio uenia. dicam breuiter: neque propter miserias corruendum est neque propter prosperitatem superbiendum.

6. Et ideo subiecti simus deo et inuicem nobis ac terrenis potestatibus: deo quidem propter omnia, nobis autem inuicem  
 20 pro caritate, propter quietem autem et disciplinam principibus, et his praecipue qui mites sunt uel benigni, ne forte multam eorum clementiam adsiduitate ueniae consumamus et pro asperitate eorum et inmutatione propositi nos rei efficiamur apud deum, uelut qui tranquillitatem turbauerimus seditione  
 25 uentorum et lumini tenebras ac mellis iniecerimus absinthium. est namque etiam hoc in legibus sancti spiritus cautum et utili prouisione signatum, ut, sicut serui iubentur dominis

27 cf. Eph. 6, 5. Col. 3, 22

1 ac tribulationes *om.* *O* 2 cum in laboribus—*p. 201*, 9 pastoralis *om.* *A* 3 angustiis (*gustiis s. l.*) *R* urguetur *OC* 6 rursum *Ca.c.* 9 aduersis (*sis m.2 s. l.*) *C* disperantes *O* 12adolantes *OC,Ra.c.* 16 prosperites *O* prosperitates *V* 18 ac *Cp.c.* 20 propter caritatem *O* 21 benigni, preuidentes ne forte *v* per (*m.2 s. l. C*) multam *Cv* 22 consumamur *Cv* pro asp.] prosperitate *O* 25 ingesserimus *V* absinthium *RO* absinthium *V* 26 est enim (enim *s. l.*) namque *O* est enim *ηαμηρη* *C* est enim *v* in *hογ* (*is s. ηογ*) legibus *R* cauta (a *fin. ex u.*) *R*

obedire et uxores uiris et domino ecclesia et discipuli pasto-  
ribus et magistris, ita etiam omnibus sublimioribus potestatibus  
subditi sint non solum propter iram sed et propter conscientiam,  
quippe qui et tributa pendant et odio haberi legem nostram  
3 facere non debeant. idecirco denique ad bene agendum Christi- 5  
ani non metu gladii perurgentur nec potestatis timore, sed  
potius laudibus prouocantur. sic enim dicit sermo diuinus:  
uis autem non timere potestatem? fac quod bonum  
est, et habebis laudem ex illa.

7. Regula ergo quaedam fabrilis est potestas ista terrena, 10  
quae uitiae hominum adposita quod rectum est quidem non  
contingat, quod uero curuum est et superfluum recidat ac rese-  
cet. sic sol unus est et inluminat quidem sanos oculos, amplius  
2 uero excaecat infirmos. uis ut aliquid etiam de nostris audeam  
dicere? unus est Christus et aliis in ruinam, aliis positus est 15  
in resurrectionem: in ruinam sine dubio gentis incredulae, in  
resurrectionem uero populi credentis. et aliis quidem est petra  
offensionis et lapis scandali — his uidelicet qui non cognouerunt  
neque intellexerunt, sed in tenebris ambulant uel idolis ado-  
rantes uel legem dei usque ad litteram solum uidentes nec 20  
inluminari perfectius cupientes —, aliis uero lapis est angularis,  
qui omnem structuram coniungat et conliget, et petra funda-  
menti, supra quam prudens quisque aedificat domum suam,  
uel etiam lapis ille margarita, quem distractis omnibus quae  
3 habet comparat optimus quisque negotiator regni caelorum. nos 25  
ergo, cum actus nostros discutere nolumus et emendare, sed  
seueritatem iudicis incusamus, tale aliquid pati uidemur,

2 cf. Rom. 13, 1    3 cf. Rom. 13, 5    8 Rom. 13, 3    15 cf.  
Luc. 2, 34    17 cf. I Petr. 2, 8    18 cf. Ps. 81, 5    21 cf. Eph. 2, 20  
23 cf. Matth. 7, 24    24 cf. Matth. 13, 46

1 et prim.] ut Cv    3 et om. OCv    4 rependant OCv    5 denique  
ut ad (ad s. ut) bene R    6 perurgeantur (a s. l.) R perurguentur O  
nec] non R    7 prouocantur (e s. a) R    10 fabris Ra.c.    11 non  
s. l. O    12 contingat R    et s. l. O    recedat V    resecet (se s. l.) R  
17 credentes ROa.c.    19 idoliş (a s. is) R idola (a in ras.) V  
26 actos O    27 seueritatem] ueritatem C

quale si quis in agone positus et laborem certaminum perhorrescens agonotheten querelis oneret, aut si quis in corpore suo tumentis et suppurati uulneris cauos intrinsecus habens recessus medicum, qui ad uulnus denudandum adhibet ferri 5 rigorem, inperitum clamitet et crudelem. haec mihi ad eos 4 dicta sint, qui potestatibus etiam inuiti obtemperare coguntur, ut sponte subiecti sint et necessitatem faciant uoluntatem. has uobis pauper ego pastor ad perfectionem gregis adhibeo commonitiones, quoniam quidem pastoralis meae disciplinae lex 10 est et gaudere in prosperis actibus uestris et tristari uobis-  
cum pariter in aduersis.

8. Quid uero uos qui potestatibus praesidetis? iam enim mihi ad uos sermo conuertitur, quia nolumus inaequales quidam uideri, ut subiectos quidem leges ac disciplinam oboedientiae 15 doceamus, uestrae uero uel potentiae cedamus, ne utamur ea libertate, qua Christus nobis uti in ecclesiis dedit, aut certe illis quidem magis consulere quos monemus, uos autem magis despicere ac neglegere uideamur, quorum utique maiorem curam habere dignum est, quanto ad multorum perniciem 20 pertinet, si quid erratur a uobis, et rursum multorum saluti uitaeque consultitur, in quibus uos iustitiae et clementiae extiteritis tenaces. quid ergo dicitis? putasne patimini, ut 2 ueris agam uobiscum? suscipitisne libertatem uerbi et libenter accipitis quod lex Christi sacerdotali uos nostrae subicit

1 perhorriscens *O* perorrescens *Ca.c.* 2 agonithetem *Rp.c.* agonotheten *O* AGWNWΩHNHN (h s. Θ) *V* agonitethen *v* querellis *RCa.c.* *O* 3 soporati *Cp.c.* *m2*, *v* 4 ferre *Ca.c.* 6 potestatibus (bus in ras.) *R* optemperare inuiti *V* 7 ut *om.* *O* sunt *O* necessitate *V* 8 ego pastor pauper *Cv* communitiones *Ra.c.* 10 nostris *A* 11 in *s. l.* *R* 12 presedetis *O* 13 quia] quando *v* quidae *R* quidem *v* 14 subiectus *Ca.c.* subiecti *V* quidaem *C*, *om.* *V* legis *O* 15 uestio *v* ne abutamur (ab *s. l.*) *R* 16 nobis *om.* *V* aeclesiis *A* 18 dispicere *RO,Ca.c.* negligere *C* uideamus *O* ante maiorem add. (*s. l. m2 C*) tanto *Cv* 19 pertinet perniciem *V* perneciem *Cp.c.* 21 uos *om.* *A* 22 dicas *Oa.c.* 23 uerius *O* uerius *A* uerbis *V* uerus uobiscū agā *v* suscepitisne *O* et *om.* *A* 24 quot *O* subiecit *O*

potestati atque istis tribunalibus subdit? dedit enim et nobis potestatem, dedit principatum multo perfectiorem principatibus uestris. aut numquid iustum uobis uidetur, si cedat spiritus carni, si a terrenis caelestia superentur, si diuinis p<sup>rae</sup>ferantur humana? sed patienter, quaeso, accipe libertatem nostram. 5 scio te ouem esse gregis mei a Christo mihi summo pastore adnumeratam et a sancto spiritu consignatam; scio te inter sacra altaria cum ueneratione subici manibus sacerdotis; scio te beatae trinitatis cultum fide quidem tua, sed nostra p<sup>rae</sup>dicatione seruare; scio te ex eodem lumine quo nos inluminari, 10 et ideo breuis quidem mihi ad te sed liber est sermo.

9. Christo conregnas, immo in Christi regno quae sunt humana dispensas. ab illo tibi in homines uitae uenia et potestas mortis indulta est et gladius tibi datus est non tam ut opereris quam ut commineris. quem utinam uelut depositum 15 quoddam incruentum et inpollutum restituas commendanti! imago est in te dei non solum illa quae ab hominibus habetur in corde, uerum et haec quae a te etiam manibus ministratur. 2 hic tibi commissa est dispensatio, sed dispensationis fructus ac merces alibi te expectat in illo loco, ad quem omnes pergimus, 20 cum in huius uitae siue carcere siue stadio siue umbra parum aliquid luserimus. memento semper quod una tibi natura est eademque substantia cum omnibus qui tibi subiecti sunt. tu tamen animo esto cum deo: non tam dominari te mundo quam dominari tibi Christum gloriare. nulla tibi sit societas ad diaboli 25 3 mala; oderunt semper tyrannos legitimi principes. ille tyrannus

12 cf. II Tim. 2, 12

1 tribunalibus istis *V* iustis *OCv* subdidit *O* 4 carne *Ra.c.*  
 ad *R* 5 quaeso] quero *V* accipe (δέξῃ) *RCv* 6 greges *R* 7 a *om.* *A* spū sco *v* 8 scito *Oa.c.* 9 tua fide quidem *A* fidem quidem tuam *V* fidem *Ca.c.* 10 sci\*o *O* quod *Ra.c.*  
 12 in *om.* *OA* 13 uenia uite *v* uitae *s. l.* *R* 15 quem utique *A* uelut] uel *R* 16 quiddam (i ex o) *R* 17 omnibus *AV, Op.c.* 20 meritis *OV* exspectat *OC* 21 \*umbra *O* 22 una *om.* *V* 25 sit *om.* *A* adiaboli *V* zabuli *O* zabula *A* 26 ille tyrannus—rebellauit *om.* *A* tyranus (n s. d) *R*

fuit ab initio et in conspectu domini omnipotentis rebellauit; ille homicida fuit ab initio; ille primum hominem per praeuaricationem deceptum in has uitiae miserias exulem dedit et mortem, quam deus non fecerat, per peccatum ille 5 primus inuexit. tu autem, o homo dei, memento a quo factus es et quo inuitaris, quantum tibi praestitum est et quanti beneficij deo debitor es, qui tibi dedit legem, ut scias dare leges, qui tibi dedit prophetas, ut et deum agnoscas et futura spes et imitari possis clementiam dei. in hoc enim praecipue 10 in se homo diuinitatis imaginem portat, in quo potest facere bene. possibile tibi est fieri deum, si tamen non elatione sed imitatione cupias fieri deus.

10. Alii ad hoc uenient uendentes omnia bona sua et pauperibus prorogantes, alii membra sua mortificantes quae 15 sunt super terram, propter Christum mundo se crucifigentes. alii deo filios uouent; non enim dubito quod notum tibi sit Abrahae sacrificium, qui promptius unicum obtulit deo quam eum prius suscepserat a deo. a te autem nihil horum expetimus. 20 sed pro his omnibus clementia utere et misericordia erga subiectos, quibus delectatur deus magis quam omnibus ceteris. hoc munus proprium offer deo; haec sit oblatio tua inmaculata, per quam erga te quoque simili modo prouocas clemenciam dei. misce terrori mansuetudinem, tempera spe minas. multa et benignitate correcta sunt: erubescere solent homines apud 25 bonos principes in notam uenire delicti. certe semel quis 3 misericordiam consecutus quo iterum ore peccabit? quod

2 Ioh. 8, 44    4 cf. Rom. 5, 12    13 cf. Matth. 19, 21    14 cf.  
Col. 3, 5    15 cf. Gal. 6, 14    17 cf. Gen. 22, 2—13

3 deceptum *R*    miserias (a s. e) *R*    exsulem *AV*    5 primum *V*  
6 quantum beneficij *Cv*    8 cognoscas *V*    9 imitari *R*    11 bene] debere *R*    14 prerogantes (prae- *A*) *OA, Vp.c.*    menbra *Ca.c.*    17 obtulit *Ra.c.*    19 misericordiam *V*    22 prouocas *R* prouocans *OC*  
23 misce terrori (e et t in ras.) *C*    mina *V*    24 et] etenim (enim s. *L*) *R*    ex benignitate *A*    si (s. *L*) correcta (i s. a) *R*    25 certo (o ex u) *O*    quis (s s. *L*) *O*    26 consecutus quorum iterum ore peccauit (s. quorum add. l deuinitat iterare peccatum) *R*    more *O* pudore *V*

etiamsi non fiat, nequaquam tamen impedit a liberalitate pios animos homo inuerecundus neque ceteris aditum miserationis excludat ingratus. patientiae et mansuetudinis bonum nec tempus inmutet nec potentia mutilet nec necessitas rumpat nec insolentia exulceret nec malorum hominum inprobitas defe-<sup>5</sup>  
 4 tiget. sursum semper respice, deo misericordiam fenera. quis umquam paenituit qui deo aliquid commendauit, apud quem cum multo fenore fit retributio commendanti? reddit enim bona non haec quae nostra sunt, sed pro istis illa quae sua sunt, nisi forte etiam in praesenti aliquos remuneretur, dum<sup>10</sup> ceteros ad simile opus pietatis hortatur.

11. Adhuc parum et mundus iste pertransit et tabernaculum hoc soluitur. redimamus ergo tempus et per haec quae praetereunt illa quae permanent comparemus. unusquisque nostrum est in peccatis et terra haec multa nobis debita contrahit. in-<sup>15</sup> dulgeamus ergo, ut indulgeatur nobis; remittamus, ut remit-  
 2 tatur nobis. uides quomodo in euangelio debitor quidam offertur multorum talentorum. qui cum a bono et clementissimo domino indulgentiam fuisse debiti consecutus, quod adeptus fuerat in magno ipse non praestabat in minimo. pro quo<sup>20</sup> indignatus pater familias quid fecerit sileo. uerumtamen expedit omni homini misericordia praeuenire iudicium.

12. Arbitror exoratum te, optime principum, atque utinam facias nos addere etiam 'clementissime'! poterat fieri, ut totius urbis huius magnae populus prosterneretur cum sacerdotibus<sup>25</sup>

12 cf. I Ioh. 2, 17 17 cf. Matth. 18, 23—34

1 libertate *AV, O.a.c.* 2 uerecundus *C* 5 defatiget *AVv* 6 deo semper respice *V* fenerare *Cv* 7 qui a deo *V* commen-  
 dabit *Ca.c.* 8 foenore *R, Oa.c.* faenore *C, Op.c.* commendati *OACVv* reddit (*pr. d s.*) *R* reddite *V* 10 nisi si forte *CVv* presentia (*a s. l.*) *O* aliquis *Rp.c.* aliquo *O* remuneret *A* 11 ortatur *Ra.c.* 12 transit (*παρέρχεται*) *R* tabernacul\*um *R* 13 soluitur (*καταλύεται*) soluetur *V* pertranseunt *A* 15 contrahet *O* contrait *Va.c.* 16 ut remittantur *O* 17 eguangelio *A* 18 ab uno *Ra.c.* a (*s. l.*) bono *O* 19 domino (*δεσπότη*) *R* deo *cet. v* debeti *O* 20 praestauit *A* 21 indignans (*a ex u, n s. l.*) *R* 23 princip. um *C* 24 clementissime *O* clementis se *R* 25 orbis (*u s. o.*) *R* cum sac.] consacerdotibus *R*

pariter ac senioribus et omni hac ueneranda canitie, quam  
 puto etiam angelos reuereri, cum his, inquam, sacerdotibus,  
 per quos creditis uota supplicationesque uestras ad cornua  
 caelestis altaris inponi. sed puto sufficere haec. aut adhuc 2  
 5 maius aliquid temptabimus? audere enim me cogit dolor. ipsum  
 tibi adhibeo Christum, qui semet ipsum exinanuit, ut nobis  
 hominibus loqueretur. ipsius inpassibilis tibi adhibeo passiones.  
 offero tibi ad intercessionem crucem eius et claus, quibus  
 10 sacrosanctae confixae sunt manus, sanguinem, quem pro totius  
 mundi salute profudit, sepulturam, resurrectionem atque ascen-  
 sionem eius ad caelos. adhibeo tibi istud altare, ad quod 3  
 communiter omnes accedimus, in quo typum salutis nostrae  
 hoc ipso ore, quo nunc te deprecor, celebramus. mecum ad-  
 hibeo ad mitigandum te etiam sacrosancta illa mysteria, per  
 15 quae uirtutibus caelestibus sociamur.

13. Et quamuis unum horum sufficeret pro omnibus, tamen  
 his da nobis et tibi gratiam et uniuersae ecclesiae, quae in  
 domo tua est, et uenerando huic conuentui, qui nobiscum  
 pariter supplicat, etiamsi nobis concedit uerbi ministerium uel  
 20 aetatis praerogatiua uel priuilegio sacerdotis. tu ergo, qui pro  
 salute omnium numquam uinceras, in hoc solo patere te nunc  
 uinci et nihilo minus uince clementia. ecce quantos obtuli tibi  
 patronos et aduocatos supplicationis meae in conspectu dei  
 et sanctorum angelorum et regni caelorum! honora fidem meam, 2  
 25 quam et sequeris et ueneraris, quam ego credidi et quae  
 mihi credita est, ut et tua fides in maioribus et perfectioribus

6 cf. Phil. 2, 7

1 haec *R* uenerande *A,Ra.c.* canitiae *O* canitie (*e in ras.*) *R*  
 2 reuere *Ra.c.* uereri *Cv* 5 aliquid maius *OA* audire *R* audire *V*  
 6 adhibe *V* 7 impassibiles *V* 9 fixae *A* sunt *om.* *Cv* 10 resurrec-  
 tionem eius atque ascensionem *v* 11 ad caelos *om.* *v* quos (d s. §) *R*  
 12 ascendimus *R* 14 mitigandum] imitandum *O* illa sacroscā *V*  
 mysteria illa *O* 16 quamuis] quam *C* 17 tibi s. *l.* *O* quae in domo  
 tua est (*τὴν κατ' ὅλην τοῦ*) que dom'q tua est *R* 18 et *om.* *R* 20 pri-  
 uilegio (*ἀ σ. ο.*) *R* 21 patere te (*e et te in ras. m2*) *C* nunc *om.* *v*  
 22 uinci (i fin. s. *l.*) *R* nihilominus *C* uincet *O* tibi obtuli *OA*  
 25 qua ego credidi *OA* 26 et *om.* *Cv* in] et *R*, *om.* *Cv*

honoretur a deo. in summa autem rerum habes et tu in caelo dominum, qui talis erit erga te iudex, qualis et tu extiteris erga eos quos iudicas. a quo omnes et in praesenti et in futuro misericordiam speramus per Christum Iesum dominum nostrum uiuentem secum et regnantem cum spiritu sancto in 5 saecula saeculorum. amen.

1 in summo **R** 2 extiteris **RA** exteteris **O** 3 et in *ante* praesenti  
s. l. **O** 4 ihm xpm **A** Iesum *om.* **ROcv** 5 sco spu **C** 6 **DE**  
RECONCILIATIONE ET UNI'ATE MONACHORŪ **R** GREGORII EPI  
LIBER VI EXPLICIT. INCIP LīB VII DE RECONCILIATIONE ET  
UNITATE MONACHORŪ; **O** EXPLICIT. INCI'IT LIBER DE RE-  
CONCILIATIONE MONACHI **A** EXPŁ DICTA DE HIEREMIA PRE-  
SENTE IMPERATORE. INCIPIT DE RECONCILIATIONE ET UNITATE  
MONACHORUM **C** EXPLICIT LIBER VI; INCIPIT EIUSDĒ LIBER  
·VII· DE RECONCILIATIONE ET UNITATE MONACHORŪ Explicit  
de dictis ieremie psente imperatore. Incipit de recōciliatiōe et unitate  
monachorum **v**

---

VII.

DE RECONCILIATIONE ET UNI-  
TATE MONACHORUM.

- R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.  
*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.  
*A* = codex Atrebatusis 621 saec. X.  
*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.  
*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.  
*v* = editio princeps Argentinae 1508.

## VII.

### DE RECONCILIATIONE ET UNITATE MONACHORUM.

1. Lingua<sup>m</sup> nostram soluit alacritas et hominum legem contemnimus propter sancti spiritus legem nec cedimus cuiusquam, sed pacis iam uerba proferimus. ante hoc, dum aduersum se membra certarent, dum sanctum et uenerabile corpus Christi diuideretur et scinderetur in partes, cum paene ossa nostra dispersa essent secus infernum et, uelut crassitudo terrae aratro pessimo disrupta sulcis profundioribus scindetur, cum indiuisibilem et insecabilem tunicam Christi, quae desuper fuerat contexta per totum, disrumpens inimicus et scindens hoc nobis ministris agere praeualuisset, quod per illos facere non potuit, qui crucifierant Christum: cum, inquam, 2 haec ita essent, tunc ego posui custodiam ori meo et labiis meis silentium dedi, quoniam quidem videbam consequens esse prius opere philosophiae purgari debere mentem et ita demum aperire os et adtrahere spiritum atque eructare uerbum bonum et loqui dei sapientiam perfecte inter perfectos; hic enim mihi ordo spiritalis uidetur esse sermonis. siquidem 20 secundum sententiam sapientissimi Salomonis omni rei tempus

7 cf. Ps. 140, 7    10 cf. Ioh. 19, 24    14 cf. Ps. 38, 2    17 cf.  
Ps. 118, 131        cf. Ps. 44, 2        18 cf. I Cor. 2, 6        20 cf.  
Eccl. 3, 1

3 alagritas *Ca.c.*    hominem *Ca.c.*    4 contemnimus *R* contempnimus  
*Cv*    5 pacis] paucis *R*    6 uenerabile et sanctum *V*    7 et] ac *OA*  
8 et *om. A*    9 dirupta *RO*    scinderetur *Ra.c.*    10 inuisibilem *R*  
13 crucifierunt *A*    cūj *R*    14 e.ego *O*    ori meo in labiis meis *R*  
16 operi *R*    phylosophiae (so s. *I.*) *O*    purgare *R*    debere men-  
tem—demum aperire *om. V*    17 os] eos *V*    19 spiritualis *A*    20 sale-  
monis *v*

est, multo magis loquendi ac silendi tempus est, cuius temporis nos nequaquam latuit intellectus.

2. Propterea ergo obmutui et humiliatus sum et silui ab omni bono et uelut nubes quaedam superposita cordi meo radios sermonis obtexit et dolor meus renouabatur die ac nocte. <sup>5</sup> ante oculos enim adducebam dissensionem ac discidium fratrum et mente atque animo tabescebam; consumebar in uigiliis in ieuniis in orationibus in lacrimis. callus iam genibus inerat, infligebam uerbera pectori et gemitus de profundo cordis ac de arcanis uisceribus longa suspiria protrahebam peruigiles- <sup>10</sup>  
 2 que noctes cogitationum seditione ducebam. nec solito sibi itinere mens pergebat ad deum, dum auulsionem et abscisionem fratrum lamentarer in terris. desiderabam enim et intentis ac pendentibus oculis requirebam uidere cupiens sanctum illum psallentium chorum et gloriam offerentium deo in ec- <sup>15</sup> clesia, cupiens aspicere illos, qui in lege domini meditantur die ac nocte et exaltationes dei sunt in gutture eorum, qui ad exemplum et commonitionem melioris uitae ceteris omnibus uiuunt legis dei atque euangelii Christi taciti praedicatores, in quibus ipse quoque habitus praefert uirtutis insignia: <sup>20</sup>  
 3 hirsutum caput incomptis et horrentibus comis et quantum

3 cf. Ps. 38, 3    16 cf. Ps. 1, 2    17 cf. Ps. 149, 6

1 *pr. est] et add. A*    magis] et add. *OACv*    2 nequaquam nos *A*    3 obmutui (*m s. b*) *O*    4 ab omni *s. l*. *O*    \*bono (*a er.*) *O*    corde *Ra.c.*    5 sermones *Ra.c.* sermones (*i s. e*) *O*    6 dissensionem] dissi-  
 sionem *R*    7 tabescam *Ca.c.*    8 et orationibus *A*    et lacrimis *OA* et in lacrimis *v*    9 inerat] inhеребат *Cv*    pectora (*i s. a*) *R*    10 ar-  
 chanis *CV, Op.c.v* archananis *V*    perlonga *R*    11 cogitationumque  
 seditionem *A*    seditione\* *O* sed istis ne *V*    nec] non *R*    itenere  
*Ca.c.*    12 aduulsionem *Ca.c.*    auulsione et abscisione *Ap.c.*    13 la-  
 mentaret *OA* lamentaretur *Cv*    14 pendentis *Ca.c.* renitentibus *v*  
 15 gloriam] gloriosem *R*    16 plebē cupiens aspicere *R*    17 exalta-  
 tiones (*διψώσεις*) *V* exaltationes (*υ s. a*) *R* exultationes *cet. v*    qui adj ad  
 hoc *V*    19 praedicatores (*το s. l*) *R*    20 uirtutibus (*υ s. ιδης*) *O*  
 21 hirsutum capud *A*

sufficit adtonsis, pedes nudi et apostolicis similes, indumenti uilitas adrogantiam saeuli superbiamque condemnans, zona ipso sui neglectu pretiosior parum quid cohibens uestimenti, quantum euagari non sinat, non ultima saltim membra denudet; 5 incessus ordinatus, oculus non oberrans; numquam ridentes sed placide subridentes et magis ut intemperantiam risus cohibeant et conprimant subridendo; sermo cum ratione prolatus aut 4 silentium uerbo pretiosius; laudando non nimii et quantum adhortationi sufficiat magis quam adulatio[n]i; increpatio con- 10 laudatione gratiosior; tristitiae ac laetitiae mensura iustissima uel certe commodissimum ex utroque temperamentem; lenitas cum austерitate, libertas cum uerecundia, ita ut alterum non impediatur ex altero sed alterum ornetur ex altero; misceri turbis et secedere ad secretum utrumque agere cum mensura, 15 ut in altero ceteris consulant qui ex eorum uisione proficiunt, in altero per spiritum sanctum de mysteriis inluminentur et in illo hominibus, in hoc deo iungantur; communem uitam sine communibus uitiis agentes, secretam uero non absque communi ducentes fraternitatis affectu; et quae maiora omnium 5 20 sunt et clariora, in paupertate diuites, nihil habentes et omnia possidentes, in humilitate gloriosi, in infirmitate fortes, sine coniugiis filiorum patres, eorum qui non ex carne sed ex deo nati sunt, quibus labor deliciae, qui humiles sunt pro caelestibus, nihil habentes in mundo et supra mundum uiuentes, 25 qui in carne positi extra carnem uiuunt, quorum pars dominus, propter regnum pauperes et propter paupertatem reges.

3. Isti me, cum praesentes essent, magnum faciebant et clarum, isti sunt omnis mea substantia, isti meae diuitiae,

1 Pedes praeterea eorum nudi *v* apostolici *RC* 2 contempnens *A* condempnās *v* 3 ipso suo *v* 4 quantum] quam tamen *v* sine[ at s. et] *R* sinant *v* non ultima] neima (e s. l.) *R* non ut ultima *v* saltem *Op.c.* 5 ornatus *R* oculos *C,Ra.c.* nusquam *O* numquid (a s. id) *R* 6 subridentes—conprimant *om.* *O* 7 oratione *V* 8 lauando *Oa.c.* nimil] minui *O* 9 adhortatione *Ra.c.* adorationi *A* adolationi (u s. o) *RO* conlaudationi *R* 10 gratiosissimior *R* praetiosior *V* ac] et *OA* mensura] iura *m2* ex sure *Ciura v* 25 extra carne *V* 27 isti cum (cum s. l.) mecum *V*

6 isti uoluptas et deliciae meae. propter horum absentiam et auersionem adfligebatur anima mea et nouis torquebatur ex-  
 cruciata suppliciis; propter istos ego sicut lugens et contri-  
 status ingrediebar; propter istos cum ceteris omnibus bonis.  
 a quibus silui, etiam a sermone cessauit, quoniam calcitra- 5  
 uerunt dilecti et conuerterunt ad me dorsa sua et non faciem  
 et effecti sunt grex pastore liberior, uti ne dicam insolentior  
 in pastorem, quoniam quidem conuersa est in amaritudinem  
 mihi uitis uera, quae bene purgata fuerat ab agricola patre,  
 7 ut fructum plurimum adferret, si maneret in uite uera. amici 10  
 ergo mei et proximi mei aduersum me adpropriaue-  
 runt et steterunt, et paene diuisimus Christum amatores  
 dei et amatores Christi. aduersum nos inuicem coepimus pro-  
 ueritate mentiri et propter nimiam dilectionem nimia odia  
 coepimus exercere et, ut angularem lapidem in nobis strue- 15  
 remus, aedificium destruximus. propter pacem mouimus bella  
 et pro eo, qui exaltatus est in ligno, nos ad solum deducti  
 sumus et pro eo, qui sepultus est et resurrexit pro nobis, in  
 mortem delapsi sumus.

4. Haec antea. sed quid nunc praesenti admiscemus ista 20  
 laetitiae? quid nunc reteximus tristia? iuuat ista reticere,  
 iuuat horum omnem penitus abolere memoriam, iuuat haec  
 aeternis damnare silentiis, nisi forte ob hoc solum reminisca-  
 mur, ut experti pigate, ut refugiat animus, ut mens huiusc-

3 cf. Ps. 34, 14. 37. 7      4 cf. Ps. 38, 3      5 cf. Deut. 32, 15  
 6 cf. Hier. 2, 27      9 cf. Ioh. 15, 1. 2      10 Ps. 37, 12

1 uoluptates *A* uoluptatis *V* horum ergo *OACv* 2 aduersiōnē *C*  
 nobis *V, Ra.c.* 3 sicut] tanquam *V* legens *R* 5 cal-itauerunt *R*  
 7 effecti (us s. i) sum ex pastore *O* insolentior *C* 8 conuerse *Ra.c.*  
 amaritudine *R* 9 agrignla (a fin. ex o) *R* 10 uitem ueram *O*  
 uitae *C* uitae *v* 11 proximei (om. mei) *O* adpropinquauerunt *ROV*  
 13 et om. *R* coepimus inuicem *A* inuicem om. *V* pro ueritate om. *A*  
 14 per nim. delectionem *Cv* 15 instruerenus (om. nobis) *V* 16 mou-  
 iub; (mus s. b;) *R* mouemus *V* 19 dilapsi *ROCVv* 20 aliud ex quid *A*  
 admisceamus *R* 21 quid nunc ex quin *R* tristitia *ROCa.c., V* tri-  
 stitiam *A* iuuat (e s. a) *R* 22 iuuet bis *R* honorum *C*  
 23 dare *R* nisi si *V*

modi perhorrescat exempla. et sicut in languoribus, postquam conualuerit aeger, libenter a medicis initia morbi sciscitatur et causas aegritudinis percontatur, per quas languor inrepsit, ut de reliquo se ab huiuscemodi occasionibus cautius et diligenter seruet, ne rursum in eadem incidat mala, ita etiam a nobis recordatio habetur praeteritorum ad cautelam et munimentum futurorum. uerum nunc abiit abscessit aufugit dolor et tristitia et gemitus, cum facti sumus unum qui sumus domini unius, qui trinitatem concordi unitate ueneramus, qui dei sapientiam praedicamus, in qua nihil stultum est, qui spiritu dei agimur non in dissensionem sed in pacem, qui unum spiritum in unitate potauimus, qui in ueritate unum et sentimus et loquimur, qui diei sumus, ut sicut in die honeste ambulemus, qui uiam habemus Christum, sine dubio ne erre-  
 mus, et ostium, ut ab eo intra unum ouile claudamur, qui unius pastoris oves sumus regentis nos non in uasis pastoris inperiti neque exterminantis oves gregis nec prodentis eas lupis uel agentis ad praecipitia, sed animam suam ponentis pro ouibus suis, qui exemplum habemus eius qui pro nobis passus est pro eo ut et nos inuicem compatiamur et inuicem onera nostra portemus, qui corpus sumus capitum pretiosum, quod conexum et conligatum per omnem iuncturam subministracionis crescit in templum dei in spiritu. quoniam igitur

7 cf. Esai. 35, 10. Cic. in Cat. II 1    12 cf. I Cor. 12, 13    cf.  
 Rom. 12, 16    13 cf. Rom. 13, 13    16 cf. Zach. 11, 15    18 cf. Ioh.  
 10, 15    20 cf. Gal. 6, 2    22 cf. Col. 2, 19

1 langoribus *V*    2 initium *A*    3 causis *A*    percuntatur *R* per-  
 cunctatur *A*    langor *V*    4 occasionibus *R* occasionibus *Oa.c.*    5 rur-  
 sus *A*    in eadem *om. Cv*    6 habeatur *V*    cautelam *O*    7 moni-  
 mento *A*    habuit *RC*    aut fugit *C,Ra.c.* aufuit *A*    8 dolore\* tristitiae  
 gemitus *A*    tristitiae gem. *O*    9 q; trinitatem (is s. em) concordes  
 unitatem *O*    10 nichil est stultum *A*    11 dissentione—pace *V*    12 in  
 unitatem putauimus *C*    ueritate] trinitate *v*    13 ut *om. Rv*    14 quia *A*  
 nec *R*    15 et] ad *R*    hostium *V,Oa.c.*    concludamur *O*    quia *Cv*  
 16 regentes *ROa.c.*    inuasoris (or s. l.) pastoris *O*    17 \*eas *C*    19 qui  
 pr.] et qui *R* quia *Cv*    20 et pr.] ad (et s.) *O, om. Rv*    et alt.] ut *R*  
 21 munera (o s. μη) *R*    22 subministracionis *O*

qui facit omnia et commutat atque conuertit, commutauit etiam luctum nostrum in gaudium nobis et disrupto sacco praecinxit nos laetitia, nos quoque cum illis omnibus quae transierunt tristibus et aduersis pariter etiam silentium deponamus et proferamus ad uos nunc primum sermonem, <sup>5</sup> immo potius per gratiarum actionem deo uerbi nostri uicti-  
 4 mam iugulemus. haec enim a nobis offerri dona aptius est et dignius quam auri argentique donaria, quam gemmis pretiosis ornamenta distincta. hostia haec legali illa hostia dignior et primitiuorum oblatione sacratior, quae placebit deo super <sup>10</sup> uitulum nouellum cornua producentem et unguis, gratior incenso composito, holocausto nobilior, super milia agnorum pinguium acceptior, quibus inbuebatur uel initiatibatur paruulus Israhel, cum in carnalibus uictimis adumbrabantur hostiae spiritales. <sup>15</sup>

5. Hanc ego iugulo uictimam deo, haec ego dona offero, quae mihi sola dereliqui, quae solae sunt diuitiae meae; cetera enim relinquere suasit mandati religio et spiritus sancti commonitio, ut unam pretiosam margaritam pro omnibus commutarem, si quo modo forte effici possem negotiator regni <sup>20</sup> caelorum, qui corruptibilibus et paruis magna et numquam 2 corrumpenda mercarer. sufficit ergo haec mihi sola uerbi possessio, quia et solus uerbi sufficit cultus. et opto, si faueat et iuuet diuina sapientia, hanc semper excolere possessionem,

1 cf. Ps. 29, 12 10 cf. Ps. 68, 32 19 cf. Matth. 13, 45 sq.

1 haec omnia *V* commutet *R.a.c.* commutabit *V,Ca.c.* 2 etiam et luctum *R* disrupto *R,A* 3 praecinxit *A* 4 silentium (*σιωπήν*)] silentia *R* et silentium *A* 9 hac *A* legali (*νομικῆς*] legalis *O* regali *Cv* 10 oblationes *Ca.c.* 11 nouellum (*νέον*) *om.* *R* grati\*\*\*or *A* 12 inceno *Cv* 13 pinguum *R* induebatur *A* initiebatur (s. ἡ uteba) paruulus (s. populus) *R* 14 in carn. uict. (*ταῖς ἐναίμοις θυσίαις*] incarnalibus uict. *RCV* 15 spiritalis *Oa.c.* spirituales *A* 16 hec *A* ergo *R,Ca.c.* 18 suasit mādatis uictima ubi religio *v* relegio (i s. e) *O* sancti sps *v* 20 possim *OACv* 21 quo *A* magna et numquam corrumpenda (*τὰ μεγάλα καὶ μὴ λυόμενα*) magna (a fin. ex e) nusquam corrumpenda *R* 23 obto *C* si *om.* *O* 24 et hanc *R*

in his me agris et noualibus exercere, ex istis segetibus colligere frumenta et facere panem cor hominis confirmantem, ex istis uineis premere uinum quod laetificat cor hominis; ex istius possessionis fructibus opto exhibere conuiuium et con5 uocare uos primos, amicos et caros domini mei, uos fratres et conseruos meos. tum deinde opto et caecos et claudos et 3 mancos et debiles reficere, in quantum suggerit uerbi posses-sionis ubertas, ut pro eorum salute retributionem speremus in regno dei, tantum est ut adesse dignetur sapientia dei et 10 effici nobis secundum Salomonis uerbum uitiae totius comes et consiliaria et confabulatrix et ut praecedat uias nostras et foueat nos. huius etenim si habeam consortium, sperno omnia 4 et despicio quae deorsum sunt, quae de terra sunt neglego, quoniam quidem maiore uerbi dei amore constringor et in 15 illud omnis affectus mentis nostrae transfunditur, quo ad deum ducimur. dic, inquit Salomon, sapientiam sororem tuam esse. et quidem honorauit eam et complexus sum, prout potui, et quaero ab ea promereri capiti meo coronam gratiarum et ipsam habere delicias, ipsam habere diuitias, ipsam habere 20 lucem inluminantem cor.

6. Hanc mihi opto effici frenum, quo refrenem furem, quo cohibeatur inuidia, quo conpescatur cordis tristitia, quo reprimatur ignis libidinum, quo odiorum restringatur insania, quo amicitiarum foedera moderentur. haec me diuitem pau-25 perem facit, haec pauperem magnanimum reddit, haec me recte currentibus sociat, haec lapsis porrigure manum suadet

2 cf. Ps. 103, 15    3 cf. ibid.    16 Prou. 7, 4

1 exerceri *A*    existis *C*    segitibus *OCa.c.*    2 et ex istis *RCv*  
 3 laetificet *OAV*    et ex *v*    4 istis *R*    possessionibus *V* possessiones *A*  
 5 uos *eras.* *V* suos *v*    primum *OAV*    dei *R*    [8 pro eorum] proborum *V*  
 10 solomonis (e s. q) *O*    12 uoueat *Ca.c.*    14 maiori\*\* *C* (i *ex um*) *v*  
 in illo *Cv*    15 transfundatur *A*    ad deum] adm *R*    16 solemon *O*  
 17 complexus *R*    19 ipsam habere diuitias *om. OA*    21 Hęc (anc s. ἡς) *O*  
 fieri *OA*    22 compesceatur *O, Ca.c.*    23 reprematur *Ca.c.* comprematur *Cp.c.*  
 (e in i mut.) *v*    hodiiorum *C*    restringatur *O* restinguatur *C*  
 24 commoderentur *C* (c in ras., e post d ex o) *v*    25 fecit *O*    magna-nim\*um *O*    reddit *V*

et infirmis conpati et ualentibus conlaetari, cum hac et peregrina et patriam aequaliter fero, haec locorum immutacione animum non facit commutari, haec mihi discernit et diuidit mundos et ab alio quidem abstrahit, ad alium uero deducit. haec me dextris armis sinistrisque communit, haec me in prosperis efferri non patitur et concidere non sinit in aduersis spem subiciens in omnibus; quae utique numquam confundit, dum malorum praesentium pondus futura beatitudo solatur.

2 hac ergo nunc quoque mittente me inutilem seruum suum et conuocante ad craterem suum ego uos, meos et conseruos et 10 fratres, ad hanc mensam eius inuiti et exhibeo uobis opulentas eius et rationabiles dapes et misceo uobis perennem ac spiritalem craterem. nec quicquam in hoc eius conuiuio simile inuenietis his, quibus in ministerio carnis destruendis dapibus et ipse destruendus distenditur uenter et inexplebiliter 15 semper expletur.

7. Nunc usque ergo, fratres, tacui, sed numquid semper tacebo? sustinui sicut parturiens, sed numquid semper sustinebo? nam Zachariae quidem soluit silentium editus Iohannes in lucem; neque enim ultra dignum erat patrem uocis tacere, 20 cum uocem ipse genuisset. sed utique conueniens fuit, sicut non credenti de uocis partu uincta est lingua, ita uoce pro-

5 cf. II Cor. 6, 7    7 cf. Rom. 5, 5    11 cf. Prou. 9, 2    17 cf.  
Esai. 42, 14    19 cf. Luc. 1, 20

1 hic *R* hec (a s. e) *O* peregrina et patria aequaliter fertur *A*  
2 immutationem *V* 3 commutari *R* discernet et diuidet *A* diuidet  
(di s. l, i s. e) *O* 4 et alio ali quidem abstract *A* 6 concedere *C*  
7 subiiciens (i med. s. l.) *O* in eras, *O* nō umquam *v* 8 consolatur *A* 9 haec *RCV* mittente me] mittit me *ex* mitte me *R*  
mittentem me *C* mittem *V* 10 conuocant *R* conuocantem *ACV* con-  
uocante me *v* eratērem (a s. e) *O* creatorem *A* 11 exhibeo *Ca.c.*  
12 spiritualem *A* eratērem (a s. e) *O* crateram *A* in eius hoc *v*  
14 qui *A* 15 distruendus *Oa.c.* 17 Hucusque *v* 18 tacebo] sustinebo *V* sustenui *Oa.c.* numquid] non quid *A* 19 iohannis *Oa.c.*  
ioānes *v* 20 erat] est *R* uoci *C* 21 sicut] ut sicut *O* ut sicut *A*  
22 non] ei *v* denuocis *C*

genita resolui uincla sermonis. nata est ergo uox et lucerna, 2  
 uerbi praecursor et solis. mihi autem linguam resoluit et  
 exaltat uocem uelut tubae conspectus uester et congregatio et  
 reconciliationis laetitia, quoniam filii dei, qui dispersi erant,  
 5 congregati sunt in unum et in domum dei conueniunt in  
 consensu et in unam iuncturam aedificationis coeunt iungente  
 et coaptante spiritu sancto. nec iam ultra in unitate constricti  
 3 ullus inimico subintroeundi aperitur locus, iam non furamur  
 ab alterutro nec malis nostris insultamus inuicem. nunc  
 10 iam Iudas et Israhel ponunt sibi principatum unum, et Hierusalem ac Samaria ad illam unam quae in supernis est  
 Hierusalem congregantur et tendunt. iam non est Paulus neque  
 Apollo neque Cephas, pro quibus unus aduersum alterum  
 infletur pro alio, sed omnia et in omnibus Christus.  
 15 8. Quoniam ergo iam et me habetis et uerbum non ab  
 inuito extorquetis, proloquar ut possum, quia iubetis, et proloquar gratiarum actiones et uerba commonitionis. quamquam  
 quis digne loquetur potentias domini et auditas  
 faciet auribus omnium laudes eius? quoniam factum  
 20 est utrumque unum et medius paries saepis resolutus est et  
 destructus, quoniam liberati sumus, cum iam essemus para-  
 bola in gentibus et commotio capitis in plebis. in tantum 2  
 nos adfixisti, domine, quantum sufficeret bonum pacis per  
 discidii intellegere differentiam, et per odiorum nimietatem

4 cf. Ioh. 11, 52      5 cf. Ps. 54, 15      10 cf. Os. 1, 11      11 cf.  
 Gal. 4, 26      12 cf. I Cor. 3, 22      14 Col. 3, 11      18 Ps. 105, 2  
 19 cf. Eph. 2, 14      21 cf. Ps. 43, 15

1 uincla (u s. n) *R*    2 percursor *A*    lingua *V*    5 in domum] ad  
 domum *V*    6 consessu (n s. s) *R* consensum *C*    7 cooptante *R*  
 8 ultra ullus *v*    subintroeun*ti* (di s. t*i*) *O*    9 exultamus *C*    11 ac  
 Samaria—Hierusalem *om. R*    ad illam unam ierusalem quae in sup.  
 est, congregantur *v*    in *om. A*    12 contendit *v*    13 nec *v*    cefas *RC*  
*zephas O aduersus OA*    15 uerbo (ū s. o) *R*    16 inuitato *R*    pro-  
 loquor *A*    ut—proloquar s. l. *O*    iubetis] iuuans *A*    et *om. OA*  
 17 ñ gratiarum actionē *Cv*    et] ut *OA* sed *Cv*    communitionis *RCa.c.*  
 18 loquitur *OCv*    19 faciat *C*    20 saepis *O* sepis *C*    21 iam] etiam *v*  
 parabula *ROCa.c.*    22 uel commotio et commutatio *A*

docuisti nos caritatis bonum. o incredibilem atque inaestimabilem medicinam! dolorem inflixisti, ut quid boni esset sanitas nosceremus, ut aduersis curarentur aduersa. discussi sumus, sed iterum compacti sumus. quanto diffusius segregati sumus, tanto ardentius et constrictius adunamur, uelut si quis arboris ramum in aliam partem ui detorqueat et inflectat, cum forte remiserit, continuo in id quod fuerat ad matris pectus recurrit et naturae prioris obtinet locum atque ostendit quod uiolenter quidem declinatus fuerit, non tamen redierit 3 uiolenter. quis digne gratias referat deo, quod ultra iam non erigitur manus aduersus oculum neque oculus despicit manum, quod non insurgunt pedes aduersum caput neque caput alienos a se deputat pedes non amplius laedentes quam ipsi laeduntur ex inquietudine et inobedientia, per quae ius fasque soluuntur. sed iam eadem inuicem pro se cogitant membra et aguntur omnia diuinis legibus et est iam ecclesia unum corpus et unus spiritus, sicut uocati sumus in una spe uocationis nostrae.

9. Et propterea populus pauper laudabit te, domine, diues effectus ex paupere, quoniam mirificasti magnificentiam tuam super nos, ut etiam haec scribantur in generationem alteram et ut posteris nuntietur quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia, quoniam sparsa sunt grana, sed

15 cf. I Cor. 12, 25      16 cf. Eph. 4, 4      19 cf. Esai. 25, 3. Ps. 73, 21      20 cf. Ps. 16, 7      22 Rom. 5, 20

2 inflexisti dolorem *O*      inflexisti *Ca.c.*      bonum *v*      3 discisi sumus *R* scissi sumus *V* discussimus *ACv* disce\_ssimus (e ex i) *O* 4 compuncti (a s. ὑπ) *R* compuncti cet. *v*      diffusios (u s. o) *R* 5 adiuuamur *A* 6 uite torqueat (ex s. τε) *R* inde torqueat *V* 7 dimisericrit *V* in id *om.* *A* 9 fuerat *Cv* nec *v* 11 aduersum *A* despicit *R*, *Oa.c.* 12 aligenos *Ca.c.* 13 a\* *O* quam] quia *A* ledunt *R* 14 oboedientia *R* per qua eius fas que *V* 15 iam] etiam *O* per se *Av* menbra *C* 16 omnibus *V* diuina *R* iam] etiam *OCv* 20 mirificasti (ἐθαυμάστωσας) magnificasti *A* 21 generatione altera *V* 22 ut] ad *R* posteros *Rp.c.* habundauit *O Va.c., Av* 23 superhab. *OVa.c., Av* et *gra v* sed et *V* et *v*

ascenderunt spicae, quoniam oues lugebamus et inuenimus pastores et, ut ego noui, suscepimus etiam illum pastorem optimum, qui per spiritum quidem adsumptus est et accepit talentum nummulariis prorogandum. et gregis ei cura com- 2  
 missa est et in sacerdotium unctus est et manus eius con-  
 summatae sunt, etiamsi adhuc differt curam gregis suspere et  
 conseruat adhuc sub modio lucernam, quam mox certus sum  
 quod super candelabrum ponet, ut omnis anima, quae intrat  
 ecclesiae domum, uideat lumen magnum, quo inluminentur  
 10 semitae omnium nostrum. adhuc enim nunc montes collesque 3  
 considerat, adhuc fluenta fluminum percontatur et perspicit  
 loca, in quibus insidiis occurrat luporum, ut in tempore oportuno  
 tenens baculum pastoralem pascat gregem rationabilem  
 pariter cum magistro et domino pastorum in loco uiridi con-  
 15 locans eum, uiridantis et uiui uerbi dei reficiens pabulis et  
 super aquam refectionis educans, spiritus sancti inundationibus  
 rigans. haec ergo futura et speramus et oramus. mihi 4  
 autem iam tempus est ad ea quae diximus etiam uerba com-  
 monitionis adiungere. quae quam potero breuiter explicabo,  
 20 quoniam quidem praeueniri paene a uobis uidemus operibus  
 ea quae nos commonemus in uerbis.

4 cf. Matth. 25, 27    6 cf. Matth. 5, 15    16 cf. Ps. 22, 2

1 spicae (χύκκων καταβαλῶν στάχυν ἐκομισάμτγ) spinae *A, O.a.c.* 2 et—  
*lin.* 4 prorogandum *in mg. Om1* suscepimus *C* 3 optimum *C* ac-  
 cepit *C* 4 nummulariis *O* nummularis *A* 5 praerogandum *AV* (*sed cf. p. 203, 14)* cura\* *O* 5 et in sacerdotium unctus est *om. V*  
 consūptę sunt *R* 8 supra *OAV* ponet (*θήσει*) ponit *R, C in ras., v*  
 intrat in eccl. dom. *OV* 10 nostrorum *AC* 11 percunctatur *RA*  
 12 occurret *R* 13 ut in tempore oportuno (*ἵν' ἐν καιρῷ εἰδέτω*) et in t.  
 op. *R* 13 baculum *R* 14 pastorale *V* 14 domino et magistro *A*  
 15 uiridantis *Ra c.* uiridantes (*i. s. e.*) *O* uiridantis *C* uiridentis *A*  
 uirentis *Rp.c.* et fin. *om. A* 16 edocans (*u. s. o.*) *O* 18 iam *om. OA*  
 commotionis *AC* 19 quae quam non tum (tum *s. l.*) potero *O* 20 prae-  
 uenire (*s. l. i.*) *R* p̄ueniri eius faciē *v* p̄aene (*o. s. a.*) *R* pene *C*  
 a uobis *v* uidemur *A*

10. Oportuit ergo, fratres, non incidere in haec neque gratiam concordiae nostrae separationis indignitate maculari, quoniam quidem per concordiae et unanimitatis donum, cum essemus grex pusillus et parvus, uidebamur ingentibus et numerosis gregibus exaequari, immo uero quibusdam etiam 5 praeponi per gratiam spiritus sancti, quoniam quidem in aliis alius decor uel in paruis uel etiam in magnis officiis et donis, nostri uero gregis hoc erat incomparabile et singulare munus, quod in omni pace et in omni quiete degebat, ita ut frequenter etiam arcae Noë comparari posse uideretur, quae sola potuit 10 2 totius mundi diluvium inconcussa superare. uerum quoniam inuenti sumus etiam nos homines esse et non potuisse penitus effugere aduersarii inuidiam neque languoris illius, qui omnes paene obtinet, altiores effici quiuimus, sed communis omnium labes nos quoque contingere praeualuit et uexare, ita 15 ut optimam illam et laudabilem paternam concordiae et unanimitatis hereditatem, quam soli cepisse pater ceteris uidebamur, non potuerimus in finem usque seruare, tamen non parum etiam in hoc — si tamen et miseriarum habenda est comparatio — habere differentiae uideamur, quod et ultimi incidimus 20 in communem hanc labem et primi paene emendare potuimus, quoniam infirmari quidem naturae humanae commune est, cito uero requirere medicum et adhibere curam uigilantis et prudentis est sensus et per gratiam domini inluminati, qui nobis praestitit plura quam uel petere uel sperare potuimus. 25

11. Nos enim, cum eos suscepissemus, qui pro catholica fide et uerbi dei ueritate ceruices suas minantibus gladiis

2 indignatione *R* 3 concordiam *A* unianimitatis *R* una/nimietatis *O*  
 4 uidebamus (r s. §) *R* 5 aequari *O* 8 nostri. *C* singulare (a ex  
 e, re s. l.) *R* 9 et *om.* *V* 10 archae *O* 13 languoris (l e s. is) *R*  
 languores *AC* langoris *V* illius (l o s. ius) *R* 14 quiuimus *O*  
 quiuimus *C* communes *V* 15 labis *Oa.c.*, *om.* v lues *V* 16 illam  
 laudabilem et paternam *V* et *om.* *v* et paternę *Cv* concor-  
 dia *ROA* et *om.* *v* unianimitatis *R* una.nimietatis *O* 20 haberis  
*Rp.c.* differentia *V* uideamur *R* uidemus *V* uidebimur *Cv* quo *A*  
 et] ut *v* incidimus *OV,Ca.c.* 22 humare *C* 24 inluminari *AV*  
 25 quam] quia *A* 26 suscepimus *C* 27 manantibus *Ra.c.*

subiecerunt, nec inimicos eos iudicassemus, qui per consonantiam fidei fratres se et consanguineos designabant, licet parum quid de paterna successione inter se desciscerent non hostili discidio sed simultate fraterna, contentionem quidem eorum 5 simultatemque minime laudauimus, fidei tamen zelum confessionemque suscepimus considerantes hoc quod facile curari possunt humanae dissensiones, in quibus pax fidei et pietatis 2 ueritas constat. propterea ergo suscepimus, ut pietatis 10 praedicatio et cultus piorum consortic ac societate proficeret, et in tantum furati sumus furta caritatis, non ut domesticos fugaremus, sed ut sociorum multitudine cresceremus. uos uero multo ēt mero spiritu feruentes omnem litterae relinquentes intellectum ad solum spiritum confugistis nihil prorsus uerborum simplicitati et rebus uisibilibus concedentes. nos 15 3 autem, qui hoc solum inpium ducimus, si quis non in omnibus absque ullo prorsus offendiculo de trinitate sentiat et de una saltim aliqua ex tribus persona minus aliquid aut inferius dicere audeat, aequum atque idem esse credimus in una persona quod et in trinitate peccare. una enim deitas trinitatis et unum in 20 utrolibet piaculum inpietatis admittitur. propterea non patiebamur dissensionem manere animorum, in quibus manebat concordia fidei et in quibus eadem confessionis forma constabat.

12. Et quid ita paratum est ad concordiam his, qui deum pura mente uenerantur, quam unum atque idem sentire deo? 25 sicut e contrario nihil tam paratum est ad discrepantiam quam diuersitas fidei. tunc enim uere et mansuetus quisque secun-

2 fratres se (se s. l. C) esse Cv 3 disciscerent O,Ca.c. disci\*cerent V desciscerent sine dissiderent v 4 fraternalm OA 6 haec C curare RCa.c. 7 dissessiones C 8 uirtus (s. l. ueritas) A 9 piōrum] priorum v 11 uos ergo A 12 merore spiritus (s. l. mero spiritu) A spiritus R 13 confugistis (s pr. s. l.) R 15 si quis A,Rp.c. si qui Ra.c.OCVv 16 ullo om. A offen\*diculo O et] seu OA 17 personis V minus—quod et s. l. O 18 in unam personam—in trinitatem A 19 in pr. om. O 20 utroquelibet RC 21 dissessionem (n s. s.) C animarum R maneb\* (a s. \*) O 24 ueneratur Ca.c. 26 quisque OA,Rp.c. quique Ra.c.CVv

dum prophetam bellator efficitur, cum se uiderit per patientiam fidei detrimenta sentire, qui etiam deo infert damnum suo casu. in nobis enim diues est deus, id est si omnes nos possessio eius efficiamur per fidem. sic ergo nos etiam in ipsa dissensione habuimus aliquid amplius ceteris et rursum <sup>5</sup> in coniunctione nobilior, ita ut facile possit e medio culpa <sup>2</sup> furari, quae ex utroque latere laudabiliter tegitur. sed quoniam ipsa per se uelocitas pacis non sufficit ad cautelam, digna ei adhibeamus auxilia: ipsum unigenitum filium dei, ipsum eius uerbum ac sapientiam inuocemus et precibus ac lacrimis <sup>10</sup> inprolemus et mente ac cogitatione teneamus illud ante omnia considerantes, quoniam nihil tam bonum, nihil tam praeclarum, nihil tam excelsum quam substantia ac natura dei, nisi forte quis etiam super substantiam eum uelit intellegi, quoniam in semet ipso habet esse quod est, ex quo et ceterae omnes creaturae <sup>15</sup> secundo loco esse suscipiunt, quaecumque illae a deo uel post deum primae sunt — angelicas dico caelestesque uirtutes, quae primae suscipientes splendorem lucis eius et ueritatis atque ab ipso inlustratae etiam ipsae lux efficiuntur perfectae lucis claritate fulgentes —: in illa ergo ineffabili et excelsa <sup>20</sup> dei natura nihil tam proprium, nihil tam fixum intellegere <sup>3</sup> possumus quam pacem et quietem. neque enim dissensio ulla in natura dei, quia nec dissolui posse sentienda est, sed tantum unitatis et concordiae et in semet ipsa habere et in pertiri creaturis ceteris aestimanda est, ut etiam hoc ipso nomine <sup>25</sup> nuncupari se deus aliquando uelit, id est pacis et caritatis. nam et Iohannes dicit, quia deus caritas est, et Paulus de unigenito dicit, quia pax nostra est.

1 cf. Ioel 3, 11    27 cf. I Ioh. 4, 8. 16    28 cf. Eph. 2, 14

2 quin etiam dō inferri *A*    5 amplius aliquid *A*    6 e om. *A*  
 7 detegitur *Cv*    10 pr. et lacrimis *v*    12 tantum bonum *A*    13 nisi  
 si *OV*    14 substantiam (*s. l* sententiā) *R* eum] meā *R* uelut *Ra.c.*  
 15 omnis *O*    18 lucis et uer. eius *v*    20 lux (cis *s. x*) *R* fulcente *A*  
 21 natura dei *v*    23 sed tātā unitatem et concordiā *v*    24 pr. et] ad *R*  
 concordiā *R* \*\*\* concordiae *O*    26 uelit et ueritatis (*s. id est pacis l*  
 caritatis) *A*    27 iohannis *O,Ca.c.*    et paulus dicit de unig. *v*

13. De angelis uero quid dicam? in quibus qui dissentire ausus est et extolli supra mensuram atque in conspectu omnipotentis dei rebellare, ita ut supra nubes ponere sedem suam cogitaret, sicut ait propheta, dignas adrogantiae suaee et dissensionis poenas dedit, pro luce ut esset tenebrae, condemnatus, immo, ut uerius dicam, a semet ipso tenebrae effectus. ceteri uero, qui in suo ordine et loco permanent, nihil tam proprium possident quam pacem et unanimitatem, nihil ita student quam ut unum sint ex unitate trinitatis exempla sumentes, quoniam et ipsa trinitas deus unus est tam unitate uoluntatis quam et unitate substantiae. dei itaque est pax et eorum qui adproximant et cohaerent deo. contraria uero deo dissensio et bellum; quae sine dubio eorum est, qui alieni et auersi sunt a deo, qui simul deo et paci aduersantur dissensionibus gaudentes et perturbationibus gratulantes, quoniam quidem et princeps eorum atque auctor diabolus tam ipse malorum fecunditate a semet ipso discordat quam etiam alios ex abundantia sui in arma dissensionis instigat et ad bella furoris inpellit, quia ille homicida erat ab initio et sedet in insidiis in occulto, ut interficiat innocentem et ut sagittet in obscurum omne corpus ecclesiae, dum singulos quosque callidis obscurisque consiliis decipit et ex paruis quibusque occasiōnibus locum sibi introeundi in animas eorum primo subtiliter facit, tum deinde uelut occupata iam statione totus inmergitur, 25 sicut fieri solet in obsidione murorum: si exigua pars unius

<sup>3</sup> cf. Esai. 14, 14

1 in quibus *in mg. O* de se sentire *A* 2 extoli *Oa.c.* 3 rebellare *Ca.c.* 4 cogitarit *O, Ap.c.* et sicut *Cv* propheta ait *v* adrogantia sua *Oa.c.* 5 dissensiones *Ra.c.* paenas (*o s. a*) *R* *uerbis* pro luce et ut *signa transpositionis addidit R* tenebrae (*σκότος ἀνεφωτίδες εἴναι καταρροθεῖς*) tenebris *R* condemnatus *Cv* 6 *ut s. l. R* 8 possedent *O* unanimitem *RC* 9 et ex unitate *OCv* 12 deo et coherent *A* coerent *Ra.c.* 13 quae] *V* 14 *a om. A* 16 auḡtūr (*cōtōr s.*) *R* diabolus *Ca.c.* 18 abundantia *Ov* 19 in *om. O* 22 occasionibus *Oa.c.* 23 in animos *CV* iā in animos *v* 24 totos (*u s. alt. o*) *R*

anguli fuerit interrupta, continuo per singulos inrepentes omnis introbit atque urbem obtinebit exercitus.

14. Satis idoneo, ut opinor, ad unanimitatem et pacem diligendam et dissensiones ac discidia fugienda huiuscmodi prouocamus exemplo, cum utique omnis anima, quae imaginem 5 in se dei gerit, imitatione debeat gaudere diuina, ut nobilitatem generis sui ex hoc maxime ostendat, dum de supernis trahit exempla uiuendi et ad similitudinem se caelestis conuersationis instituit. tum deinde respiciamus etiam in caelum sursum et in terram deorsum secundum commonitionem 10 diuinam et consideremus totius creaturae foederatissimas leges, quoniam caelum et terra ac mare atque omnis iste mundus cunctaque dei elementa magnifica, per quae etiam dei uirtus tacite praedicatur, donec inter se in pace sunt et quiete et proprios naturae suae terminos seruant nec unum aduersum 15 alterum insurgens statutae pacis uincula dissoluit, quibus ea opifex omnium sermo dei primae conditionis legibus uinxit, stat mundus et pulchritudine sui ac decore praefulget nec quicquam aliud exquiri potest, quod splendori eius et gratiae 3 conferri aut exaequari queat. simul autem ut a pace et quiete 20 destiterit, protinus etiam mundus esse desistet nec alia ex causa quam sui dissensione ac propria elementorum seditione

9 cf. Esai. 51, 6

1 angeli (u s. e) *R* inrepentes (s. *λ* pens) *R* irrumpentes *A* inrum-  
pentes *V* 2 optinebit *C* 3 idoneum *O, A.a.c.* unanimitatem *R*  
unitatem *A* 4 diligentiam et dissensionis *ας* *R* huiusmodi *A*  
5 exempla *V* 7 ostendit (a s. i) *O* de *om.* *A* trahet (it s. et) *R*  
9 in caelum—in (in s. l.) terram (*εἰς τὸν οὐρανόν—εἰς τὴν γῆν*) *R* in caelo—  
in terra *cet. v* 10 -orsum—pon *p.* 226, 23 *om.* *A* 12 terra\* *O* omnis  
(s s. l.) *R* iste *om.* *V* \*\*mundus (te *eras.*) *V* 13 *δι* (mundi s.) *R*  
per (s. l.) quae per *C* uirtus dei *O* 15 proprię naturae *O* 16 insti-  
tutae *Cv* uincla *R* 17 \*\*\*uinxit (con *eras.*) *O* 18 uerba stat  
mundus *Graecis uerbis κόσμος τέ ἐστιν, ὅςπερ λέγεται respondent;* stat  
*idem quod manet significat et mundus praedicative adhibetur in enun-  
tiato, cuius subiecta lin.* 12 caelum, terra, mare, mundus, elementa le-  
guntur stat] ac *V* pulchritudinis sue *ας* decore *R* ac *om.* *V*  
21 destituerit *R* distiterit *Ca.c.* desistit *OV* desistit et *Cv*

solutetur. nunc ergo mecum totius mundi intuere, si uidetur, ordinem pacis, quomodo caelum quidem aeri lucem, terrae praestet calorem, aer uero imbris terram foueat et animantibus cunctis uitam tribuat respiratus, terra uero fructus et 5 uictum super eam uiuentibus materno quodam praebeat famulatu.

15. Quid uero istae permutationes temporum paulatim suas uicissitudines inmutantes et austeriora quaeque uel frigoris uel caloris paulatim et per partes mortalibus inferentes, ut 10 non deterrere subita, sed etiam delectare sensim reparata uideantur utilitati simul uoluptatique ministrantia? quid etiam dies et nox aequis sibi inuicem portionibus succedentes operibus alia, alia ad quietem fessis mortalibus mancipata? uel quod mare intra terminos suos definita statione cohibetur et 15 pacifica terris adpulsione coniunctum copias suas afluenter humanis usibus praebet? quid uero de sole dicam et luna ac 2 stellarum fulgore et multitudine, quae omnia ordinem cursus sui immobili obseruatione custodiunt? quid etiam de perennitate fontium? quid de fluentis fluminum certis statutisque 20 terminis contento itinere pergentium? quid animantium tam diuersa genera sibique contraria? quorum alia agrestem et feram, alia mansuetam et uicinam hominibus exigunt uitam, et alia quidem hominum patiuntur obsequia, alia uero ipsa sui feritate delectantur. cum ergo haec omnia ita se habeant 3 et certis quibusque de causis, quas nouit ipse qui uniuersa dispensat, in hanc compagem concordiamque cuncta constricta sint, quid aliud oportet ex his omnibus intellegi et conici,

1 soluitur *V* intueri *C* si *om.* *C* 2 quidem *om.* *O* aeri (a s. l.) *C* et terre *v* 5 uictus *Cv* praebeat (at s. ut) *R* famulum *V* 7 iste *RO* 9 paulatim] sensim *V* 10 deterre *C* sensum *C* 11 utilitatis *R* 14 intra terminos] in terminos *R* diffinita *R* 15 pacifica (θάλασσα καὶ γῆ πρώτως ἀλλήλοις ἐπιμεγύμενα) pacificata *R* adpulsionem *Ca.c.* afluenter *RO, C.p.c., v, sed cf. 31, 19, 48, 15, 21* si bique] siue *R* agrestem ac feram *V* 22 exigunt *Ca.c.* 23 quidam ex quidam *R* sui ipsa *V* 24 feritate (i. s. e.) *O* habent *R* 26 in hac compagine concordiaque *Cv* 27 qui *V* aliut *O*

nisi quod pax et unanimitas per haec omnia humano generi ostenditur et praedicatur?

16. Si uero dissensio aliqua aduersum se huic materiae generetur et seditione qualibet solutionem sui meditetur uel si diuino nutu aliquid ex ista conpage moueatur ad peccantium metum atque inpiorum poenam, si uel mare efferuescat uel terra quatiaatur uel perniciosus imber et pestifer decidat aut sol subtracta sui luce refugiat aut aer ardoribus excandescat aut ultra mensuram sui natura ignis exaestuet, excidium sine dubio mundi et interitus uniuersitatis putatur et bonum 10

<sup>2</sup> pacis elementorum seditione subuertitur. ut omittam populos et urbes et regna exercitusque numerosos, ut omittam domos, coniugia, quae omnia per pacem et concordiam constant, per dissensiones uero soluuntur et pereunt, ad Israhel ueniam et de populi illius uos miseriis commonebo, de dispersione 15 eius et captiuitate, in qua et nunc sunt et erunt adhuc — certus sum enim ex his quae de eis praedicta sunt —, et ostendam eorum mala, quae et uos ipsi diligenter agnoscitis, et quae fuerit horum omnium malorum causa, ut ex aliorum correptionibus nos quid boni habeat concordia cognoscamus.

17. Nonne isti, dum inter se pacem haberent et ad deum unanimes ingemescerent, Aegypti fornacis ferreae ponderibus pressi et tribulationibus suis in semet ipsos collecti — interdum enim et tribulatio optimum quodam est salutis 25 remedium — populus sanctus dicebantur et pars domini et genus regale sacerdotale, et huiuscemodi appellationibus

26 cf. Ex. 19, 6      cf. Deut. 32, 9

1 unianimitas *R*    8 subtractat *v*    9 naturā *C*    uel excidium *V*  
 11 obmittam (*b. s. l.*) *R*    populos—omittam *s. l.* *O*    12 obmittam  
 (*b. s. l.*) *R*    domus *OCa.c.*    13 et coniugia *v*    14 uenio// (*o ex a.*) *O*  
 19 horum oīa malorum *v*    ex causa *C*    20 quid bona *v*    22 numne  
*Rp.c.*    23 ingemescerent unanimes *Cv*    unanimimes *O,Ra.c.*    inge-  
 miscerent *RCp.c.*    in (*s. l.*) aegypto (*o ex i.*) *R*    fornaces *V,Ra.c.*  
 25 quandam *V*    salutis est *A*    est] et *OV*    26 dicebatur  
*OACV,Ra.c.,v*    27 ienus (*g. s. i.*) *O*    regale] *add.* et *V,R s. l. m.2*  
 (gen. reg. sac. = βασιλείου ἱεράτευμα)

decorabantur? sed et magistratibus et ducibus agebantur his, 2 qui agerentur ipsi a deo. praecedente eos columna ignis et nubis die ac noctu cedebat eis fugientibus mare; caelum uero esurientibus manna ministrabat, poculum petra sitientibus 5 exhibebat, bellantibus protensio sola manuum uictoriam dabat et triumphos sola oratione capiebant. transire uolentibus fluminum sistebantur fluenta cognati maris imitata famulatum et praebebant elementa seruitium; hostiles muri tubarum solis clangoribus uertebantur. Aegypti enim uerbera et decem 3 famosissimas plagas ad eorum gratiam inlatas praetermisi et uoces dei ex monte auditas et duplcem legis lationem, aliam in littera, aliam in spiritu, ceteraque innumera et immensa, quibus tunc etiam contra meritum suum honoratus est Israhel. postea uero quam aegritudine coepit dissensionis urgeri 4 15 et in partes secti sunt et unusquisque quod placitum erat in oculis suis faciebat et statuerunt sibi regem non per deum et principem, non per consilium eius, posteaquam Hieroboam et Roboam, posteaquam factiones et seditiones, posteaquam offendere coepit puer ad seniorem, ignobilis ad honoratum, 20 quid fit et quid patiuntur?

18. Lamentatio nos docet Hieremiae lamentantis eos et plangentis de captiuitate Babyloniae. simul et historiae ueterum docent, quomodo magnificus ille et admirandus murorum

2 cf. Ex. 13, 21 sq. 14, 22      3 cf. ibid. 16, 14      4 cf. ibid.  
 17, 6. Num. 20, 11      5 cf. Ex. 14, 26 sq.      6 cf. Ios. 3, 17      8 cf. ibid.  
 6, 20      9 cf. Ex. 7—11      10 cf. ibid. 19, 16 sqq.      12 cf. II Cor. 3, 6  
 19 cf. Esai. 3, 5

1 magestratibus *Ca.c.*      agebant in his (in s. l.) *R*      his] isti *OA*  
 2 que ex qui *R*      quia geruntur *A*      ipsis *Rp.c.*      colūpna *v*      3 nube\* *O*  
 nubes *Ca.c.*      nocte *OACv*      antecedebat *Cv*      4 manna (*τροφήν*) *v*  
 cum *codd.* *quibusdam* *deterioribus*, *om.* *codd.* *nostri*; *an* (*escam*) *esurientibus* ministrabat *scriendum?*      6 triumfos *C*      7 cognata *V*      8 praemebant *R*      seruicięs (ū s. ἐς) *R*      hostilis *Ca.c.*      turbarum *R*  
 9 clangoribus *Ca.c.* clamoribus *A*      11 ex *om.* *V*      12 in litteram *A*, *Oa.c.*  
 14 urgueri *AC*      17 posteaqua *Ca.c.*      ieroboam *ACV*      18 et *R* boam *om. v*  
 posteaquam *pr. exp.* *O*      19 ignobiles *R* ignorabilis *v*      20 et *om.* *R*  
 paciantur *Cv*      21 doceat *V*      22 bibiloniae *R* babiloniae *O*      istoriae *O*

ambitus subruitur atque subuertitur, urbs praeclara et opinatissima prosternitur, sanctificatio templi destruitur, ornamenta et donaria delubri sacratissimi profanis manibus diripiuntur, sancta sanctorum pollutis pedibus conculcantur. et illa, quae etiam  
 2 sanctorum oculis inuisa fuerant et pedibus inaccessa, inpiorum 5 et pollutorum direptionibus populabantur, senes nemo miserebatur, iuuenes absque respectu trucidabantur, matribus et uirginibus nihil pudoris, nihil uercundiae seruabatur. altariabus non solum alienus ignis, uerum etiam hostilis adhibebatur. fluebant sanguinis flumina non hostiarum religione, sed 10 hostili crudelitate profusa nec arietum, sed hominum cruento manantia. Nazarei in terram prostrati, ululatus pro hymnis  
 3 audiebatur. et ut ex ipsis aliquid Lamentationibus Hieremiae loquar, filii Sion honorabiles et exornati auro, delicati et malorum nescii uias nouas et asperas abierunt et uiae Sion 15 luxerunt, quia non erat qui ueniret ad diem festum. sed et paulo ante manus mulierum misericordium coixerunt filios suos inedia scilicet obsidionis urgente et comedenter fructum uentris sui et dulce solatium liberorum factum est solatium famis.  
 4 uidetis qui sint exitus dissensionum et qui discidiorum fructus. an nescitis quia propter nos haec scripta sunt, in quos fines saeculorum deuenerunt? ego denique quotiensque librum istum Hieremiae accipio in manus et lamentationibus eius inhaereo — lego enim frequentius Lamentationem Hieremiae, quotiens mihi securior successibus uideor, ut commonear 25 per lectionem quid inmineat, nisi obseruauero —, et lacrimis

14 cf. Thren. 4, 2    15 cf. ibid. 1, 4    17 cf. ibid. 4, 10    21 I  
 Cor. 10, 11

2 distrutur *R*    et om. *R*    3 pronis *R*    4 ille *R*    5 fuerunt *A*  
 6 et] ac *R*    populantur *v*    sensis *RO*    7 et om. *A*    11 crudelitate  
 host. *v*    cruento *V, Ra.c.*    12 nazarei *codd.*    in terra *A*    ymnis  
*CAV*    13 iheremie *v*    17 inmisericordium *A*    18 obsidioni surgente *V*  
 urgente *O*    comedere *v*    19 dulcis (e s. is) *R*    20 sunt *Ar*  
 21 unde scitis *R* aut nescitis *OAV*    quos (s add.) *R*    22 ergo *R*  
 quotienscumque (cū s. l. m2) *R* quoties *A* quotiens *V*    23 ieremię *A*  
 manibus *Cv*    25 qui quotiens *R* quoties *A*    eius uideor *V*    ut ex  
 et *Rm.2*

repleor et uox mihi ipsa concluditur, cum ante oculos adduco quod gestum est et cum lamentante lamentari me credo. haec uero iam, quae eis nouissima acciderunt, posteaquam 5 pastorem suum noluerunt oves morbidae et in rabiem uersae 5 cognoscere, posteaquam extendentes quasi in hominem manus in deum sceleris sui piaculum commiserunt, posteaquam uiderunt pendentem uitam suam et non crediderunt, quis digne lamentetur aut quis pro merito exponat? ipse tamen 6 exitus docet et captiuitas eorum subiecta Romanis, cuius quis 10 potest enumerare clades? qui libri conscribi de eorum miseriis possunt? nisi quod unus liber est uniuersus orbis terrae, qui uastitatem eorum cottidie calamitatesque testatur, et Hierosolymorum ad fundamenta usque destructio. cuius ne ingressus quidem eis conceditur nisi forte ad hoc solum, ut sub die 15 lamententur et lugeant desolationem eius et ultra nusquam prorsus appareant.

19. Cum ergo tam grauia et tam perniciosa habeamus dissensionis exempla et tantorum malorum causa sint, quam fugienda sint, quam uitanda, quis dubitat? uerum est aliquid 20 adhuc grauius, si post curatam tristitiam et degustatum pacis bonum rursum in eandem quis dissensionis uergatur insaniam et, quod dici solet, ad proprium uomitum reuertatur, cum utique etiam imperiti quique et indociles periculis soleant erudi et extremae leuitatis sit semper ut de malis ad bona, 25 ita etiam de bonis ad mala transferri et uelut aura facili hue

22 cf. Prou. 26, 11. II Petr. 2, 22

2 lamentantem *V*, *O.a.c.* lamentare *RCa.c.*, *O* 3 accederint (*i ex u*) *O* 4 conuersae *A* 5 extend.] offendentes *A* 7 pendentes *R* 8 lamentet *OV* 10 de eorum mis. conscribi *V* 12 eorū cottidiane (an *s. l.*) calamitatis eorūq: (eorū *s. l.*) *R* calamitatesque cottidie *V* cotidie *OAC* quotidie *v* calamitatisque *O* hierosolim. *O* hierosolim. *RC* ierosolom. *A* 14 ad *om. v* 15 lamentent *OAV* ut ultra *V* prorsus nusquam (numquam *A*) *OA* 18 dissensiones *Cp.c.* exempla—sint *om. C* et—sint *om. v* causae *V* 19 fugiendae *Cp.c.* fugiende *v* sunt *A* uitenda *Ca.c.* uitandae *Cp.c.*, *v* dubitet *A* adhuc aliquid *CVv* 20 gustatum *R* 21 rursus *v* 22 dicit *R* prop.] primū *R* cum utique] committi *A* 23 periclis *RA* sol. erud.] solan̄\*\* audiri *A* 24 malis (*s. sumq* felicitatis) *R*

2 atque illuc permutari. puto enim quod illos, qui in dissensione permanent, spes aliqua futurae concordiae releuet et multum his conferat futurae emendationis expectatio. hi uero, qui frequenter ad concordiam redeunt et rursum in dissensiones et iurgia deuoluuntur, cum aliis omnibus quae perdiderunt bonis 5 etiam spe correctionis exuti sunt. similis est enim apud illos, ut video, discordia et concordia nec in altero magis haerent, dum ad utrumque facile deuoluuntur.

20. Nemo sane me aestimet dicere, quia omnem pacem dico amplectendam esse — scio enim sicut in multis discordiam utillem, ita in aliquantis perniciosa esse concordiam —, sed illam dico pacem, quae in bonis et pro bono est et deo nos sociat. et ut breuiter de singulis diuidam, mihi ita uidetur quod neque inferius mensura sua aliquid bonum dicitur neque si eam excedat et euadat, id est neque per leuitatem omnibus 15

2 sociari neque per prauitatem ab omnibus discordare. similiter etenim et remissio inutilis est et proteruitas inproba. certum est namque quod aduersum inpietatem et ignibus et ferro et potestatibus et legibus pro ueritate debemus obniti, tantum ne fermento malitia polluamur et consensum praebeamus in 20 malis. nec quicquam ita pertimescendum est quam ne aliud quid timeamus quam deum et per timorem prodamus fidem et ueritatem. ubi uero causam tristitiae adferunt suspiciones humanae et superfluuus metus, ibi melior est feruore patientia 3 et asperitate lenitas. pulchrius namque est et utilius, ut in 25 communi corpore permanentes instruamus nos inuicem tamquam alterutrum membra, instruamus autem eo modo, quo

20 cf. I Cor. 5, 8

1 enim exp. C desensione O 2 futurae et R 3 conferet (t s. et) R exspectatio RO hii RO 5 \*omnibus C 6 exusti V enim] at v 7 ut om. R erent ROa.c. erunt A adherent Cv 9 me s. l. O, om. V 10 amplectandam O 12 societ R 15 eam] metam V,Cp.c.,v 17 inutilis est om. R utilis C prop̄ uitas RC proteruia A proteruia O 18 aduersam (u s. a) R et fin. om. Cv 19 pro] et R 21 quidquam R quisquam Oa.c. pertimiscendum O 22 prodamus (¶ p s. pro) R 23 causas OA 24 patientiae V 25 est om. A in communi] immuni A in muni O 27 menbra C

apostolus dixit: in spiritu mansuetudinis, non per superbiam neque per imperium uelut tyrannidem putantes libertatem nostram, sed tamquam fratres et aequales commonitionibus nosmet ipsos et cohortationibus prouocantes.

- 5 21. Cum haec ergo ita se habeant, fratres, amplectamus nos inuicem et complexemus et cum omni puritate et sinceritate mentis in concordiam redeamus imitantes illum, qui medium parietem saepis soluit et per sanguinem suum pacificauit non solum quae in terra sunt, sed et quae in caelis.  
 10 dicamus ad religiosum hunc et mitissimum patrem et mansuetissimum pastorem: eleua in circuitu oculos tuos et uide congregatos filios tuos. ecce uides quod optabas, quod 2 desiderabas die noctuque, ut in senectute bona nouissimum uitae duceres tempus. ecce omnes conuenerunt ad te et sub  
 15 alis tuis requiescant et altare suum circumdant. qui cum lacrimis abscesserant, cum laetitia reuertuntur. gaude et laetare, pater optime et indulgentissime, et dic etiam tu nobis: ecce ego et pueri mei, quos mihi dedit deus, adde et illam dominicam uocem congruentissimam tibi: quos dedisti  
 20 mihi seruauit et non perdidi ex eis quemquam.

22. Nec est aliquis in eis filius perditionis, sed omnes manemus in uno spiritu unianimes conlaborantes in fide euangelii, unum sentientes, armati scuto fidei, praecincti lumbos in ueritate, unum

1 I Cor. 4, 21      8 cf. Eph. 2, 14      cf. Col. 1, 20      11 Esai.  
 60, 4      18 Esai. 8, 18      19 Ioh. 17, 12      21 cf. Ioh. 17, 12      cf. Phil.  
 1, 27 et 2, 2      23 cf. Eph. 6, 16. 14

1 superbia *V* 5 frater *C* 6 nos inuicem *om.* *A* complexemur *Cv* et *fin. om.* *O* 8 pacifica ut *Ra.c.* 9 et *om.* *ACv* quae in caelis sunt *V* 10 relegiosum *O* hunc et] hund ad *A* 11 eleua nunc *V* eleua oculos tuos in circuitu *A* 12 congregatos (*s.s.l.*) *R* congrega\*\*\* *O* et ecce *v* optabas] occupabas *R* 13 senectute tua *v* 14 *om* *O* 15 aliis *O* alt. suum = τὸ ἑαυτῶν θυσιαστήρον 16 laetia *O* gaudete *RO* 18 dedit (*έδωκεν*) dedisti *R* dominus *A* et illam] etiam *A* 21 om̄ (*s.s.a.*) *R* maneamus (*a.s.*) *O* man. unan. (unian. *O*) in una spir. unan. (unian. *O*) *OA* 22 unianimes *VA* 23 sentientes (*ζητούοδητες*) scientes *C* in ueritatem *C*

solum scientes, aduersum diabolum bellum et aduersum eos qui  
sub illo militant. nec timeamus eos, qui possunt corpus occidere,  
animae autem nihil facere possunt, timeamus uero eum, qui  
potest animam et corpus perdere in gehennam, seruantes  
bonum depositum, quod a patribus suscepimus, adorantes 5  
patrem et filium et spiritum sanctum, in filio patrem, in  
spiritu filium intellegentes, in quo baptizati sumus, in quem  
credidimus, cui confessi sumus, diuidentes antequam coniun-  
gamus et iungentes antequam diuidamus, non tria unum  
2 dicentes. neque enim insubstantia nomine nominamus, id est 10  
unam solam subsistentiam sentientes, ut scilicet dinitiae no-  
strae in nominibus sint et non in rebus, et rursum dicimus tria  
unum non secundum subsistentiam sed secundum substantiam  
deitatis unitatem in trinitate uenerantes et trinitatem in uni-  
tate confitentes. tota ergo trinitas adoranda, quia tota regalis 15  
est; unius enim potestatis et unius gloriae, supra mundum,  
supra tempora, increata, inuisibilis, incomprehensibilis, inuesti-  
3 gabilis. quae quo ordine apud semet ipsam sit ipsa sola  
cognoscit, a nobis autem similiter et aequaliter adoratur;  
sola enim est intra sancta sanctorum uniuersam creaturam in 20  
exterioribus habens. et ipsa quidem primo uelamine dirimitur,  
reliqua uero rationabilis creatura secundo contegitur uelamento,  
post illam uero rursum secundo uelamine nos dirimimur a  
4 caelestibus. haec nos sentientes, fratres, et confitentes eos,

2 cf. Matth. 10, 28    5 cf. II Tim. 1, 14    22 cf. Hebr. 9, 3

1 zabulum *OA*    qui—eos *om.* *Cv*    2 corpus possunt *A*    3 uero] autem *OA*    4 et animam et corpus *v*    8 credidimus (*πεπιστεύ-*  
*καρεν*) *RV* credimus *cet. v*    9 trea *O,Ca.c.*    10 enim *om.* *R* in-  
substantia (*u alt. s. l.*) *O* in substantia *v*    11 substantiam *ROV* substantiam *ACv*    12 nom.] hominibus *V*  
dicimus (*a s. i.*) *R*    trea *O*    13 subsist.] substantiam *C*    14 in  
unitatē *C*    16 potest. est *v*    unius ē gloriae *Cv*    17 inuestigabilis  
*Oa.c.*    18 quoque (*sign. transpos.*) *R*    ordine] *C*    20 est enim *Cv*  
int̄ *R*    21 ipso *Rp.c.*    uelaminā (*e s. a.*) *R*    dirimitur a caelesti-  
bus *Cv*    22 reliqua] aliqua *A*    uero *om.* *Cv*    rationalibilis *A*    23 a]  
ad *C*    24 confidentes (*t s. d.*) *R* confutantes *C*

qui huic fidei aduersantur, alienos habeamus a ueritate et pestilentes putemus. et si quidem possibile est curari eos, nulla sit inuidia; si uero insanabiles sunt, refugiamus et uitemus, ne forte morbi eorum contagiis maculemur, ne non tam  
<sup>5</sup> nostram sanitatem illis tradamus quam illorum nos aegritudinem capiamus. pax autem dei, quae superat omnem mentem, custodiat corda uestra in Christo Iesu domino nostro, cui gloria et potestas in saecula saeculorum. amen.

## 6 Phil. 4, 7

2 si s. l. *R*      curare *R*      3 sit in mg. *R* ē s. l. *A*, om. cet., *v*  
 insanabiles (s. s. l.) *R*      4 tam illis tradamus nostram (nostram om. *v*)  
 sanitatem *Cv*      6 dei om. *Av*      7 mentem] sensum (s. l. mentem) *A*  
<sup>8</sup> nostro om. *R*      cui est gloria *OAVv*      9 DE GRANDINIS UASTATIONE CUM PATER EPISCOPUS RETICERET *R* USQUE HUC CON-TULI DE CODICAE SCAE MELANIAE ROMA. EXPL ·VII· INCIPIT LIBER ·VIII· DE GRANDINIS UASTATIONE CUM PATER EPI-SCOPUS RETICERIT *O* USQUE HUC CONTULI DE CODICE SCAE MELANIE ROME :: : FINIT LIBER ·VII· GREGORII NAZANENI EPISCOPI INCIPIT LIBER GREGORII NAZANENI EPISCOPI DE GRANDINIS UASTATIONE CUM PATER EPISCOPUS RETICERET *A* EXPLICIT DE RECONCILIACIONE ET UNITATE MONACHORUM. INCIPIT DE GRANDINIS UASTACIONE CŪ PATER *EPS* RETICE-RET *C* *EXP* *LIB* ·VII·, *INC* *EIUSD* *LIB* ·VIII· DE GRANDINIS UASTATIOĒ CŪ *PAT* *EPS* RETICERET *V* Explicit de reconciliatioē et unitate monachorū Incipit de grādinis uastationē, cum pater episcopus reticeret *v*



VIII.

DE GRANDINIS UASTATIONE CUM  
PATER EPISCOPUS RETICERET.

*R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.  
*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.  
*A* = codex Atrebatensis 621 saec. X.  
*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.  
*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.  
*v* = editio princeps Argentinae 1508.

### VIII.

#### DE GRANDINIS UASTATIONE.

1. Quid laudabilem soluitis ordinem? quid inpellitis linguam  
legi iustissime seruientem? quid prouocatis sermonem spiritui  
5 cedentem? quid intermittentes caput festinatis ad pedes? quid  
relinquentes Aaron producitis Eleazar? non patior excludi  
fontem et profluere torrentem, solem abscondi et stellam  
ostendi, canitiem cedere et iuuentutem leges promulgare,  
sapientiam reticere et imperitiam audere. neque enim umquam  
10 rapidus imber leni et quieto utilior fuit. ille enim, dum nimio 2  
fertur inpetu, siluas secum ac rura pariter trahens etiam  
damnosus agricolis existit, hic uero leniter infusus et ad  
interiora terrae gremia descendens fecundum fructibus caespitem  
parat uel etiam laetioribus spicis maturari segetes sinit.  
15 ita et in uerbis non continuo qui multae eloquentiae est etiam 3  
multae sapientiae est, quoniam quidem eloquentiae aura parum  
quid delectat auditum, simul uero ut desinit sonus loquentis  
et profectus desinit audientis. is autem qui sensim in medullas  
ipsas diuini descendit eloquii et dilatato ore repletur spiritu  
20 sancto, in paucis syllabis plurima sacramenta concludit.

2. 3. Et nondum dico de illa uera et prima sapientia, cuius  
particeps et colonus est uenerandus pater et pastor noster.  
prima enim sapientia est uita laudabilis et apud deum pura  
mens, per quam puri puro iunguntur et sancti sancto sociantur.

6 cf. Num. 20, 24—29

4 iustissimae *ROCV* 5 fest.] properatis v 6 relinquetis (i s. alt. e) *O*  
7 stellam (*ἀστέρα*) stellas *RA* 8 cedere (*ὑποχωρεῖν*) cadere *R* legis  
*O* lege *V* promulcare *R* 9 audere (*νεανιεύεσθαι*) audere (i s. pr. e) *O*  
audire *ACv* umquam *om. A* 10 lene *V,Ca.c.* 13 descendens *O,Ca.c.*  
14 lenioribus *A* 15 non] eius *R* non continuo *om. A* quia *A*  
etiam—est in *mg. O, om. R* 16 multa sapientia *O* 18 desinat *O*  
24 puri *Cp.c., om. cet.*

hanc enim in primis a nobis deus requirit hostiam: puritatem et cor contribulatum [sacrificium deo est] et sacrificium laudis. uult enim nos esse nouam creaturam in Christo et nouum hominem et quaecumque huiuscemodi refert scriptura diuina.

<sup>2</sup> est ergo prima sapientia despicere et contempnere sapientiam istam quae in uerbis est et complexionibus uel calliditate sermonum uel quae captiosis syllogismis et contradictionibus inanibus nititur. ego autem opto quinque uerba in eccllesia loqui in sensu meo, ut et alios instruam, quam multa milia uerborum in lingua et in tali <sup>10</sup> uoce tubae, quae non dat significantem uocem, ut ad bellum spiritale praeparet militem meum. hanc ergo ego conlaudo sapientiam et hanc conplector, per quam ignobiles facti sunt gloriosi et per quam abiecti ad honorem uenerunt et in qua piscatores uniuersum orbem terrae euangelii retibus conclu- <sup>15</sup> serunt uerbo consummato et breuiato sapientiam quae destruit superantes. non enim qui in uerbo sapiens est iste mihi sapiens uidetur neque qui linguam politam ac uolabilem profert, anima uero permanet inperitus, sicut sepulcra illa, quae extrinsecus dealbata et exornata uidentur homi- <sup>20</sup> nibus, intrinsecus uero inmunditia ac foetore repleta sunt, sed ille mihi uidetur sapiens, qui pauca quidem de uirute animi commonet et proloquitur, plura autem in suis

1 cf. Ps. 50, 19 et 49, 23      3 cf. II Cor. 5, 17. Eph. 4, 24  
8 I Cor. 14, 19      16 cf. Rom. 9, 28      cf. I Cor. 2, 6      19 cf.  
Matth. 23, 27

1 querit Cv hostiam puritatem (θυσίαν τὴν καθαρσινήν) hostiam puritatis (is ex em) R 2 uerba sacrif. deo est inclusit Wrobel; inter-  
polata sunt ex Ps. 50, 19 4 diuina scriptura Cv 5 primo Ca.c.  
despicere Oa.c. contempnere C 6 et complexionibus (καὶ στροφαῖς) et in complexionibus OACVv in calliditate Cv 7 syllogismis O 8 in-  
anibus om. Cv 9 sensu eo Ra.c. 11 quae non dat significantem  
uocem = (φωνὴ σύλπιγγος) ἀσήμω 12 spirituale A spiritalē C ego  
om. A 16 distruitur Ca.c. destruit V 17 iste—uid.] sapiens esse sensu  
uidetur V 18 qui om. O uolabilem V nobilem v 19 praefert A  
animus A sepulchra OC sepulchra A 20 ab ante hominibus in mg.  
add. O 21 inmunditiæ Oa.c. inmundiciæ a C fetore A faetore C

actibus atque operibus ostendit et fidem uerbi operum suorum adstipulatione confirmat, quia nec pulchritudinem formae ita quis amare potuit in pictura sicut in corpore positam nec diuinitiae utiles fuerunt quae in somnis uidentur sicut illae 5 quae in manibus continentur. ita et sapientia illa clara est 5 non quae in uerbis uolat sed quae in uirtutibus constat. sic denique etiam scriptura dicit, quia intellectus bonus est omnibus qui faciunt eam, non qui loquuntur et praedicant eam. huius igitur sapientiae firmiora indicia tempus declarat, 10 quae uere in senibus est corona gloriandi. si enim non oportet beatificari hominem ante mortem, sicut Salomoni uidetur et mihi, quia incertum est quid pariat superuentura pro eo quod multum mutabilis est uita hominum, dum corpus hoc humilitatis huc atque illuc semper uertitur et mutatur, quo- 15 modo non is, qui iam plurimum uitae huius inculpabiliter exegit et incertum habitationis nostrae pelagus euadens prospicere iam portum et iam iamque ingredi sperat, multo est securior ac beatior eo, cui adhuc multum marini discriminis superest?

20 4. Noli ergo claudere linguam, quae multa bona edocuit, cuius fructus multi et infinitae procreationes iustitiae, cuius quanti sint filii et quanti thesauri, leua in circuitu oculos

7 Ps. 110, 10 10 cf. Prou. 16, 31 11 cf. Eccli. 11, 30 12 cf.  
Prou. 27, 1 13 cf. Phil. 3, 21 22 Esai. 49, 18

1 extendit *A* 2 astipulatione *A* 3 posita *A* 4 sicut illae—continentur *om.* *V* 6 quae in uerbis uolat = ἡ τῷ λόγῳ λαμπρυνομένῃ  
7 etiam *om.* *Cv* intellectus omnibus bonus est *OA* est *om.* *Cv*  
8 eum *A* qui *om.* *O* locuntur *C* 9 eum *A* 10 sensibus *RO*  
11 beatificare *A* salāmoni *O* salemoni *v* 12 superuentura pariat *A*  
superuentura (δι παρὰ τῆς ἐπισύνης τεχθήσεται) superuentura dies *Vv*  
14 humilitatis (s. ἡ humanitatis) *R* alluc *V* 15 is] his *A* plurimi-  
mam *V* 16 exigit *OV* 18 multum *om.* *A* 19 aliquid superest *A*  
docuit *A* 21 cuius fructus multi (ἥς οἱ καρποὶ πολλοῖ) c. f. multae  
(multe *V*) *AV* procreationis *OC* 22 sint s. l. *O* sunt *Cv* the-  
sauci *R* leua *V*

tuos et uide omnis hic populus est, quem in Christo Iesu  
 per euangelium genuisti. noli ergo nunc inuidere boni sermonis  
 gratiam, etiamsi breuis sit. nosti breuiter multa proferre. quod  
 si minus, certe uel spiritali uoce proclama illa, quam etiam  
 tacente Moyse audiebat deus dicens ad eum: quid clamas <sup>5</sup>  
 2 ad me? scilicet cum eum interpellaret in spiritu. compone et  
 praepara populum mihi oui et alumno tuo et post hoc etiam  
 pastori, nunc uero etiam tecum summo sacerdoti. edoce me  
 quoque aliquid ex disciplina pastorali et populum hunc de  
 oboedientia, de praesenti certe hac plaga et uastatione nobis <sup>10</sup>  
 aliquid philosophare: de iustissimis dei iudiciis, siue comprehen-  
 dimus nos siue etiam ignoramus abyssum multam, quo-  
 modo etiam misericordia eius statera est secundum sanctum  
 Esaiam. neque enim bonitas eius sine iudicio est, licet his  
 qui in uinea tota die laborauerant non uideretur aequum quod <sup>15</sup>  
 3 cum posterioribus facti fuerant aequales. sed et ira secundum  
 peccatorum mensuram calix in manu domini appellatur et  
 poculum ruinae cum bibitur auferri quid et euomi ex scele-  
 ribus bibentium uidetur et rursum mera ira clementia tem-  
 peratur. inclinat enim ex hoc quod merum est et uehemens <sup>20</sup>  
 in hoc quod lenius est ac moderatius, his uidelicet qui timore  
 emendantur et qui ex paruis tribulationibus concipiunt et pari-  
 unt conuersationem et spiritum salutis plenum et integrum  
 4 generant. reseruat tamen faecem eius quod est ultimum et

1 cf. I Cor. 4, 15      5 Ex. 14, 15      12 cf. Ps. 35, 7      13 cf.  
 Esai. 28, 17      15 cf. Matth. 20, 12      17 cf. Ps. 74, 9      18 cf. Ezech.  
 23, 33      22 cf. Esai. 26, 18

2 inuideri *A*      3 etiamsi] si *A*      nosti\*\* *O*      4 illam *OAC*  
 5 mosi *Ca.c.*      clamans *O*      7 mihi populum *A*      oui] qui *V*      oui  
 et *exp.* *O*      post haec *A*      8 et doce *R* doce *OA*      9 aliquid quoque *v*  
 10 certa *A*, *om. v*      11 aliquid *om.* *V*      phylosophari *A*      12 nos *om. v*  
 cum cod. *Monac.* 3787      13 misericordiae *A*      14 isaiam *v*      nec *v*  
 15 in uineam *A*      tota ab. die *v*      elaborauerant *O*      uidetur *Cv*  
 17 mensura *A*      18 quid] quidem *C*      et *s. l.* *C*      ex celeribus  
*ROCa.c., A*      19 bib.] uiuentium *OA*      mere irae *ex mero ira R*      ira  
*om. A*      clementiam *Ca.c.*      20 inclinauitetenim (auit *s. l.*) *R*      23 con-  
 uersationem *A*      24 reserua *R*      fecem *R*

nouissimum iracundiae, ut totum id effundat in eos qui comonitionibus et correptionibus nolunt curari, quin immo et lenitate amplius indurantur secundum durissimum Pharaonem, qui ad exemplum uirtutis dei reseruatus est inpiis.

5. Dic ergo nobis: unde tales istae plagae et unde flagella et quae horum ratio est? utrumne uniuersitatis ipsius motus passim et fortuitu ac sine ulla gubernaculis incitatur et uelut nullo rectore casu haec fiunt, sicut uidetur illis insipienter sapientibus, an ratione aliqua et ordine et, sicut ab initio 10 omnia facta sunt et composita atque distincta, ita etiam nunc mouetur mundus et gubernatur, ut nouit ille solus qui mouet et aeternis eum habenis prouidentiae moderatur? unde ergo 2 sterilitas? unde aëris corruptio? unde grandines et haec nunc plaga et uastatio nostra atque correptio? unde pestes et morbi? 15 unde terrarum motus et maris terroresque de caelo? uel quomodo terra, quae ministerio hominum a creatore formata est, cuius bonis perfaci omnes aequaliter deberemus, ad inpiorum conuertitur poenas, ut, in quibus concessis et indultis nobis ingrati extimus, in his ipsis poenas luamus et agnoscamus 20 uirtutem eorum per supplicia, quorum gratiam non cognouimus ex beneficiis? quomodo aliis quidem de manu domini dupli- 3 citer peccata redduntur et gemina malitia mensura retribuitur, aliis uero cum corripiuntur septuplum in sinum eorum defundi dicitur ultio peccatorum? uel quid illud est quod nondum

4 cf. Rom. 9, 17 21 cf. Esai. 40, 2 23 cf. Ps. 78, 12 24 cf. Gen. 15, 16

1 effundet *A* 2 quin nimo *R* 3 faraonem *ROC* 4 inpiis (*χατὰ τῶν ἀσεβῶν*) inpius *RC* 6 et (*καὶ*) *om. R* horum *ex orum C* eorum *A* 7 fortuito *R* (*o. pr. ex u.*) *OC* (*u. s. alt. o.*) 8 fiant *V* uidentur *V* 9 an] ac *V* 11 solis *O* 12 et *s. l. R*, *om. cet., v* eum] eius *OACVv* hauenis *ROCa.c.* prouide *V* moderatus *OAVv* modoratus (*e. s. o.*) *C* 13 sterilitas *RA, OCa.c.* grandinis et *he* (*u. s. e.*) nunc plage uast. n. a. correptio (*u. s. e.*) *R* grandinis et *hae\** nunc plage uast. Nam (*u. s. a.*) a. corr. *C* grādines et *he* nūc plage uastationum atque correptio *v* 14 morbus *R* (-os *m2*) *Oa.c.* 20 coram (*s. quorum*) *R* 21 dupliciter *RO* 23 dum *A* sinum (*εἰς τὸν κόλπον*) *v* cum cod. *Monac.* 3787 (*cf. p. 144, 19*) sinu *C* sinus *cet.* diffundi *C, Op.c., v* 24 est] et *V*

Amoraeorum mensura repleta esse in sceleribus memoratur? quomodo ergo uel peccator relinquitur et iustus punitur uel iterum peccator punitur et iustus relinquitur ac seruatur, et nunc quidem iam hinc medicina adhibetur, nunc uero totum 4 ibi reseruatur? quae ergo sunt istae plagae uel unde? uirtutis 5 documenta sunt an poena malitia? et utrum expedit uelut in suppliciis positos humiliari an uelut causa probationis inlata dissimulare et neglegere, haec nos doce, de his commone, uti ne multum praesentem hanc plagam grauiter feramus, aut rursum ne in profundum malorum descendentes con- 10 temnamus — est namque in hominibus etiam istud uitium —, sed ut in correptione domini humiliemur, uti ne, dum in hac neglegimus et contemnimus, maiorem aduersum nos dei iracundiam prouocemus.

6. Grauis est terrae sterilitas, grauis est uastatio fructuum — 15 quis enim negat? — maxime cum in spe esset eorum laetitia et cum iam horreis ipsis essent uicina frumenta. graue est quod messis inmatura sublata est et flentes agricolae prostratas despiciunt segetes suas et uelut carorum suorum emortuis adsident cadaueribus, quas lenis imber auxit, turbidus uero et 20 inmitis execuit. ex quibus non inpleuit manum suam qui metit et sinum suum qui manipulos colligit nec dixerunt messoribus praetereuntes: benedictio

21 Ps. 128, 7. 8

1 amorreorum *OCV, R* (rr *ex r*) 2 relinquetur (*i s. e*) *O, om. A* iniustus *A* 3 relinquitur *post iterum pon. O* iniustus *A* 4 nunc *pr.]* nec *A* hinc (*n paene eras.*) *O* hic *R A* medicinam *A* adhibeat *OCa.c., A* nunc] nec *A* 5 seruatur *Rv* (*etiam cod. Monac. 3787*) sint *Op.c.* uirtutes (*i s. e*) *O* 6 documenta *R* sint *Op.c.* ante poenam *A* a pena *V* 7 positus *Ca.c.* humiliari (*ταπεινοῦσθαι*) emendari *R* 8 commune *Ca.c.* 9 ut ne *v* 11 etiam] utiam *Ra.c.* 12 in *pr. om. Cv* ut ne *A* 13 nelegimus *A* 15 grauius *pr. A* sterelitas *ROa.c., A* 16 in *spe*] inspectus (*λ a s. in*) *R* leticie *R* et *om. Rv* 17 orreis *Oa.c.* et quod *Av* 18 agricultae prostr. *om. A* agricule (*co s. gū*) *R* agriculte *O* 19 dispiciunt *R* decipiunt *C* em.] et mortuis *OC* mortuis *v* 21 exegit (*s. λ mit*) *R* exjet *A* inplebit *Rp.c.* 22 ma|manipulos *R* manipulos *O* colligit *OC*

domini super uos. accidit spectaculum miserabile: terra ipsa 2  
 foedata iacet laniatis ac diuulis illis quibus laetabatur comis  
 et ex ipso ornatu suo turpis effecta. luget hanc et beatus Iohel,  
 qui calamitatem famis ingentibus tragoediis deflet. sed et alias  
 5 propheta uastationem nouissimam priori conferens fecunditati et  
 de ira dei terram nastantis disserens dicit: quae ante ipsum  
 sunt paradisus deliciarum et quae post ipsum sunt  
 campus est exterminii. grauia, inquam, haec et ualde grauia, 3  
 dum haec sola quae in praesenti sunt cogitamus et nondum  
 10 metum concipimus grauiorum, quoniam quidem et in doloribus  
 corporis semper id quod ad praesens urget grauius uidetur  
 esse omni eo quod praesentem non habet cruciatum. multo  
 uehementiora sunt et grauiora, quae apud se retinent the-  
 sauri irae dei, quorum absit nos experiri. et non expe- 4  
 15 riemur, si ad dei misericordiam conuolemus et eum, qui  
 misericordiam uult magis quam mortem, ad nos lacrimis  
 inclinemus, ut quod superest irae dei auertamus per conuer-  
 sionem nostram, quoniam haec adhuc lenitas est et clementia  
 dei et mansueta correptio et initia quaedam castigationum  
 20 uelut paruulis adhuc et lactantibus inlata. haec adhuc fumus  
 quidam est iracundiae et auspicia poenarum, nondum ignis  
 exurens, nondum flamma uorax nec carbones accensi. comminatio 5  
 est haec et intentatio et, cum parum quid inlatum sit, quae  
 maiora sunt et fortia retinentur, ut et percutiens corrigat, sed

3 cf. Ioel 1, 10    6 Ioel 2, 3    13 cf. Deut. 32, 34    16 cf. Os.  
 6 6. Ezech. 33, 11    20 cf. Ps. 17, 9

1 accedit *OCv* ipsa *om.* *A* 3 *ioel O* 4 *tragœdiis O* *tragœdiis C*  
 et *om. C* [alias] *etiam in graeco textu ξτερος, quamquam eiusdem Ioel*  
*uerba sunt* 7 *sunt pr. om. AC* *paradisus (s. l. i) R* 9 *cogita V*  
 10 *concepimus OA* 11 *urguet A* 13 *veh. et grau. sunt v thesauri R*  
 14 *quorum (ων . πειραν λαβειν)] add. inmanitatem R in mg. m2, add.*  
*uindictam C (s. l.) v* 15 *et ad eum Cv* 16 *ad eras. C, om. v cu*  
*lacrimis C (cu s. l.) v* 19 *correptio (c s. p) R* 20 *lactentibus AV*  
*lactentibus Cp.c. inlatat O* 21 *quide v* 22 *exurgens A -rens-uorax*  
*om. V carbonis acc. comm. Est et haec A* 24 *fortiora Vv* et  
*om. Cv* *sed et Cv*

commans plus emendet uiam faciens irae suaes, et pro inmensa bonitate sua a minoribus incipit, ne maioribus et grauioribus egeamus. qui utique adhibebit et maiora, si ea prouocauerimus, dum haec minora contemnimus.

7. Noui ego uibrantem frameam et inebriatum gladium in 5 caelo interficientem et spernentem et orbantem, qui iubetur usque ad carnes et medullas non parcere. scio occurrentem sicut ursam rapidam illum, qui inpassibilis est, et sicut pardalin in uia Assyriorum non illis tantummodo qui tunc erant, sed 2 et omni qui nunc Assyrius est nequitia. scio non posse quem- 10 quam effugere fortitudinem irae eius et uelocitatem, cum euigilauerit super inpietates nostras et cum inimicos eius insequetur zelus, qui consumit aduersarios. scio excussionem et recussionem et feroorem cordis et consternationem mentis et dissolutionem genuum et alia quam plurima huiuscmodi 15 supplicia inpiorum. omitto enim dicere de illis iudiciis, quibus nos multa hic data uenia transmittit et tradit, ita ut melius sit nobis corripi et purgari quam ad illa transmitti supplicia, 3 ubi poenarum tempus est magis quam purgationum. sicut enim non est in morte qui hic memor est dei, ut beatus Dauid 20 pronuntiat, ita confessionis correctionem hi qui in inferno sunt non habent, quoniam quidem in praesenti uita facultas nobis

1 cf. Ps. 77, 50 5 cf. Ps. 7, 13. Ezech. 21, 9. 10 cf. Esai. 34, 5  
8 cf. Os. 13, 7. 8 13 cf. Nah. 2, 10 20 cf. Ps. 6, 6

1 emenden<sup>s</sup> (t s. ης) *R* corrigat *Cv* 4 adhaec (u s. αε) *C* adhuc *v*  
5 ergo *A* uibrantem = στιλβούμην *v* 6 spernentem = ἐξουθενεῖν  
orbantem (ἀπεκνοῦν) turbantem *R* uibrantem *v* 7 occurrentem] occur-  
reremitem (re fin. s. l.) *C* occurrere immitem *v* 8 rabidam *OAv* par-  
daline *V, Ra.c.* pardalim *Rp.c.* pardal in (u s. a et um s. in) *C* pardal *O*  
parduli *A* pardum *v* 9 in inuio *v* assiriorum *O* (s pr. s. l.) *v* tan-  
tummodo qui tunc erant *om. R* 10 asirius *O, Ca.c.* 11 effugire *Oa.c.*  
eius] sue *v* 13 insequetur *ex* insequenter *R* ins. quitur *cet.*, *v* zelos  
(u s. o) *R* consumat *R* consumet *V* aduersarius *v* excusationem *R*  
14 recussionem (λ dis s. re) *R* 15 desolutionem *A* et aliqua plu-  
rima *V* 16 obmitto (b s. l.) *R* indicis *V* 17 uenia data *R*  
transmittit *A* 18 et purgari *om. R* ad s. l. *C* 20 est memor *R*  
21 hii *ROAC* in *om. R*

permissa est agendi quae uolumus, ibi uero gestorum nostrorum reddere rationem.

8. Quid ergo faciemus in illa die, de qua uehementissime perterret quidam prophetarum, cum deum nobiscum dicit esse iudicaturum in montibus et collibus et consedere aduersum nos et disceptare atque ante faciem nostram statuere peccata nostra, accusatores scilicet acerbissimos, adhibere quoque omnia sua beneficia, quae in nos contulit, et comparare cum sceleribus nostris, cogitationibus quoque cogitationes conferre et actus actibus arguere, cum a nobis requirens purae imaginis dignitatem oblitteratam eam inuenerit et obfuscatam, cum ad ultimum certe propria unusquisque notatus sententia condemnabitur?

9. Quis ergo ibi aduocatus erit? quae interuentio? quae figmenta? quae artes? quae aduersum ueritatem forensis calliditas proferetur? quibus praemiis iudicium corrumpetur? omnia pendebunt in statera iustitiae, gesta et uerba et cogitationes nostrae, mala ac bona aduersum se inuicem diuersa lance pendentur, ut pars quae praeponderauerit uincat et quo uergit opus illuc sententia decidat. nec ultra iam alia uoluntas aut aliud iudicium aut excusatio per secunda opera requiretur, nec tempus erit olei mutuandi a prudentibus uirginibus uel comparandi a uendentibus, cum lampades extinguuntur. nec locus est paenitentiae diuitis concremantis in flamma et propinquorum

3 cf. Esai. 10, 3    4 cf. Hier. 2, 9    6 cf. Ps. 49, 21    22 cf. Matth. 25, 8, 9    24 cf. Luc. 16, 24

2 reddere] reddemus *maluit* *Wrobel* 4 quidem *Ra.c.* cum] dum *C* (*d in ras.*) *v* *pfe\*tarū C* 5 iudicandum (*turū s. ὅδυμ*) *R* iudicandum *OCVv* considerat (*t s. add.*) *R* 6 et] etiā (*iā s. l.*) *R* 7 acerbissimos *R* acerbissimos (*is s. l. m2*) *C* 8 in nos] nobis (*bi s. l. m2*) *R* comparere *Ra.c.* 9 cogitationes quoque cogitationibus *A* conferri *Cv* 10 actos (*u s. o*) *RO* 11 meam *R* offuscatam *O* 12 notata *R* condempnabimur *A* 15 aduersus *RC* 16 proferetur (*ur s.*) *R* conrumpetur *R* corrumpetur *C* 17 gesta] et gesta (*καὶ πρᾶξιν*) *Wrobel* cogitationis *Cp.c.* 18 bona ac mala *R* 19 penduntur *V* ponderauerit *R* 23 extinguntur *AC* 24 et] ad (*c s. d*) *R*

suorum requirentis emendationem. non ergo iam tempus erit ullius dilationis, sed solum et ultimum et terrible iudicium, immo potius iustum et idcirco magis terrible, quia iustum.

- 3 tunc enim sedes ponentur et uetustus dierum sedebit et libri aperientur et fluuius igneus curret et lux praecedet et tenebrae paratae erunt, et abibunt qui bona egerunt in resurrectionem uitae, quae nunc in Christo abscondita est et postea cum ipso manifestabitur, qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicii, in quo iam iudicante uerbo dei condemnati
- 4 sunt qui non crediderunt. alios ergo illa ineffabilis lux et 10 inmensa suscipiet, id est splendor et agnitus atque inluminatio clarior sanctae et beatae trinitatis, cum puris et inmaculatis mentibus pura et inmaculata miscetur, quod ego solum et praecipuum duco esse regnum caelorum; his uero qui indigni sunt cum reliquis ceteris erit etiam haec maior omnium poena, 15 quod proiciuntur a deo, et ipse pudor et confusio conscientiae, cuius finis ac remedium nusquam est. sed de his postmodum.

10. Nunc uero quid faciamus, fratres contriti et humiliati et inebriati non uino neque sicera, ex quo parum quid commouentur homines et conturbantur, sed inebriati a fortitudine 20 plagae, quam inuexit dominus dicens: 'et tu commouere et conturbare', qui potauit contemptores spiritu tristitiae et conpunctionis, quibus et dicitur: uidete, contemptores, et intuemini et admiramini mirabilia et disperdimini?

- 2 quomodo sufferemus increpationes eius aut quid responsi dabi- 25

4 cf. Dan. 7, 9. 10 6 cf. Ioh. 5, 29 7 cf. Col. 3, 3 19 cf. Esai. 29, 9 21 cf. Ps. 106, 27 22 cf. ibid. 59, 5 23 Act. 13, 41

1 iam *om.* *R* est *R* 2 dilationis] dissolutionis *V* pr. et *om. v*  
 4 ponuntur *C,Aa.c.* uetustus (*tus s.*) *O* uetus *Cv* 5 aperiuntur *C*  
 6 h\*\*ibunt *R* habebunt *Ca.c.* ibunt *A* 9 condempnati *RCv* 10 ille  
*Ra.c.* illos *C* 11 suscipiat *O* 13 miscetur (*μιγνομένης*) miscebitur  
*Rp.c.* miscebit *ex* miscebat *A* 14 duco (*τιθεμαι*) *C,Ra.c.* dico *cet.*  
 15 cum reliquis] \*\*\*reliquis (*s. ctis, qui eras.*) *R* qui reliquis *C* hoc *R*  
 maior] malorum *A* 16 procientur *v* 17 ac] et *v* numquam *Cv*  
 18 faciemus *A,RCp.c.* 20 et conturb. *om.* *Cv* 22 et contemptores *C*  
 24 dispergimini *A* 25 sufficimus ad incr. *Cv* quis (*d s. §*) *R* resp.  
 dab.] respondebimus *R*

mus, cum ad multitudinem beneficiorum suorum, quae ingratia  
 suscepimus, adhuc etiam castigationes suas nobis coeperit  
 inputare et enumerare remedia ac medellas, quibus adhibitis  
 nos tamen curati non sumus? et filios quidem appellat, sed  
 5 pollutos, uel filios, sed alienos et claudicantes a semitis suis,  
 dum alienis uiis incedunt et asperis, dicit ergo: 'quid oportuit 3  
 me facere uobis et non feci? unde uos emendare oportuit et  
 non emendaui? lenioribus usus sum remediis. omisi Aegypti-  
 orum flagella, sanguinem de fluminibus fontibusque potatum  
 10 et omnes aquas in cruentem ueras. primam illam eorum pla-  
 gam reliqui. omisi etiam ranas et sciniferas et cynomiam et  
 reliqua flagella. a bubus et iumentis et pecoribus coepi, quin-  
 tam plagam in animalia muta conuerti parcens hominibus. non-  
 dum uos contigit ista uexatio, sed facti estis mihi etiam  
 15 mutis animalibus brutiores. nihil enim, ut uideo, ad emenda-  
 tionem proficit ista correptio. abstinui a uobis pluuias: 4  
 pars una suscepit imbreu et pars, supra quam non  
 pluui, aruit. et dixistis: perdurabimus et uiriliter age-  
 mus. idcirco superduxii uobis grandinem et uineas uestras  
 20 atque arbusta uestra segetesque demessui, malitiam tamen

4 cf. Deut. 32, 5    5 cf. Ps. 17, 46    8 cf. Ex. cap. 7    11 cf. Ex.  
 cap. 8    12 cf. Ex. cap. 9    16 Am. 4, 7    18 Hier. 18, 12

1 ingrata (i. s. a) *R* ingrate *V* ingrate *Ca.c.*   2 suscipimus *C,Oa.c.,v*  
 nobisque *R* coeperit *RCv*   3 inputare] inpugnare *R* innumerare *R*  
 numerare *Cv* medellas *AV,RCp.c.* medillas *Oa.c.*   5 a] in *R*   6 dum  
 alienis uiis *om.* *R* al. in uiis *Cv*   uiis *om.* *A*   dicet (i. s. e) *O*  
 7 emendari *AV*   8 obmisi (b. s. l.) *R* omnia *A* egyptiorum *Ro*  
 9 flagella] plagas *v*   depotatum *R* deputatum *Ca.c.*   10 plagam  
 eorum *A*   11 obmisi (b. s. l.) *R*   scyniferas *RA* sciniferas ex sciniferas *O*  
 scyniferas (y pr. s. l.) *C* sciniphes *v*   scinomiam *O* cinomia *V*   12 fla-  
 gella *om.* *A*   bobus *Cp.c.*   caepi *R* cepi *v*   13 plegas *Vp.c.*  
 ominibus *Ra.c.*   15 nil *v*   16 profecit *OCv*   17 super *OA*   18 pluui *R*  
 pluui *A*   pluuias ruit *Vv*   dixi *Ca.c.*   perdurauimus *OV,Ra.c.*  
 supdurauius *Cv*   agimus *OV* egimus *Cv*   19 uineas (*ἀμπελῶνας*)  
 uindemias *R*

uestram resecare non potui et nunc agnoui quia durus es  
et neruus ferreus ceruix tua.'

11. Haec puto quia dicat ad nos dominus, si flagellis eius  
non emendamur, quoniam quidem et contemptor permanet in  
contemptu et iniquus in iniquitate perdurat. nec aliquid in 5  
nobis agit caelitus inlata correptio, nihil flagella proficiunt.  
defecit iam tubus ferreus in fornace, defecit plumbum,  
in uanum operatur argentarius: nequitiae uestrae non  
2 consumuntur. 'per Hieremiam uobis haec iam olim reputaueram;  
nunc ergo numquid me exacerbatis?' dicit dominus, 'aut non 10  
praeualet manus mea etiam alias plagas et alia admouere  
tormenta? sunt adhuc apud me etiam ulcerum feruurae, quae  
sublato cinere ac fauilla in aërem per Moysen generatae sunt,  
qui illo tempore indignationis dei minister extiterat ad Aegyp-  
3 tum castigandam. est adhuc et locusta, sunt et tenebrae pal- 15  
pabiles, est etiam ultima adhuc plaga, interitus primitiorum,  
quam nullus effugit nec euadere quisquam potuit uastatoris  
manum nisi ille solus qui sanguine agni postes suos linuit,  
id est qui fidem suam atque opera Christi sanguine et noui  
testamenti institutionibus consignauit, qui Christo concrucifixus 20  
est, qui consepultus est ei et resurrexit cum eo, ut et conglori-  
ficetur cum ipso et nunc et in ultimo eius aduentu.'

12. Absit autem a nobis, ut cum ceteris correptionibus

1 Esai. 48, 4 7 Hier. 6, 29 12 cf. Ex. 9, 10 sqq. 21 cf. Rom. 6, 4, 8, 17

1 quia] quod *A* es et] esset *R* est et *V* ferueus (r s. ψ) *R*  
3 puta (λ ο σ. α) *R* quod *A* dicit *R* 4 contemptor *C* remanet *A*  
5 contemptus *A* iniquitatem *A* 6 cogit *Ca.c.* 7 deficit utroque  
loco *V* iam om. *A* tibiis (ti ex tu fact., u in ii mutat. uid.) *RC*  
cibus *v* ferreis *C* 9 iheremiam *v* haec uobis omisso iam *R*  
etiam *A* reputauerant *Va.c.* 10 exacerbatis *O* exercebatis *v*  
12 feroore *R* (s add. m2) *O* (u s. o et s add.) ferores *ACv* quæ (i s.  
ae) *R* 13 generate (i s. ε) *R* generata *Av* generate *OC* 14 in illo  
tempore *CAv* egyptum *O* 15 castigandum *Ca.c.* locustas *V*  
16 est adhuc etiam *A* primitiorum *A* 18 linuit *ROCa.c.* 20 cruci-  
fixus *R* 21 ut s. l. *C* glorificetur *CA* 22 et alt. s. l. *O* 23 cum  
ceteris corrept. (μετὰ τῶν ἄλλων πληγῶν)] ceteris correptionibus *R*

etiam illam nobis inputet bonus et pius deus dicens: quoniam incedebatis mecum peruersi, et ego ibo uobiscum furore peruerso, uel iterum: percussi uos in auragine et in rubagine et in facellatione, et nihil profeci. extrinsecus 5 sine filiis uos fecit gladius, et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit dominus. non illud autem accidat 2 dici de nobis, quia uinea facti sumus dilecto et plantati et calamis erecti et maceria circumdati et expectati, ut faceremus uuam, fecimus autem spinam, et non iustitiam sed clamorem, 10 ita ut necesse fuerit destruiri maceriam et esse nos in conculationem et subuerti turrem et fieri nos in direptionem, ut ultra non putemur neque fodiamur, insuper etiam — quod est infelicius omnibus — ut mandetur nubibus, ne pluant super nos pluuiam. ego, fratres, talibus in aduersis cogitationibus agor 3 15 et his memet ipsum commonitionibus consolor; sic ego noui de castigationibus domini cogitare et, cum apud memet ipsum huiuscemodi uoluam consilia, rursum ad orationem me domini supplicationemque conuerto et adicio his quae supra diximus et dico uobiscum pariter: si me sequimini et mecum iungitis mentes 20 et cogitationes uestras, dicamus pariter: p e c c a u i m u s, i n i q u e e g i m u s, i n p i e t a t e m f e c i m u s, quoniam oblii sumus mandatorum tuorum et post cogitationes cordis nostri pessimi ambu-

1 Leu. 26, 27. 28    3 Am. 4, 9. 10    7 cf. Esai. 5, 1. 2    9 cf. Esai. 5, 7    10 cf. Esai. 5, 5    12 cf. Esai. 5, 6    13 cf. ibid.    20 Bar. 2, 12    22 cf. Hier. 18, 12

1 illa *A* dominus *R*    2 inceditis *v*    3 auragine (u s. i) *R* auragine *V* et] uel *C* 4 robagine (u s. o) *R* facellatione (*σφακελίαμψ*) *Car.* facillatione *OA* fauillatiōne *Cp.c.* fallatione (gella s. la) *R* flagellatione *V* fauilla *v*    perpeti (s. pfeci) *C* intrinsecus *R* extrinsecus (in s. ex) *C* 5 et ne] et nec *ACVv* quidem om. *Cv* 6 accedat (i s. e) *O* 7 dicit *A*    planstati *C*    8 expectauit *Cv*    9 uuam *in ras.* *O* spinā\* *O* 10 distru *Ca.c.*    maceriam (h s. c) *R*    et nos esse *v* in conculatione *RV*    11 turrim *A, OCp.c., v*    12 putemus *C*    nec *v* 13 ut mandetur *ex* utinam detur *R*    nobibus *R* 14 ergo *O*    angor *A* 15 intra (m2 s. l.) memet *C* inter memet *v*    commotionibus *RO* communionibus *Ca.c.*    consular *OC*    17 uoluem *R*    19 iungas (iungatis m2) *R* iungetis *CVv*    22 ambulamus *C*

lauimus nec digne ingressi sumus uocatione, qua uocasti nos  
 per euangelium Christi tui, nec competenter sanctas eius sus-  
 cepimus passiones nec pro merito humiliationem eius accepi-  
 4 mus, sed facti sumus obprobrium dilecto tuo. sacerdos et  
 populus mente excidimus, in unum omnes declinauimus, simul 5  
 inutiles facti sumus; non est qui faciat iudicium et iustitiam,  
 non est usque ad unum. exclusimus misericordias tuas et  
 clementiam tuam a nobis et uiscera miserationum tuarum  
 propter malitiam nostram et nequitiam pessimae nostraræ adin-  
 uentionis auertimus. tu nobiscum, domine, fecisti bonitatem et 10  
 misericordiam, sed nos iniquitatem. tu patiens et multæ  
 misericordiae, sed nos dui et multis flagellis digni. cognosci-  
 5 mus bonitatem tuam, licet increduli simus. secundum ea quæ  
 peccauimus parum adhuc castigati sumus. tu terribilis es et  
 quis resistet tibi? tremor comprehendet a te montes et 15  
 magnitudini brachii tui quis resistet? et si resoluas cataractas  
 caeli, quis eas concludet? leue est in oculis tuis pauperem et  
 diuitem facere, uiuificare et morti tradere, percutere et sanare,  
 quoniam hoc ipsum quod uis opus perfectum est. tu, inquit, ira-  
 tatus es et nos peccauimus, quidam ueterum supplicantium 20  
 tibi. nobis autem etiam e contrario tempus est dicere: nos  
 peccauimus et tu iratus es. et propterea effecti sumus obpro-

4 cf. Dan. 3, 33    5 cf. Ps. 13, 3    14 Ps. 75, 8    19 Esai. 64, 5  
 22 cf. Ps. 78, 4

1 uocasti\* C    2 ne A    sanctos Ra.c.    suscipimus Ra.c.    3 acci-  
 pimus C, Ra.c.    5 omnia Ra.c.    6 faciet Ra.c.    7 exclusimus (ἀπεκλεισαμένος)]  
 excludimus R    et om. R    9 et nequitię pessimae nostraræ adinuen-  
 tionis (is m.2 in es mut.) C et nequicie pessime nostre adinuentiones v  
 adinuentiones O    10 fecisti bonitatem] habuisti uoluntatem R    bonitatem  
 misericordiae A    11 multum (λει s. um) R    12 n (s. l. C) cognoscimus Cv  
 13 sumus (λει s. pr. u) R sumus Cv    secundum—peccauimus om. V  
 14 est R    15 comprehendit Cv comprehendit A, Oa.c.    a] ad R    16 magni-  
 tudinem Ra.c. magnitudine Ca.c.    et om. V    17 concludit v    19 tu  
 inquit R    20 nos] non O    quidam] ait (s. l. m.2) quidam R quod  
 est A    21 nobis (ἐμοὶ δὲ καὶ τῷ ἐναυτίον καὶ πός εἰπεῖν)] nos R    autem  
 om. A    22 et alt. om. R    obproprium R

brium uicinis nostris. auertisti faciem tuam a nobis, et repletus 6  
est uultus noster ignominia. sed parce, domine! parce, domine!  
propitiare, domine! non tradas nos in finem propter iniquitates  
nostras neque exemplum nos facias ad correptionem ceterorum.  
5 magis, domine, aliorum nos suppliciis corrige et emenda,  
illarum dicimus gentium, quae non cognouerunt nomen tuum  
et potentiae tuae non sunt subiectae; nos autem populus tuus  
et uirga hereditatis tuae et oues pascuae tuae. propterea cor-  
ripe nos, domine, uerumtamen in misericordia et non in ira,  
10 uti ne exiguos nos facias, domine, praeter omnes qui habitant  
terram.

13. His ego uerbis atque his precibus inuoco et inuito  
misericordiam domini. quodsi et holocaustum possem offerre  
me ipsum sacrificium, ut iram domini mitigarem, non par-  
15 cerem, non differrem. sed et uos, o religiosa plebs, etiam  
uos imitamini meticulo sum et timidum sacerdotem. quaeso  
uos, nati mei, obsecro uos, coniungite mecum lamentationem  
uestram et fletus uestros meis fletibus admiscete; et clemen-  
tiam domini prouocemus per abundantiam lacrimarum indigna-  
tionisque diuinae accensum ignem fletibus restinguamus;  
mitigemus iram domini conuersione nostri. sanctificemus 2  
ieiunium, praedicemus curationem. haec enim nobis sug-  
gerunt sancti prophetae remedia. congregemus presbyteros,  
lactantes paruulos ab ipsis matrum uberibus auellamus et  
25 proiciamus in conspectu domini, aetatem omni miserazione

6 cf. Ps. 78, 6      7 cf. ibid. 78, 13. 73, 2      8 cf. Hier. 10, 24

21 cf. Iobel 1, 14

2 uultus] uenter *Cv*      alt. parce domine *om.* *Cv*      3 nos *om.* *R*  
4 corrept. (*μαστίγων*) correctionem *Rp.c.*      6 dicamus *Cv*      8 et oues  
pascuae tuae *om.* *Cv*      9 miseria *Ra.c.*      10 ne] ñ *R*      ηος domine *R*  
omnia *Ra.c.*      12 ego (*ἐγώ*) ergo *ROACv*      13 quodsi et (*εἰ δὲ καί*) *CV*,  
quod et si *cet.*      possim *O,Ra.c.*      offerrem *OCv*      14 memet *A*  
sacrificij (arem *s.* *ἵη*) *R*      15 differem *O,Ra.c.*      18 fletos (*u s. o*) *OC*  
admisceite *V,Oa.c.*      19 abundantiam *OV*      20 restingamus *V* restrin-  
guamus *C,Ra.c.*      21 et mitigemus *OACVv*      domini *om.* *v*      con-  
uersionem *AC* nostram *A*      22 uobis *C*      24 lactentes *Cp.c.,v*      matris *V*  
euellamus *OA*      25 omne *R*

dignam, et quae sola mereatur dei misericordiam uagitibus  
 3 inpetrare. nos quoque sacerdotes et ministri domini ipsis nihil  
 minus propheticis sermonibus admonemur ingredi in cinere et  
 cilicio et plangere nocte ac die inter medium crepidinis  
 altaris miserando habitu, flebili uoce uociferantes et clamantes 5  
 ad dominum et pro nobis et pro populo nihil omnino uel  
 laboris uel sermonis omittere, quibus repropitiari posse credi-  
 4 tur deus. clamamus ergo et nos uobiscum pariter et pro uobis:  
 parce, domine, populo tuo, et non des in obpro-  
 brium hereditatem tuam, quia tanto amplius habemus 10  
 tribulationis, quantum et honoris. ex nobis ergo, filioli, discite  
 conpunctionem domini, quia adfligimur pro uobis, et emenda-  
 tionem uestri offerte nobiscum, ut et nos inminentis plagae  
 ueniam inpetrare mereamur.

14. Uenite ergo omnes, adoremus et procidamus ante 15  
 eum et ploremus in conspectu domini, qui fecit nos.  
 ordinemus communem luctum, omnis aetas et sexus suo quis-  
 que ordine eleuemus planetuum uocem et pro illis iniustitiae  
 uocibus, quas antea feceramus, nunc uocem fletus et planetus  
 emitamus in aures domini Sabaoth. praeueniamus iracun- 20  
 2 diam eius in confessione. quis scit si forte conuertatur  
 dominus et paeniteat et relinquat post se miseratio-  
 nes? ego tamen scio quia faciet, ego de clementia domini polli-  
 ceor quia statim ut nos conuersi fuerimus etiam ipse irasci desi-

4 cf. Ioel 2, 17      9 Ioel 2, 17      15 Ps. 94, 6      20 Ps. 94, 2

21 Ioel 2, 14

1 misereatur *C* 2 inpetrare studeamus *Cv* 4 ac plangere *A* noctes  
 ac dies *v* intra *v* crep. <et> alt. (κρηπ. καὶ θυσιαστ.) *mauult Wrobel*,  
*sed cf. Ioel 2, 17 ἀνὰ μέσον τῆς κρηπ. τοῦ θυσιαστ.* 5 et flebili *R*  
 6 prosternamur ad dom. *V* pro alt. om. *Rv* 7 sermones *V* pro-  
 pitiasi *V* possit *O*, om. *Cv* 8 clamemus *A, C.p.c., v* et nos ad  
 deum *v cum cod. Monac. 3787* pro nobis *Av* 10 qui *A* tanto  
 (ū s. o) *R* 11 tribulationes—honores *O* quanto (ū s. o) *A* 12 quia]  
 qua *ROV* qui *A* emundationem *C* 13 uestram *A* 15 ante deum *v*  
 18 planetum et uocem *V* planetus uocem *A* iustitiae *V* in iniustitiae *A*  
 19 ante *A* nunc *ex non R* nunc fletus emitamus *V* 20 emmittamus *R*  
 et mittamus *O* 21 confessionem *O, Ca.c.* quia qui *A* qui *V* conu-  
 forte *V* 22 mis.] benedictiones (misera s. benedictio) *O* 24 desinit *Cv*

net — quod utique contra naturam facit — et ad miseraciones  
conuertetur — quod utique secundum naturam gerit —; in illud  
enim a nobis conpellitur, hoc uero ei naturaliter inest. nos  
tantum ipsi nostri misereamur et iustis eius miseracionibus  
5 patefaciamus uiam. seminemus in lacrimis, ut in gaudio meta- 3  
mus. efficiamur Nineuitae et non Sodomitae. cito curemus  
mala, ne consummemur in malis. audiamus praedicationem  
Ionae, ne igni et sulphure decoquamur; aut si etiam de Sodo-  
10 mis fugiendum est, montem ascendamus uel in Segor confugi-  
amus et cum ascendentे sole ingrediamur. non stemus in omni  
regione nec respiciamus post nos, ne efficiamur staticulum salis,  
inmortalis peccati memoria.

15. Sciamus quoniam numquam quidem peccare supra  
hominem est et solius dei est; de angelis enim nihil dico, ne  
15 iter uitiis aperiamus et malignis contradictionibus aditum rese-  
remus. non ergo peccare dei est, insanabile uero peccatum  
diaboli est et omnium qui sub eo militant. peccantes autem  
conuerti a peccato hominum est qui credunt in deo et quo-  
rum pars inter eos est qui saluantur. licet enim et terra 2  
20 haec inuoluat secum malitiae non parum et terrenum habita-  
culum adgrauet sensum multa cogitantem et sursum aspicientem,  
immo ad hoc creatum, ut quae sursum sunt quaerat, sed  
imago dei labem corporeae inundationis expurget et coniunc-  
tam sibi carnem uerbi dei subleuet pennis. et quamuis melius

5 cf. Ps. 125, 5      8 cf. Gen. 19, 17. 23      11 cf. Gen. 19, 26  
21 cf. Sap. 9, 15      22 cf. Col. 3, 1      23 *imago—p.* 254, 5 *permanere*]  
cf. August. contra Iulian. I 5, 15 (XLIV 649 M)

2 conuertitur *OCv*      naturas *A*      in *om.* *OA*      4 eius *om.* *V*      5 in  
gaudium *O*      6 niniuit(a)e *ROCp.c.*      et *ante* nin. *add.* *C*      sodomite *RO*  
7 mala *om. v*      ne] ut *v*      consumemur *OA V* cōsumamur *v*      8 igne *Rp.c.*  
sulphore *RO C*      dequoquamur *O*      detorqueamur *A*      sodomitis *R*      9 fu-  
giamus *Cv*      10 et] e *R*      11 staticulum] stragulum *A*, *om. v*      sali\*s *R*  
12 peccatique *v*      14 homines *OA*      et *om. A*      15 iter] iterū *C*      uitiis]  
uiris *A*      16 ἐπὶ μὲν (s. ergo) *O*      17 zabuli *OA*      18 deum *A, Rp.c.*  
19 est *om.* *OCv*      21 rursum *V, Ra.c.*      22 immo—ut] in ima (*ex immo*)  
adtrahat ne (adtr. ne *in ras.*) ea (ea *ex et*) *Rp.c.*      23 labē *V*      inunda-  
tiones *Ra.c.*      24 pinnis *OCa.c.*

fuisset ne egere quidem huiuscemodi expurgatione, sed in illa prima dignitate permansisse, ad quam et refestinamus post praesentem emendationem, et melius fuisset non excidere a ligno uitae gustu amarissimo peccati, tamen in secundo loco expedit emendari et corrigi post lapsum quam in nequitiis permanere. quem enim diligit dominus, corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit. et iterum dicit: anima, quae non corripitur, insanabilis. graue est ergo plaga percuti, sed multo est grauius castigatum non emendari, sicut dicit quidam prophetarum de Israhel: domine, flagellasti eos et non doluerunt; corripuisti eos et noluerunt suscipere disciplinam, et rursum: et populus non est conuersus, donec percuteretur, et: quid quod auersus est populus meus auersione pessima? ex qua usque ad nouissimum conteretur et exterminabitur.

16. Sed et illud terribile est incidere in manus dei uiuentis, et quod dictum est: uultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. neque enim latet aliquid auditum dei, quippe qui etiam uocem sanguinis Abel audiuit. ubi enim quis a deo lateat, cum deus omnia repleat et ubique sit? quo quis fugiet a facie dei? si ad caelum quis pennis fuerit elatus, ibi erit; si in infernum, nusquam deerit; si ad orientem, si in profundum maris descendat, nusquam magnum illum oculum

6 Hebr. 12, 6. cf. Prou. 3, 12      10 Hier. 5, 3      12 Esai. 9, 13  
 13 Hier. 8, 5      16 Hebr. 10, 31      17 Ps. 33, 17      19 cf. Gen. 4, 10  
 21 cf. Hier. 23, 24      cf. Ps. 138, 7      22 cf. Ps. 138, 8

1 ne] nec *O* non *Av* neglegere quidem *V* 2 refestinamus] irefestinamus (*i pr. s. l.*) *R* irefestinamus (*om. et*) *Cp.c.v* post] per *Av* 3 et *om. OA* excedere *C* 4 gusto *R,Ca.c.* peccati—*p. 256, 18* ut et *om. A* 7 autem *om. O* dicitur *Cv* 8 insanabilis est *v* 12 et *alt. s. l. O* 13 percuterentur *Cv* aversus *C* 14 pop. m. auersus è auersiōe pessima *v* quousque *Cp.c.v* 18 perdet (at *s. et*) *C* memoria *V* 19 dei (*θεοῦ*) domini *R* 20 audit *OCVv* 21 fugiat *Cv* 22 pannis *OCa.c., om. V* fuerat *Ra.c.* elaeuatus (*a s. l.*) *O* eleuatus *C* in *om. C* 23 numquam *Cv* 24 discendat numquam *C*

declinabit. quem pertimescit etiam Naum propheta, cum aduersum Nineue pondus uerbi dei proferret et zelantem describeret deum, uindicantem cum furore in aduersarios et tanta seueritate utentem, ut ne secundae quidem uindictae aduer-  
 5 sum malos relinquetur locus. sed et Esaiam cum audio 3  
 Sodomorum populum et principes Gomorrae incusantem et dicentem: quid adhuc percutiemini adponentes ini-  
 quitatem? inhorresco totus et lacrimis suffundor. non est,  
 inquit, iam quod adici possit ad peccata uestra, nec potest  
 10 iam exquiri aliquid ad uindictam. sic omnia in uos inlata sunt,  
 cum semper nouum aliquod uindictae in uos excogitaretur  
 genus, ut omnes plagarum species consumeretis. non est ergo 4  
 iam uulnus neque cicatrix neque plaga cum tumore: toto  
 corpore plagae sunt et sanitas nusquam. non enim est,  
 15 inquit, malagma inponere neque oleum neque alliga-  
 turas. sed omitto comminationem quae sequitur, ne forte  
 grauior uobis efficiar quam est ipsa praesentis plagae molestia.

17. Uerumtamen agnoscere debemus malorum causas, unde aruerunt agriculturae, unde confusa sunthorrea, unde pascua gre-  
 20 gibus defecerunt, unde ablatus est decor suus e terris et quare non repleti sunt campi ubertate, sed luctus ubique et maeror.  
 nusquam replete sunt conualles frumento nec stillauerunt montes dulcedinem sicut iustis, sed e contrario uastatio ubi-  
 que et ubique subuersio, et maledictum Gelboë montes ubi-

1 cf. Nah. 1, 1. 2 7 Esai. 1, 5 12 cf. Esai. 1, 6 14 Esai. 1, 6  
 22 cf. Ioel 3, 18. Am. 9, 13 24 cf. II Reg. 1, 21

1 pertimiscet *O* 2 ninie *Cp.c.OAV* proferet *Ra.c.* 3 uindicantem (*ἐκδίκοῦντα*) iudicantem *V* 5 es (aiam *euan.*) *O* isaiam *v* 6 populo-  
 rum *C* gomurre *O* 8 inhorrescor *V* 9 potes *V* 10 aliquid *om. v*  
*cum cod. Monac. 3787* ad *euan.* *O* uinodictam *R* 11 aliquid *C*  
 uindi *euan.* *O* 13 uulnus aliquod *v* cicatrix aliqua *v* tumore\* *C*  
 14 enim *om. Cv* 16 sed] Si *v* obmitto (b s. *l.*) *R* 17 ipsa *om. R*  
 19 agriculturae (*γεωργίαι*) *Engelbrecht* agricolae *ROC* (o *ex u.*) *V* 20 suus  
 et æterræ *O* 21 meror *R* 22 stellauerunt (i s. *pr. e.*) *O* stillau-\*\*-  
 runt *C* 23 dulcidinem *O* iustus *Ra.c.* et contra quastatio *R*  
 24 gelbue *Ra.c.* gelbuq *Ca.c.* montis *O, Rp.c.* ubique *om. v* *cum*  
*cod. Monac. 3787*

- 2 que suscipiunt. facti sumus sicut ab initio, priusquam terra produceret omne faenum uiride. et uisitasti quidem, domine, terram tuam et ineibriasti eam, sed uisitatione pessima et ebrietate ex uino conpunctionis. spectaculum crudele et horridum! omnis anni spes in sola nobis stipula remansit et uix <sup>5</sup> aliquis inueniat colligere spicas, ut primitias offerat domino. messes nostras in horrea fortasse mures recondant; manipulum  
 3 enim nemo conligabit. istae sunt diuitiae inpiorum, talis est seges eorum qui per iniustitiam seminant. sic prophetae ueterum maledicta designant cum dicunt: eiciet multa et intro- <sup>10</sup> ducet pauca; seminabit et non metet; plantabit vineam et non premet uinum, et ubi operantur decem iuga boum, faciet amphoram unam. unde haec malorum causa, unde uastationis occasio? non expectemus ab aliis argui, ipsi nos accusemus, ipsi nos arguamus. remedium mali est con- <sup>15</sup>  
 4 fessio erroris. ego primus, sicut antea adnuntiaui populo meo, et speculatoris opus inpleui et non abscondi nec reticui frameam superuenientem, ut et meam animam saluam facerem et eorum qui me audire uoluerunt. ita nunc quoque enuntio et profero contemptum et neglegentiam populi mei mea faciens <sup>20</sup> uulnera ipsorum, si forte uel hoc modo aliquid diuinae miserationis et clementiae consequamur.

18. Igitur alias nostrum deppressit pauperem et partem

2 cf. Ps. 64, 10    4 cf. Ps. 59, 5    10 cf. Agg. 1, 6    11 cf.  
 Soph. 1, 13    12 Esai. 5, 10    17 cf. Ezech. 33, 3

2 omnem *O* foenum *O* fenum *C* uisitasti *R* 4 orridum *Oa.c.*  
 5 et uix (*καὶ μᾶλις*) *et* uix (ut s. *et*) *R* 6 aliqui (s. s. t.) *R* aliqui *V*  
 inueniet *Cp.c.v* collegere *OCa.c.* 7 orrea *V* condant *V* manipulum *Oa.c.* 8 conligauit *C, Oa.c.v* 9 ueterum] uerterunt *Ca.c.* 10 intro-  
 duct *O* 11 seminauit *C* seminabit multa *v* plantauit *CV, Ra.c.* et  
 plantauit *O* 12 premit *C* decim *C* ducē *Ra.c.* boum *Cv bo.um O*  
 14 exspectemus *O* 15 ipis nos *v* arguimus (a s. i.) *O* 16 ante *R*  
 17 et alt. om. *v* neque *Cv* framēam *O* 18 animam meam *A*  
 19 noluerunt (u s. η) *RV* noluerunt *Cv* etnuntio *R* 20 proero *C*  
 et] ut *R* negligentiam *C* meā *R* faciens et uulnera  
 (et s. l.) *R*

ruris exigui rapuit inique uel terminos supergressus est, siue furtim siue uiolenter, et iunxit domum ad domum et agrum ad agrum, ut aliquid proximi auferret, et summo studio egit, ne quem uicinum haberet, quasi solus habitaturus esset super terram. alius uero usuris et multiplicatione faenoris terram contaminauit congregans ubi non sparsit et metens ubi non seminauit, excolens non terram sed cupiditatem. alius collectis copiosissimis frugibus et uberrima uindemia deo, qui praestit frugum copiam, neque ex areis neque ex torcularibus primitias obtulit et ingratus simul et insipiens extitit, id est neque pro his quibus consecutus est gratias retulit neque pro quibus sperabat officiosus inuentus est. alius uiduam et pupillum non est miseratus nec esurienti confregit panem suum, immo potius esurientem Christum non refecit, qui in singulis qui- busque minimis pascitur, et ille, qui praeter spem tam multa recondit in horrea sua, immo qui nec habet ubi recondat et alia destruit horrea, alia aedificat, ut futuris fructibus praeparet, nesciens quia fortassis ante repetent ab eo animam et ibi reddet rationem eorum, quae large suscepta conclusit anguste, boni dei malus dispensator effectus. alius uiam humilium exclusit et auertit iustum iniuste; alius odio habuit eum, qui arguebat in portis, et uerbum sanctum exsecratus est; alius sacrificauit sagenae suae, quae multa concluserat, et

6 cf. Matth. 25, 24      13 cf. Esai. 58, 7      15 cf. Matth. 25, 40  
 18 cf. Luc. 12, 20      20 cf. Am. 2, 7      21 cf. Esai. 29, 21      cf. Am. 5, 10  
 23 cf. Hab. 1, 15

1 exigui\* *O*      3 \* ad *O*      proximi (*τοῦ πλησίου*) proximo *R*      4 ne quem] neq; (ut s. ne) *R*      quasi solus (*ώς μόνος*)] et (s. l. *R*) quasi solus *RCv*      5 husuris *Ca.c.*      fenoris *A* foenoris *O*      6 mitens *R* 7 excolens] et colens *A*      in terram *A*      8 cupiosissimis *C*      uindimia *OC* prestet (a s. alt. e) *O*      9 torcularibus *RC*      10 ingratus (*ἀχάριστος*)] ingratius simus *R*      simul *om. Rv*      sippiens *C*      11 quae ex quibus *R* 12 uiduae et pupillo *Rp.c.*      13 esurientes *C*      15 quide ex qui *R* 16 ubi add. *Rm2*      recondet *OA*      orrea *C*      nec habebat *C* no habet *v*      17 distruit *R, Ca.c.*      18 quod *A*      repetant *R*      19 et ibi] ubi *A* redet *Ra.c.*      20 angusta *R*      malos *C*      21 odio *C*      22 scm excitatus est *A*      23 sacrificium *A*      saginae *RO* sage *V*      quae[m] *O*

rapinam pauperum habuit in domibus suis inmemor dei effectus aut certe male memor, cum diceret: *benedictus dominus, quoniam ditati sumus, et suspicatus iniquitatem, quod a deo haberet quae inique rapiebat.* propter haec ergo uenit ira dei super nos, filios perditionis. propter haec clauditur caelum 5 et multo adhuc amplius claudetur, si non uel post flagella conuertimur et huic qui nobis adproximat proximamus.

19. Quid ad haec dicimus, qui frumenta recondimus et mercamur alienam famem, qui obseruamus mala tempora, ut bene sit nobis, qui spectamus, ut alienus luctus fiat nostra 10 laetitia, qui dicimus: quando transiet mensis, ut pretia cumulemus? quando transiet sabbatum, ut aperiamus 2 thesauros? qui mensuras duplices et pondera dolosa proponitis et ipsi in uosmet ipsos mensuras poenarum et cruciatuum cumulatis, quid ad haec dicitis, qui nullum modum 15 possessionis agnoscitis, qui aurum et argentum quasi deum colitis, immo quasi Baal adoratis, qui pretiosa quaeque gemmarum et uestium fluida ac delicata sectamini et thesauros tineis ac latronibus congregatis, seruitiorum multitudine et equorum ceterorumque animalium numerositate elati, totis 20 3 camporum spatiis iugisque montium diffusi? quaedam quidem possidetis, alia autem inuaditis, reliqua uero speratis secundum sanguisugam illam Salomonis, quae repleri nullo modo potest,

1 cf. Esai. 3, 14 2 Zach. 11, 5 5 cf. Ioh. 17, 12. II Thess. 2, 3  
7 cf. Iac. 4, 8 11 Am. 8, 5 13 cf. Deut. 25, 13 23 cf. Prou. 30, 15

1 rapina (*om. habuit*) *v* 2 male *om. A* 3 et picatus iniquitate *V* equitatē *v* [suspic.] est add. *Rm2* 5 nos *om. R*, *eras. C* haec ergo *O* 7 conuertimus *A* nos *C* 8 dicemus (*ἐροῦμεν*) *maluit Wrobel* quia *A* 10 exspectamus *O* 11 quid dicemus *R* mensis (*ό μήν*) messis *RCv* 12 cumulemus *R* cumolemus (*u.s.o*) *O* aperiamur *O* 13 thensauros *nros R* quid (*d.s.l.*) *R* 15 cruciatum *Cv, Oa.c.* cumuletis *A* dicetis (*ἐροῦμεν*) *maluit Wrobel* 16 quasi sicut *OA* 17 bahal *C, Vp.c.* 18 diligata *R* delecata (*i.s.alt.e*) *O* delectata *ACv* sectamini] utimini *A* thensauros *R* 19 seruorum *R* seruitii *A* 21 difusi *O* quae quāquā\*\* posse deatis (*a.s.l.*) alia *αγτ?* (*s. etiā*) inuaditis *R* 23 sanguissugam *Ra.r.A* illam *om. R* salemoris *v*

uelut inferos et aquam et ignem, qui requiritis alium orbem terrae ad possessionem uelut culpantes angusta uobis possessionum spatia a deo creata. quid uero illi, qui excelsis 4 tribunalium sedibus resident et iudicandi potestatem tenentes 5 superbo elati supercilio nihil prorsus recogitant se quoque a deo esse iudicandos, qui uerus est omnium iudex, ut et ipsi tamquam erga conseruos temperent potestatem scientes quia et ipsi indigent clementia dei? quid uero super his, qui 5 resoluuntur in eburneis lectis? quorum digne meminit sanctus 10 Amos, qui, inquit, primis unguentis delibuti sunt et ad uocem organorum manibus plaudunt et haec quae fugiunt tamquam permanentia existimauerunt et nihil passi sunt in contritione Ioseph, id est casum proximorum non miserati sunt. oportebat 6 namque benignos et misericordes esse erga eos, qui priores 15 fuerant correpti, et per misericordiam misericordiam prouocare. oportuerat flere pinum, quia cecidit cedrus, et emendari ex emendatione uicina et ex alienis malis corrigere mala sua, cum se uiderent id beneficii consecutos, ut possent aliis flagellatis ipsi consequi salutem, cum utique posset fieri, ut 20 ipsis flagellatis alii emendantur.

20. Haec nobiscum pariter populis dissere, o uenerandum mihi et placidissimum caput, quoniam multi temporis multa

9 cf. Am. 6, 4    10 cf. Am. 6, 6, 5    16 cf. Zach. 11, 2

1 uelut (δροίως) *Rp.c* uel *cet.* male intellexit *Rufinus* uerba *Gregoriana* κατά τὴν Σολομόντειον βδέλλαν ἐμπλησθῆναι μὴ δυναμένην δροίως Αἰδη καὶ γῆ καὶ πυρὶ καὶ βδατὶ (cf. *Prou. 30, 15*) inferos (nu s. ὁ) ἔτ (ex s.) aqua et igne (ex aquā et ignē) *Rm2* aqua et igne *C* 2 ang. uobis possessione (ū s. e) *V* 3 excelsa (is s. ἡ) *O* 4 resedent *O,Ca.c.* 5 recogitantes *V* cogitant *v* se\* *O* 6 ut (om. et) ipse—temperetur potestate scientes quod et ipsi indigent clementiam dei *A* 8 clementiam *C* qui *CV* uero] fuero (add. dicā s. l. m2) *R* super in *OCAv* 9 sanctus *om.* *v* 10 inquit delibuti sunt unguentis primi sunt *V* primi *A* ungentis *Rv* 11 manus *V* plaudent (u s. e) *R* plaudijunt *O* effugijunt *R* 12 constitutione *Oa.c.* 13 casu *C* 14 primiores *A* 15 alt. misericordia *C* 16 pi·num *R* cedros *Ra.c.* 17 et om. *C* 18 uiderint *O* beneficiis *O* possint *OCv* alios *C* ipsi—flagellatis *om.* *V* 19 possit *O* 20 alii *om. C*

tibi inest peritia, instrue populos et doce confringere esurientibus panem suum, pauperes et sine tecto inducere in domum suam, nudum cooperire, non despicere consanguineos pauperes, et nunc maxime, ut bonum nostrum non semper ex abundantia, sed etiam ex penuria fiat. tali enim hostia magis <sup>5</sup> laetatur deus quam in his quae ex abundantia praebentur.

<sup>2</sup> efficere nobis hodie Moyses quidam uel Phinees, sta pro nobis ad deum et repropitia eum, ut casset aliquando uastatio siue per sacrificium spiritale siue per orationes et obsecrations, tantum ut occurras irae domini et medius existens <sup>10</sup> cessare facias quod superest plagae. libenter amplectitur deus

<sup>3</sup> canitiem patris in filiorum intercessione profusam. supplica pro praeteritis malis, pro futuris interueni; offer populum deo iam plagis et timore purgatum, iam flagellis uastationis emendatum; inpetra eis cibum corporalem, sed ante ipsum angeli- <sup>15</sup> cum cibum de caelo descendentem; reconcilia hominibus deum, terrenis reconiunge caelestia; reuoca imbrues terrae temporiuos et serotinos: dabit dominus benedictionem et terra nostra dabit fructum suum, ista quae deorsum est cotidianum et nostra terra perpetuum, quem fructificauit primo <sup>20</sup> in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria et potestas in saecula saeculorum. amen.

1 cf. Esai. 58, 7      7 cf. Ps. 105, 23. 30      16 cf. Ioh. 6, 41. 59  
17 cf. Iоel 2, 23      18 Ps. 84, 13

1 tibi om. R      perita Ca.c.      instruerę R      3 et non V      dispicere R      4 ut om. A      habundantia OVv      5 talibus (bu s. l.) enim hostiis (is s. q.u.) R      6 delectatur V      habundantia ROVv      7 finees codd.      8 ad dominum A      repropitiare R (re s. l.) Ov reproptia V per eum O      10 cures iram dei A      dei C      13 interueni (ni s. l.) R      14 uastitationis R      15 eis\*\*\*\*cybum (cibū eras.) O      16 dominum C      17 temporaneos (an in ras., e s. l.) R temporibus V t'paneos v      18 se-rotinus Ra.c.      19 ista quae] staq: C      cotidianum A quotidianū v      20 primo om. R      21 est om. V      est honor et gloria et potestas v      22 amen] add. INCIPIT DE ARRIANIS QUOD NON LICET SEMPER ET PUBLICE DE DŌ CONTENDERЕ R GREGORII EP̄I DE GRANDINIS UASTATIONE CUM PATER EPS RETICER& EXPLICIT LIBER ·VIII· Lege feliciter O reliqua paginae parte uacua relicta (sequitur

*ut nouus Gregorii a Rufino translati libellus (spurius) de fide et de nicena  
fide et decimo demum loco de Arrianis liber) EXPLICIT LIBER SCI  
GREGORII DE GRANDINIS UASTATIONE CU PATER EPISCO-  
PUS RETICERET A (liber de Arrianis in hoc codice non exstat, quod  
octo tantum Gregorii orationes continentur) contra arrianos C man. rec.  
EXPLICIT LIBER ·VIII· INCIPIT EIUSDE LIBER ·VIII· DE HIS. Z  
DE HIS QUI INDECENT DE LEGE CONTENDUNT V De arrianis  
quod non liceat semper et publice de deo contendere v*



IX.

DE ARRIANIS QUOD NON LICET  
SEMPER ET PUBLICE DE DEO  
CONTENDERE.

*R* = codex Reginensis 141 saec. IX—X.

*O* = codex Oxoniensis Laud. Misc. 276 saec. IX.

*C* = codex Augiensis CXVIII saec. IX—X.

*V* = codex Vindobonensis 759 saec. XI.

*v* = editio princeps Argentinac 1508.

## IX.

## DE ARRIANIS.

1. Ad eos qui in sermone callent sermo nobis est et de scripturis incipiam. ecce ego ad te, inquit, contumeliosa. sunt enim quidam auribus prurientes et lingua, iam uero, ut video, etiam manu, qui profanis uocum nouitatibus et quaestionibus atque obiectionibus falsae scientiae uerborum pugnas ad nullam utilitatem mouent. ita enim nominat Paulus omne quod in uerbis superfluum est et curiosum, quia ipse uerbi breuiati praedicator est et adsertor. isti ergo, de quibus sermo nobis est, et maxime Arriani, utinam quidem, sicut linguam et uolubilem habent et uehementem, ita etiam uerbis rectis et probabilibus uterentur et aliquantulum etiam circa opera mandatorum dei uacarent! minus fortasse sophistae quidam in uerbis essent et de scripturarum simplicitate controuersias commouerent.

2. Omnes enim ceteras pietatis uias relinquentes ad hoc unum spectant atque prospiciunt, si quid forte in quaestionibus

4 Hier. 27 (50), 31      5 cf. II Tim. 4, 8      7 cf. I Tim. 6, 4  
9 cf. Rom. 9, 28

2 DE ARRIANIS QUOD NON LICET SEMPER ET PUBLICE DE DEO CONTENDERE *R* Contra arrianos *C man. rec.* DE HIS *L* DE HIS QUI INDECENT DE LEGE CONTENDUNT *V* INCIPIT DE ARRIANIS QUOD NON LICEAT SEMPER ET PUBLICE DE *Dō* CONTENDERE *O* 4 incipiamus *O* inquit ad te *OCv* contumeliosa sunt. enim quidam sunt *V* 5 enim *OCv* purientes *C* 6 mano *O,Cu.c.* profanorum uocum *OC* profanarum uocum *v* quaestionibus controuersias *V* 8 ita enim—curiosum] omne enim quod in uerbis superfluum est et curiosum ita nominat paulus *V* 9 braueiati *O* 10 adsertor (*βεβαυωτής*) adsentator (ta s. l.) *R* 11 et maxime Arriani *om.* *V* sicut et linguam *R* 12 probilibus *R* 13 et *om.* *R* aliquantulum *C* aliquantum *v* 14 minus uero *V* sofistae *ROC* 15 controuuersias *O* commoueūt *C* 16 hoc *om.* *V*

alligent aut quomodo simpliciter et fideliter dicta dissoluant, sicut nonnumquam in athletico certamine fieri solet, ubi luctae conludio non tam ad palmam tenditur quam ostentatio palaes-  
 2 matis et artis spectantium ad se rapit fauorem. ita et isti auditorum plausus captantes in plateis et in publico conten- 5 titionibus personant et omne conuiuum atque omnem festiuitatem, luctus quoque ipsos, si fuerint ingressi, quaestionibus omnia et certaminibus replent, ita ut et sollemnitas festiuitatem suam ac laetitiam perdat et luctus consolatione careat. sed et mulierum ingressi conuenticula, quibus utique uernacula 10 esse debet et coalumna simplicitas, importunis et rapidis uerborum suorum motibus omni eas uerecundia et pudoris flore  
 3 despoliant. quoniam ergo haec ita sunt et malum hoc intollerabiliter proficit et magnum illud religionis nostrae mysterium ad uersutiam quandam deducitur artemque uerborum, in hoc 15 saltim nobis petimus ut adquiescat quisque ille est qui huiuscemodi se contentionum tradidit officinis, ut hoc quod paterno erga eos mouemur affectu non aspernanter accipient, dum de his singulis reddimus rationem, et linguam paulisper, si tamen  
 4 possunt, cohibeant, solum uero nobis inpertiantur auditum. quid 20 enim ex hoc, quaeso uos, damni patiemini? aut enim locuti sumus in aure audientium et fructum inuenit sermo noster, salutem uestram — quoniam quidem qui seminat uerbum in omne cor seminat, fructificat autem ex ea solum quae uber fuerit et bona gleba —, aut si nihil dignum quod uos moueat 25

22 cf. Eccli. 25, 9 (12) 23 cf. Matth. 13, 19. Marc. 4, 14. 15

2 fieri in athl. cert. *v* adletico *C* alletico *Va.c.* 3 palesmatis *codd., v* 7 luctos *O* ipso *V* 8 repleant *OC* et *om. OCv*  
 9 perdat leticiam *O* 11 coalumna (*σύντροφος*) *colūna C* alumna *RV* alumina *O* 12 uerecundiae *R* 13 dispoliant *codd., v* Quomō *v* haec ergo *V* malorum *R* intollerabiliter *COa.c., v* 16 quisquis (is alt. s. *l.*) *R* quisquis *V* 17 contentionum se *V* contionum *OCv* tradit *R* 18 aspernantur sed accipient *v* accipient *Ra.c.* de *om. v* 20 imperciant (a *ex e*) *R* imperciantur *C* 22 simus *V* in aures (*εἰς ὄτα*) *maluit Wrobel* audientum *OC* 23 uerbo *R* 24 *ex eo (o ex a m2)* *R* ea *V* solum *om. V* que (*ε s. l.*) *R* 25 et *om. R* aut si] aut certe *V*

noster sermo protulerit, contemptis nobis abscedetis maiorem etiam ex hoc contradicendi nobis et contemnendi quae adserimus materiam capientes. nolo ergo miremini, si mirum uobis aliquem videor proferre sermonem, qui sit contra uestram et consuetudinem et legem, qui omnia uel scire uos uel docere pollicemini pollicitatione magnifica et elata, ut non dicam intemperata et improba, ne forte contristemini.

3. Non est omnium, o prudentissimi uiri, disputare de deo, non est omnium diuinam discutere naturam. non ita uilis est 10 sacrae scripturae sermo, ut uulgo indocili et per terram adhuc repentibus homunculis pateat. addam et hoc quod nec semper nec omnia nec omnibus nec ab omnibus proferenda sunt, sed est et quando et quibus et in quantum. non est ergo omnium 2 mouere de talibus, sed eorum qui ingenium atque iudiciariam 15 suam in theoriae atque scientiae consumpserint disciplinis et eorum qui norunt amotis corporibus et materia incorporalia et spiritalia conspicari, ante omnia uero illorum est qui et anima et corpore iam purgati sunt, ut minimum, qui certe purgantur. qui uero minus purus est, quomodo audet purum 3 20 contingere? quoniam quidem nec inbecilles oculi solis radios contuentur impure. igitur ita demum sentire aliquid de talibus possumus; si otium geramus et quietem et contineamus nos ab omnibus quae forinsecus interturbant materiae corporalis inlecebris, si absque omni desideriorum et cogitationum seditione

1 sermo noster sermo prot. C sermo noster prot. v absceditis OC  
 2 ex hoc ipso OCv afferimus v 3 miseremini O mi<sup>ss</sup>remini C mirum]  
 miserē C 4 et] uel V, om. OCv 5 et] uel V quia C uel ante  
 scire om. OCv 6 pollicimini C,Oa.c. praesumitis V ut] et OCv 8 o  
 (ω οὗτοι) RV, om. OCv 10 uulga Oa.c. 11 repentibus (τῶν χαμαὶ<sup>τ</sup>  
 ἐρχομένων)] repertis V omunculis Ra.c. adam C 12 hec (λ n  
 s. h) omnia R praeferenda R 13 et ante quando om. V 14 te-  
 talibus C 15 IN Θεωπiae thaeoriae O INΘΕΩΠΙΑΕ theorie<sup>(sic)</sup> C  
 in θηωρεια v adsumpserint O adsumserit C assūpserit v et om. V  
 16 amo<sup>ss</sup>tis C 18 uel (s. l) ut R dicam (s. l) qui R 20 con-  
 tigere V inbeciles RC radios Op.c. 21 tetalibus C 22 otium]  
 omnium R generamus RC,Oa.c. 23 materia R 24 omne C,Va.c.

mens nostra consistat. inpuris autem et sordidis motibus quomodo sancta et pura miscemus? tale est quale si quis foetoribus 4 caeni admisceat suaues odores et stercori nectar infundat. oportet ergo primo omnium uacare et agnoscere deum, et cum acceperimus tempus iudicandi iustitiam, tunc etiam quid de deo sentire 5 iustum sit iudicabimus. quibus autem proferenda sunt haec uel insinuanda? primo his qui totius uitae suae in hoc studia conuerterunt et a quibus non, sicut una aliqua ex ceteris, etiam de deo sermocinatio requiritur post circum, post theatra, post illa quoque in quibus delectati sunt cantica, post uentris et eorum 10 5 quae sub uentre sunt curam. a quibus etiam hoc delectationis loco dicitur, si de rebus diuinis contentio moueat, ut in controuersiarum certamine delectentur. de quibus autem disputandum est et in quantum? de his quae adprehendi possibile est et in quantum auditoris virtus et capacitas recipit, ne forte, sicut 15 nimietas uocis laedit auditum et abundantia cibi corrumpit distenta praecordia, ita etiam mens supra mensuram suam cibum uerbi recipiens aut adtonita concidat aut nimis distenta crucietur. 6 denique intuere, si uidetur, eos qui onera supra vires leuare contendunt, uel cum terra nimiis et innensis imbris perur- 20 guetur, quomodo perniciosum est quidquid amplius modo est. ita ergo considerandum est quia et uerbi quis pondere praegrauatus nimietate ipsa potest etiam communis ipsius et naturalis intelligentiae subire periculum.

4 cf. Ps. 74, 3

1 post nostra add. in tranquilla statione *V* motibus (λει s. mo) *R* modibus *OC* 2 quis ex quid *O* foetoribus *R* 4 uocare *Ra.c.* acciperimus *R* acciperemus *OC* 5 quod de δό iustum ἐsentire sic iudicabimus *V* 7 qui—conuerterunt (οἵς τὸ πρᾶγμα διὰ σπουδῆς) qui totius uitae suae cursū (cursū s. l. m2) in hoc stadio conuerterunt *R* 8 sicut —ceteris (ώς ξύ τι τῶν ὅλων) in una aliqua ex creatīs (ex creatīs s. ras. m2) *R* sed (s. l.) etiam *R* 9 illa] alia *V* 11 qui *C* quę *O* s. l. uentrae *RV* delectationi *C* 13 dilectentur *OC* 14 quae adprehendere possumus *V* et om. *V* 16 habundantia *O* 17 super *R* cibum om. *R* 19 honora *O* 20 nimis *OC* perurgetur *RV* 21 quicquid *RVv* 22 ergo om. *Cv* quia] quod *R* pregaruatus *C* 23 nimigitate *OC*

4. Et non hoc dico quia non oporteat semper meminisse dei,  
ne forte iterum ex alia nobis parte insurgant hi qui ueloci  
sunt ad hoc, ut quae simpliciter dicta sunt ad peruersam intel  
legentiam declinent. semper oportet meminisse dei, crebrius etiam  
5 quam respirare. et si dici uel fieri possibile est, nec aliud aliquid  
quam hoc agendum est, quoniam et ego conlaudo in lege  
domini meditari die ac nocte, sicut scripturae docent, et uespere  
et nocte et meridie narrare et benedicere dominum in omni tempore  
et, sicut Moyses dicit, cubans in lecto et exsurgens et iter  
10 incedens. et si quid aliud est quodcumque agit homo, semper  
deum et memoriam dei expedit fixam in pectore detinere. non 2  
ergo habere semper dei memoriam ueto, sed de deo semper et  
importune disputare non suadeo. uerum ne in hoc quidem quae  
pia sunt sed quae importuna sunt ueto; non doctrinam prohibeo,  
15 sed inmoderationem reesco. aut non et mellis satietas uomitum  
mouet ac nimietas? et quid melle dulcius? sed tempus est omni  
rei, sicut Salomoni uidetur et mihi. fit enim bonum non bonum,  
si non fiat bene. aut non importunum est in hieme flores 3  
requiri et satis incongruum mulieri ornamenta uirilia uel si  
20 aptetur uiro monile muliebre? absurdum est et lugenti geom  
etricam ingerere et fletibus foedare conuiuim. haec ergo omnia  
aptum sibi tempus requirunt: et nos soli sumus qui oportuni  
tatem temporum non agnoscimus, apud quos praecipue deberet  
oportunitas omnium custodiri?

6 cf. Ps. 1, 2      7 cf. Ps. 54, 18      cf. Ps. 33, 2      9 cf. Deut.  
6, 7      15 cf. Prou. 25, 27      16 cf. Iudd. 14, 18      cf. Eccle. 3, 1

2 ex] ea C      hii ROC      3 ut quae] atque O.a.c.      4 declinant O  
me meminisse O      6 in legem O      7 scriptura edocet (*omisso sequente*  
et) Rp.c. scriptura docet OCv      8 nocte] mane v (*πρω̄τ textus Graec.*)  
et alt. om. O      enarrare V      t̄e (s. et) R      9 moses C      10 quid aliud  
est] possibile est in Rm2 in ras.      aliud (*ἄλλο*] illud OCVv      14 pie  
importune Ra.c.      sed] seu v      oportuna O portuna C      ueto ante sed  
transp. V      15 satietas ac (et V aut C) nimietas uom. mouet OCVv  
17 salamoni R solomoni C      sit C      enim] autē R      18 iheme O  
19 uirilia] add. aptari s. l. Rm2      20 munile OC      et om. OCVv  
languenti Ov langenti C      geometricum Cv      21 ingere R      conuium C  
via ergo v      22 requirent O, Ra.c., v redderent C      23 temporis V præcipio V

5. Nequaquam, quaeso uos, o amici et fratres — fratres enim uos adhuc uoco, licet nihil fraternum erga nos seruare uelitis —, non ita de rebus maximis consulamus neque, sicut feruentes equi et inquieti facere solent, auriga nostro, id est timore dei, lasciue et petulanter excusso procul ab statutis metarum terminis euagemur, quin potius intra definitas nobis lineas philosophemur et neque rursus in Aegyptum conuertamur neque ad Assyrios abducamur neque cantemus canticum domini in terra aliena, id est in omnem aurem peregrinam et inimicam reli- 5  
2 gionis nostrae. qui utique cum diligenter audierint et retinuerint 10 quae nostra sunt statim de scintillis nostris ingentia conflare nituntur incendia, quae usque ad caelum rapiuntur occultis ac se perurguentibus flabris et faciunt nobis elatas illas et circumlambentes omnia quae in circuitu sunt Babylonias flamas. quoniam quidem ex suis dogmatibus nihil fiduciae gerunt, cap- 15 tant in nostris, si quid forte infirmum aut fragile inueniant non tam sui natura quam adserentis ignauia, et iam inde sicut muscae uulneribus, ita illi nostris quibusque erroribus uel uerbis fra- 20  
3 gilibus insidunt. sed nos non ultra nosmet ipsos ignoremus nec quid deceat in talibus inquirere refutemus. etiamsi impossibile est nos unum sentire contentione depulsa, in hoc saltim fas sit foedus commune sancire, ne in publicum sancta mysteria profanemus, ne non sancte sancta tractemus et ea, quae per ineffabile suscepimus sacramentum, ne in aures profanas et pollutas conscientias inmergamus neque honestiores faciamus 25

8 cf. Ps. 136, 4 14 cf. Dan. 3, 22

2 uos om. OCv licet eñiñ O 3 non exp. R consolamus OV, Ra.c. consolanus C 4 aequi RO nostrao R 6 definitas] statutas V 7 ab assyriis (i fin. ex o) R 8 adducamur V, Ca.c. 9 peregrinum O relegionis O 11 de scintillis] discent illis O discintillis C 12 rapiantur R ac (c s. l.) se perurguentibus R aspergentibus O a se pergentibus Cv sese perurgentibus V 13 circumlanbentes (n pr. s.) R circum-mlabentes V 14 babylonias RCv babylonias O 15 docmatibus Cv fidutiaegerunt O fiducia egeř C 16 inuenient RV 17 adserenti signauit C ignauiae O 20 doceat O requirere futemus OC requirere v 22 sancuire R sanctire V 23 tractamus (e s. alt. a) O 24 effabile (s. ꝑ in) R ne om. v cum cod. Monac. 3787 25 onestiores C

eos, qui simulacra colunt et idola uenerantur, qui turpibus et mysteriis et fabulis seruientes facilius pro his quae mysteria putant sanguinem suum quam sermonem his qui in talibus initiati non fuerint produnt. sed uideamus utrum, sicut stola <sup>4</sup>  
 5 uiri et risus dentium et incessus pedum ostendit quaedam ex ipsa moderatione et temperantia uiri ipsius honestatis indicia, ita et uerbi prolatio et silentii continentia det aliquod de nobis et religionis et eruditionis indicium, quoniam quidem inter ceteras, quas de deo proferre appellations hominibus fas est  
 10 et uirtutes, etiam uerbum eum nominamus. iam ergo, si contendendi propositum est, sit uel contentio ipsa nostra legitima.

6. Natiuitatem dei et creationem et deum ex nullis exstantibus et substantiae sectionem atque scissionem et resolutionem ut quid audit profanus auditor? ut quid uerborum nostrorum iudices  
 15 accusatores et inimicos nostros uocamus? ut quid gladios nostros hostibus tradimus? quomodo eos putatis audire de talibus uerbum, qua mente, quo sensu illos, qui adulteria conlaudent et puerorum stupra atque omnium uitiorum genera consecrant, qui nihil omnino ultra corpus sentire et intellegere possunt, qui  
 20 paulo ante ipsi sibi statuerunt deos illos quos ex turpitudine flagitiisque cognouerant? ista tales nonne omnia carnaliter, <sup>2</sup> nonne omnia turpiter et inperite intelligent? nonne ut sua solent ita nostra censemus et quo affectu, quo sensu suorum deorum generationes et filiorum procreationes accipiunt, eo sensu et  
 25 affectu etiam nostra pensabunt? nonne cum illi huiuscmodi proferunt uoces et inridemus eos et inpugnamus? et quomodo eos quae nostra sunt suspicere persuadebimus, si de eisdem

10 cf. Ioh. 1, 1

1 ueneramus *O* et *eras. R* 2 qui *Ra.c.* 3 suum] add. fundunt *V*  
 4 iniciati *Ov* stola (*ἱερῆτος*)] stāta *ex stola R* 6 onestatis *C* indigēntia *R* iudicia *V* 7 et (*καὶ λόγου καὶ σωτῆρις*) alt. s. l. *R, om. OCv* det aliquod de nobis *R* aliquod det nobis *V* aliquid *v* 8 relegionis *O* 9 appell. (appellationis *C*) et uirtutes hom. f. est *OCv* 10 contempnendi *R* contenendi *OC* 13 scissionem (*διαίρεσιν*) scissionem *R* scisionem *C* 14 uoce profanus fin. *R* ut *om. V* 18 genera *om. V* 19 et qui *V* ultra (*διπλῶς*) extra *OCv* et] aut *OCv* 22 omnia *om. v* sue *C* 23 deorum suorum *v* 26 et pr. *om. OCv* 27 suadebimus *V* de isdem *C*

3 rursum inter nos uideant certamina commoueri? haec nobis praestat quae inter nos est ista contentio, hoc nobis praestat certamen pro uerbo aliter quam placet ipsi uerbo prolatum. patimur quodam modo id quod patiuntur insani, qui domos proprias suis manibus incendunt uel suos filios iugulant aut parentes repellunt 5 putantes alienos.

7. Quia ergo destruximus ea quae aliena sunt a religione uerbi dei et in gregem porcorum reiecimus multiformem legionem, quae et praecipitata est in profundum, nunc quod ad nos ipsos pertinet uideamus. illud est ergo quod primum considerandum 10 puto, quaenam sit ista tanta erga sola uerba contentio. quae linguae prurigo est, quae tanta inpatientia? quid est quod manibus adtractis et conligatis linguae solius opera et arma proferimus? caritatis studium cessat, castitatis uirginitatis misericordiae aut deest aut, si et sit in aliquibus, uel rarum est uel minus uiget. 15

2 non est tanta cura psallendi, non uigilarum, non orationum, non in obsecrationibus flendi studium, non corpus humiliare ieuniis, non per intentam orationem ascendere ad deum — non quae deteriora sunt melioribus iungimus, limum dico spiritui, non meditationem mortis habemus in uita, non accendimur ut 20 uitiis dominemur memores supernae cognitionis —, non furorem uincere uel iracundiam cohibere, non adrogantiam deicere uel inrationabilem tristitiam depellere, non libidinem refrenare, non risus intemperantiam, non oculorum lasciuiam resecare, non auditus intemperantiam, non inmoderationem uerbi, non uani- 25 tatem cogitationum retundere uel earum quas nobis suggerit inimicus uel quas ipse capit ex nobis, ex quibus utique, sicut scriptura dicit, per corporales sensus tamquam per fenestras

8 cf. Luc. 8, 30—33 28 cf. Hier. 9, 21

1 uideant] debeant *Cv*, *spat. uac. in O* 2 hec *v* 4 domus *O* 7 di-  
struximus *O* relegione *O* 8 multiformam *O* legionem (*λεγεωνα*)  
relegionem *O* religionem *Cv* 9 ad nos ipsos (*πρὸς ἡμᾶς αὐτούς*) *V* ipsos  
*om. OC* 10 est *om. V* primo *V* 12 prurigo *OC* inpatientia est *V*  
13 adtrahitis *OC* proferitis (mus *s. tis*) *O* 15 et si *s. C* adsint *O*  
parum *V* 17 humiliare *v* 18 ieienis *O* 19 mulieribus *O* 20 accendimur]  
accingimur *mauult Engelbrecht* 21 cognitionis (*τῆς ἀνωθεν εὑρεσίας*)  
cognitionis *Vv* cogitationes *C* 28 sensos *O*

introducit mortem. sed e contrario his omnibus uitiis libertatem quo uolunt et quomodo uolunt concedimus euagandi et solam in disputationibus et quaestionibus uidemur nobis seruare cautelam.

5 8. Et quidem, o loquax dialectice, interrogabo te paululum aliquid, tu mihi responde, ut ait ille qui per turbinem et nubem loquebatur ad Iob. nonne multae sunt mansiones apud deum? puto te non negare quod scriptum est. quid igitur? repleri oportebit has omnes an aliquas quidem repleri, alias autem non, 10 ita ut maneant uacuae et uideantur inaniter praeparatae? scio quia concedes hoc quod omnes replendae sint; nihil enim inaniter a deo factum fateberis. hoc ipsum autem quod dicimus 2 mansionem quid putas intellegi debere? nonne requiem et gloriam, quae reposita est beatis? non aliud esse dabis ut opinor. 15 si ergo de hoc certum est, sequitur ut inquiramus si est aliquid quod istas ipsas unicuique nostrum conciliat mansiones. esse procul dubio necesse est. quid ergo illud erit quod ad diuersas unumquemque prouocat mansiones? nonne gestorum diuersitas et propositi secundum mensuram uniuscuiusque fidei in hac luce 20 transacta, quas etiam uias appellare mos est scripturae diuiniae? quid igitur? per omnes istas uias iter nobis agendum 3 est an per aliquas ex his? si quidem possibile esset, unum per omnes ingredi esset beatum; sin minus, quam potest per plures, certe uel per aliquas; si ne id quidem, per unam saltim recte 25 tantum et emendate incedere. si ergo audias unam esse uiam

5 cf. Iob 38, 3 7 cf. Ioh. 14, 2 25 cf. Matth. 7, 13

2 et alt.] ut *V* 3 uideamur *V* cautellam *O* 5 o loquax dialectice *V* o loquax o dialectice *OCv* interrogabo te paululum aliquid, tu mihi responde (ἐρωτήσω σέ τι μυχόν, σὺ δὲ ἀπόκρινας) *V* interrogabo te, responde paulolum (polulum *C*) aliquid tu mihi *OCv* 7 mansiones sunt *V* 8 quid igitur] qui diligitur *V* 9 oportebat *Cv* 10 uacuae] uae uae *C* 11 concedis *V* sunt *V* 16 quod istas] quo discas *O* quod dicas *Cv* conliet *O* conliet *C* celi et *v.* 18 prouocat *V* 19 prepositi *C* mensuras *v.* fide *C* 20 transacta *V* tracta *C* tractata est *O* tractatas *v.* uias *om.* *C* 21 istas omnes *V* 22 alias] illas alias quas *OCv* est *OCv* 23 si minus *OC* si id minus *v.* 24 saltem *v.* 25 incederent *V*

et hanc ipsam angustam, quid tibi uidetur indicari? nonne una uia pro unitate uirtutum sentienda est? una etenim est uirtus, etiamsi diuidi uideatur in plures. angusta autem dicitur 4 propter labores et quia non est multis in promptu. quid ergo, carissime? si multarum uiarum diuisio et rursum unius constrictio atque congregatio talis est qualem superius diximus, qua tandem uel inperitia uel intemperantia in istas nos angustias coartamus, ut tamquam in summa penuria positi relicts omnibus uiis, quas sermo dei nos edocet, hanc solam urgeamus et in hac una nosmet ipsos coangustumus, quae in disceptatione 10 et sola uerbi disputatione consistit et quae magis, ut mihi uidetur, non tam sapientiae ac scientiae studiis quam uitio loquacitatis expetitur? nonne de his uos increpat beatus apostolus Paulus, qui post enumerationem spiritualium gratiarum repetit et dicit: numquid omnes apostoli? numquid omnes pro- 15 phetae? numquid omnes magistri? et reliqua.

9. Esto tu excelsus aliquis et excelsorum superior et supra nubes ascende, si libet, et inuisibilia conspicare et ineffabilia sermone conplete, supra Heliam adsumere et supra Moysen facie ad faciem uide, si potueris, deum, supra Paulum quoque 20 ad tertii caeli eleuare fastigia: cur et alios sub die uis sanctos 2 plasmare? cur theologos sub momento temporis facis, qui de diuina natura disserant, cum suae adhuc uitiae sint penitus ignari, ut putas eos uelut inspiratam a te magis quam elucubratam suscepisse doctrinam, et inperitorum uerbis quam plurimos agis conuentus? ut quid araneis conligas infirmos et

15 I Cor. 12, 29 17 cf. II Cor. 12, 2—4 19 cf. IV Reg. 2, 11  
cf. Ex. 33, 11 20 cf. II Cor. 12, 2

1 qui *OC* nonne *om. C* 3 diuidi uideatur] diuiditur *OCv* angustaſ *O* 4 prumptu *O* 5 karissimae *O* rursus *OCv* 6 qualiter *v* 7 uelim peritia *V* 8 relicus *O* reliquas *C* 9 docet *OCv* 10 coangustumus *C* 11 et alt. *om. V* 12 loquatitatis *OC* 13 expeditur *C* nos *v* increpabat uos *V* 17 aliquis *om. OCv* 18 ascendes *OC* 19 adsummere *C* mosen *C* 21 ad] a *O, om. V* eleuare *v* cum cod. Monac. 3787 eleua *C* euade *OV* festigia *O* uastigia *C* dies *O* sanctos (*ἅγιοις*) *om. OCv* 24 insperatam *V* 26 conuentos *OC* areneis *O* conligas *O*

contrahis uelut sapientiae eis aliquid largiturus? ut quid examen  
uesparum aduersum fidem concitas? ut quid dialectica religio-  
nem decorare se credit, ubi magis per dialecticam religio fo-  
datur? illa nobis quodam modo nunc Gigantomachia fabulosa 3  
5 reparatur, dum aduersum deum pugnatur in terris; et dum omnis  
sermo cum quaestione profertur, fit iam lingua bellatrix, uerba  
sunt iacula, sermo est gladius, tota die absque ullo fine pugnat-  
tur et interdum mutuis uulneribus inter se uterque proster-  
nitur. sed si tantus est amor huius belli, si tanta cura certa-  
10 minis, si dialectici proelii capere iuuat triumphos, desistamus,  
quaeso, a ciuilibus bellis: externa atque hostilia bella subeamus.

10. Dimicemus aduersum Pythagorica silentia et Orpheicas  
destruamus fabas. confutemus praesumptam illam Pythagori-  
corum de magistro sententiam: *ἀντὸς ἔφα*. arguamus Platonis  
15 ideas et transfundendae per diuersas corporum species animae  
opinionem, quam *μετενσωμάτωσιν* uocant, et circuitus quosdam  
per diuersas uitas animarum nostrarum et reminiscentias et  
cetera his similia. inpugnemus Epicurum deum non sentientem 2  
et prouidentiam denegantem; dicamus aduersum atomos eius  
20 et libidinem, quam contra decus philosophiae summum bonum  
esse pronuntiat, et expugnemus. arguamus Aristotelis angustam  
de prouidentia sententiam et artem uerborum eius infidelem et  
rationes, quas de anima protulit, et dogmata humana potius  
quam diuina. inclinemus elatum Stoicorum supercilium, Cyni- 3  
25 corum de triuio uilem et gulæ deditum ritum. expugnemus

1 largituros *O* 2 dialetica *O* dialeticam *V* 3 dialeticam *OV* 4 nunc  
*om. V* 5 auersum *OC* dum *alt. om. V* 6 iam *om. OCv* 9 amor sc̄li  
huius heli *C* belli] prohaeli *O* prelii *v* 10 dialectici *V* 11 haesterna  
(he- *C*) *OC* 12 phithagorica *O* orfeicas *codd.* 13 distruamus *O*  
destruamus *C* fabas (*χωρίους*) fabulas *codd. v* pythagorum *OC*  
14 de] da *OC* *ἀντὸς ἔφα*] quod est ipse dixit *OC* quod et ipse  
dixit *v* 15 et *om. OC* transfunde *C* transfundendas *v* 16 METEN-  
CWMATWC inuocant *V* esse nocymatos inu. *O* esenocymatos inu. *C* eseno-  
rymatos inu. *v* 19 prouidentia denecantem *O* atomos (*ἀτόμους*) uitain  
*OCv* 21 et *om. V* aristotilis *Vv* 25 de tr. uilem] et uilem et publicum  
*V* gelę *C* gaelae *O* detitum *C*

